NICOLAI MYLERI AB EHRENBACH DE PRINCIPIBUS ET STATIBUS...

Johann Nikolaus Myler ab Ehrenbach, P.C.





NICOLAI MYLERI
ab Ehrenbach/
DE
PRINCIPIBUS
ET
STATIBUS
IMPERII ROM. GERMAN.

Succincta Tractatio;

Duplo, quam olim, auctior,

Gemino etiam Indice.

Cum

S. CÆS. MAJEST. PRIVILEGIO.





TUBINGÆ,

Apud JOH. GEORG. COTTAM,
& Consort.

M. DC. LXXI.



Flavius Vegetius

ad

Valentinianum Augustum.

Antiquis temporibus mos fuit, bonarum artium studia mandare literis, atque in libros redacta offerre Principibus. *Quia nec recte aliquid inchoatur, nisi, post* Deum, faverit Imperator: *Neq; quemquam magis decet, vel meliora scire, vel plura, quam* Principem, *cujus doctrina omnibus potest prodesse subjectis.*

Idem Vegetius alibi:

Unius ætatis sunt, quæ fortiter fiunt; Quæ verò pro utilitate Reipublicæ scribuntur, Æterna sunt.

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

LEOPOLDUS, Divinâ favente Clementiâ, Electus Romanorum IMPERATOR semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. REX, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum Nobis, noster & Sacri Imperii fidelis dilectus JOHANNES GEORGIUS COTTA Civis, & Bibliopola Tubingensis, humilimè exposuerit, se in communem juris præcipuè verò publici studiosorum gratiam atq; commodum, Tractatum quendam de jure Statuum in Imperio Romano Germanico NICOLAI MYLERI ab Ehrenbach JurisConsulti, typo committere jurisque publici facere statuisse, vereri autem ne, quod fieri assolet, alii etiam Typographi quæstus causa, cum ipsius non levi detrimento, modò dictum opus temere æmulentur, distrahant atque venundent; Ac præterea Nobis humiliter supplicarit, ut id ipsum Privilegio nostro Cæsareo, quo sibi in Sacro Romano Imperio aliisque Ditionibus nostris hæreditariis, contra omnes hujusmodi fraudes cautum sit, clementer dignaremur: Nos sanè cum eos, qui studiis disciplinisque liberalibus in majus provehendis sedulam suam operam, gratiâ nostrâ Cæsareâ dignos semper judicemus; submissæ pariter & æquæ huic petitioni annuendum censuerimus: Qui idcirco omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, aliisque quibuscunq; librariam negotiationem exercentibus, firmiter inhibemus & vetamus, ne quis prædictum NICOLAI MYLERI ab Ehrenbach Juris-Consulti opus, per viginti annorum spacium, a primâ editionis die computandum, intra Sacri Romani Imperii, Regnorumque & Provinciarum nostrarum hæreditariarum fines, simili aut alio quovis typo vel forma, sive in toto sive in parte, recudere vel alii recudendum dare, alibive impressum apportare, vendere vel distrahere, clam vel palam, absq; supradicti JOHAN-

NIS GEORGII COTTÆ, ejusque hæredum & successorum consensu & licentiâ præsumat. Si quis autem secus faciendo, privilegium & interdictum hoc nostrum Cæsareum violare aut transgredi ausus fuerit, eum non modò ejusmodi Libris perperam quippe recusis & adauctis (quos quidem prædictus COTTA ejusve hæredes & successores ubicunque deprehensos sive propriâ authoritate sive Magistratus auxilio, sibi vendicare poterunt) de facto privandum, sed & pœna insuper decem marcarum auri puri Fisco nostro Cæsareo & fraudis vindici ex æquo pendendâ, omni spe veniæ sublatâ, decernimus mulctandum: Dummodò tamen quaterna dicti operis exemplaria Cancellariam nostram Imperialem Aulicam transmittantur, & præsentis hujus Privilegii tenor, ne quis se ignorantiæ prætextu excusare queat, in fronte ejusdem imprimatur. MANDAMUS ergò Universis nostris & Sacri Imperii Regnorumq; & Dominiorum nostrorum hæreditariorum subditis & fidelibus dilectis, cujuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis aut præeminentiæ existant, tam Ecclesiasticis quam secularibus, præsertim verò iis, qui in Magistratu constituti, vel proprio vel superiorum suorum nomine & loco, juris & justitiæ administrationem exercent, ne quemquam privilegium hoc nostrum Cæsareum temere ac impune transgredi & violare patiantur, quin potius contumaces, quos comperérint, præscriptâ pœnâ plecti, aliisq; modis coërceri curent, quatenus & ipsi, eandem mulctam pendere noluerint, Harum testimonio literarum manu nostrâ subscriptarum, Sigilloque Cæsareo munitarum: Quæ dabantur ex Arce nostra Regia Posonii, die quinta mensis Junii, anno Domini millesimo sexcentesimo secundo, Regnorum nostrorum Romani quarto, Hungarici septimo, Bohemici verò sexto.

LEOPOLDUS (L.S.) *Ad mandatum Sac. Cæs.*
Ut *Majest. proprium.*
Wildericus Baro de Walderdorff. Walderode.

Seren. & Celſiſs.°
Principi & Domino,
Domino
WILHELMO LUDOVICO,
Wirtembergiæ Tecciæq; Duci,
Montisbelgardi Comiti,
Heydenhemii Dynaſtæ, &c.

Principi Juventutis Florentisſimo,
poſt
Heroica Majorum decora,
Radioſo congruarum virtutum ſtudio,
Palladias inter artes,
Hactenus domi inſigniter fundato,
Nativum ſanguinis ſplendorem,
Glorioſisſimis peregre auctibus,
intuentium cum admiratione,
Alacriter illuſtrare nitenti;
Succinctam hanc Tractationem,
De
Principibus & Statibus
Imperii Rom. Germanici,

Excelſo Ejus Faſtigio,
Sacratam & dicatam,
Obſequioſa manu & mente offert:
Simul ac
Pedi ſequam votorum pietatem,
pro
Fauſtisſimis itinerum ſucceſſibus,
Principi & Domino ſuo longe benigniſſimo,
Teſtatam eſſe cupit,
nec alio fine
Commentationem hanc literariam,
devotisſimi affectus
Infucatam velut interpretem,
Debita cum ſubjectione
ſiſtit.

Nicolaus Mylerus
ab
Ehrenbach.

Pr

PRÆMONITIO AUTORIS
ad
LECTOREM.

PRodit iterum, *Benevole Lector*, tractat⁹, *de Principum & Statuum Imperii præeminentia & Juribus*; Quem sub mole publicorum negotiorum extorserunt *Amicorum* crebra desideria, & toties repetitæ preces. Instabant quoque *Bibliopolæ*, meque defatigabant fermè, ut bono publico tandem prodesse proclivis, in novam hâc, à me privatis lucubrationibus non modicè auctam, editionem consentirem. Annuebam itaque creberrimis hisce petitionibus, nec sine certa ratione.

Quamvis enim haud nesciam, scripturientium hodie in-

numerum numerari numerum; neminem tamen latet, quosdam, *ut ſciant*; alios, *ut ſciantur*; plures, *ut lucrentur*, cæteros verò, eosq́ue paucisſimos, at ſane optimos etiam, ut ædificent, *ſcribere*. Quorum *primum* quidem Curioſitatis: Vanitatis *alterum*; *Poſtremum* verò, idq́; optimum, ſcilicet Charitatis eſſe, atque Prudentiæ, cenſeo.

Cæterum, quid quantumvè augmenti huic iteratæ impresſioni acceſſerit, paucis exponam. Ordinem namq́ue & numerum capitum, juxta ſeriem materiarum prioris editionis, interpoſitis quibusdam Para-

Paragraphis novis, immotum servavi. *Unicuiq;* etiam Capiti varias, & quidem non vulgares, additiones adjunxi, adeo quidem, ut vix ullus paragraphus, sine aliquo additamento, appareat. *Imprimis* verò, singulis ferè capitibus, *Quæstiones* publico Statui necessariæ, & usu Regiminis publici quotidianæ accessêre. *Quoniam* verò ampliorem deductionem angustia operis non permisit, *Authores* Practicos, & in Jure publico versatissimos interspersi. *Quod* unicuique Lectori, curioso, perquam utile erit, quo integras materias & controversias, levi penicillo

adumbratas, exinde, tanquam ex ſuo fonte limpidisſimo, haurire poſſit. *Imò* omnes ferè Authores allegatos rurſus evolvi, quos, ut & alios plurimos, meâ Bibliotheca tenet. *Ac quoniam* multi ad diſſentiendum proni & faciles eſſe ſolent, nec cuilibet etiam, in verba Magiſtri jurare, integrum eſt, ideò ſemper ferè allegatis controverſiis, *Authores* alicubi *Contrarium ſuſtinentes*, non omnes, ſed paucos & graviores, prout ſpacium Chartæ, & anguſtia temporis permiſit, addidi. Non *tamen* fui ſollicitus, *de formando aut reformando Romani Imp. Germanici Statu*, more & modo H. á Lapide &

& S. de Monzābano, satis temerario ausu scripturiētium, multa adijcere; memor illius dicterii: *Periculosum esse, scribere de his, qui possunt proscribere.* Sed unicè hoc studui, *Principi Juventutis*, ea brevibus aperire, & digito quasi monstrare, quid, quantumve juris Ei, ad Principatum accessuro, tam *in Imperio*, quam *in suo territorio administrando*, in Ecclesiasticis, inq; Politicis competat, quævè *Onera*, in defensionem Imperii Rom-Germanici, subire teneatur.

Nec modicam promotionem iteratæ huic Editioni addidit *Dn: & Amicus Fritschius, Cancellarius Svvarzenburgicus,*

 qui

qui in Litteris, ad me exaratis, hujus tractatus utilitatem in eo commendavit, quod *Studiorum Moderatores* Personarum illustrium, in erudiendo *Principe Juventutis* ad regimen formãdo, frequẽter eo uti ſoleant. Præſertim dum, ex prima inſpectione hujus libelli, ſubitò colligere liceat, quod ſine cognitione, ſive explicita, ſive implicita, terminorum *technicorum*, juris territorialis, *Princeps gubernaculum ſui Principatus gerens*, ſcire vix poſſit, quæ aut quot ſuperioritatis jura in ſuo territorio posſideat, ac liberrimè exercere posſit.

Inſerui quoque haud pauca regiminis *Axiomata*, & caſus

ſus quotidianos, Conſiliario in praxi indies occurrentes, quæ non ſemper oretenus, Principi regimen tenenti, aperiuntur; Memor *Demetrii Phalerei, ad Ptolomæum Regem* apud Stobæum, conſilii, *qui Regi, ut libros de Regno Scriptos, emeret & legeret, hâc imprimis de cauſa, urgebat: Quod ille talia* de quibus amici Regem admonere non auderent, *in libris perſcripta inveniret.*

Intuli etiam in *cap. 3. & 4.* quorundam *Nummorum, tam Conſularium, quam Imperialium,* typos tam Symbolicos, quam hieroglyphicos, cum litterarum abbreviatarum brevi reſolutione, ea ſaltem intentione,

ut

ut Eruditorum ingenia, ad historicæ antiquitatis Numariæ Studium suscipiendum, & *quid quantumvè arcani* ibi lateat, solicitè indagandum, excitentur. Idque eò magis feci, dum illud in Germania, *per Sexaginta*, & quod excurrit annos fere, conquievit, nec ullus ferè, præter *Golzium, Octavium Stradam, Hulsium & Occonem*, studium hoc, adeò persecutus fuit.

Admovit quidem manus, in quorundam Numorum explicatione, eruditus *Vir, Rupertus, Professor Aldorphensis*, in suis opusculis passim. Augustissimus quoque Imperator noster *Ferdinandus III.* in animo habuit, Nummos antiquos (quorum nume-

numerus *jam Anno 1655.* ultra quatuordecim millia ascendebat) studio & opera *Simonis Wagnerecci Suevi*, Historici, tam hieroglyphicè, quam historicè, resolvere & explanare. Quod opus cæptum *ad quintum usque tomum* perductum fuit, sicuti Ego illud, favore dicti *Wagnerecci*, manibus evolvi. Attamẽ insidiatrix mors, interveniens, huic glorioso cœpto interstitium posuit.

In quo studio palmam nobis præripere intendunt, tam *Galli*, quam *Itali*, sicuti hoc constat ex tractatibus Numariis *Fulvii Ursini*, *Francisci Parutæ*, *Angeloni*, *Joannis Tristani*, *Bouttenroii*, & aliorum; Impri-

mis

ſmis verò additionibus ad Fulvium Urſinum, *Domini Caroli Patini, Medici Viri in renummaria maximè verſato*; Cujus egregium opus, in explicandis mille Nummis Imperialibus, nondum viſis, indies expectamus. Veruntamen nec in Germania, nec in patrio Ducatu Wirtembergico, deerunt erudita ingenia, qui huic ſtudio paria eſſe poſſunt, modo Mæcenatem aliquem haberent. Vale & Vive, *Stutgardiæ* ex Muſæo *8. Iulij Anno 1669.*

Epi-

Epigramma ἐπικριτικὸν.

In præsentem Tractatum *Nobilissimi & Magnifici* VIRI DN. NICOLAI MYLERI *ab* Ehrenbach.

ILiada includi (quis non miretur?) Homeri,
Digna fide vix est res, potuisse nuci.
Collige, quàm tenuis fuerit membranula, quæ tunc
Totius libri debuit esse capax.
Sic & acu calamus debebat acutior esse,
Quo visum effugiens litera scripta fuit.
Esto sed, hæc veterum fuerit solertia tanta,
Hujus quâ tegumen nux fuit ista libri.
Non tamen exæquat (mihi fas sit dicere verum)
Hunc EHRENBACHI dexteritate librum.
Istum penna quidem quàm subtilissima pinxit.
Omne sed hic punctum mentis acumen habet.

Nucle-

Nucleus ille nucis fuit; huic, vastissima contrà
Imperii moles, nucleus omnis inest.
Et dic, quæso, bono cui nam nux profuit ista?
At quantâ nux se hæc utilitate probat!

Tobias Wagner,
Universit. Tubingensis Cancellarius.

Laudatissimo

Perincluti Domini Autoris
instituto
Observanter applaudit
Magnus Hesenthaler.

MYLERUS renuit quamvis, sciat intima rerum,
Imperii formam velle crepare novam.
Sed calamo malesuada suo commenta refellit,
Dum veram faciem vindicat Imperio.
Hinc genium Imperii discat, moderamen & artes,
Quem Deus ad clavum lexq; sedere jubet.

IN-

INDEX CAPITUM.

Totius Opusculi potiora Lemmata repræsentans.

Cap.

Cap.

INDEX CAPITUM.

Cap.

Cap.



DE

DE PRINCIPIBUS ET STATIBUS IMPERII ROMANO-GERMANICI,

Eorumq; præcipuis Juribus.

PARS PRIMA.

CAP. I.

De Origine Imperii Romani.

1\. IMPERIUM ROMANUM, quô nec ab exordio Mundi ex tam parvis principiis ullum ferè majus â *Romulo* exordium habet; Quod tam latè per terrarum Orbem arma circumtulit, ut, qui Populi Romani res gestas legunt, non unius Populi seu Gentis, sed universi ferè *Generis humani* facta enarrari censeant. Nulla enim Respublica (*teste Livio*) unquam nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit; Hinc verè scribit Eutropius: *Romano Imperio, neq; ab exordio ullum ferè minus; neque Incrementis toto Orbe amplius, memoriam humanam*

nam recordari posse. Eutropius. *histor. l. 7.* [Halicarnass. *antiquit. Roman. in præfat.* Heinsius *in Oration. 10. & 12.*]

2. Siquidem tenuis certè & propè despectuosa Populi Romani fuit origo, sed quia Deus ita constituit, in summam crevit potentiam Annæ. Florus. *hist. l. 1. c. 1.* [Vide Franciſc. Zoanett. *de Imp. Roman. num. 234.*]

3. Populus Romanus à Rege *Romulo* in Cæsarem *Augustum, septingentos penè per annos*, tantùm operum pace bellóq; gessit, ut si quis magnitudinem Imperii cum annis conferat, ætatem longè ultrà putet, referente Vellejo Paterculo *lib. 2. histor.* Dio Cass. *hist. lib. 52.* Nam quidquid in Romana Gente admiramur, quidquid loquitur Vetustas, quidquid posteritas vix credit, quidquid vix eloquitur Historia, subactus *Oriens*, *Africa* eversa, adjecta Imperio Romano *Europa*, *Britannia* subacta, *Germania* impugnata, Inter *Romuli* Regimen & *Augusti* Imperium accidit. Vide Dan. Heinsium *in Orat. 12.*

4. Hoc itaque spatio, *Romanus Populus* Ortum & Occasum, terminos Imperii

perii ſui poſuit. Juxta Halicarn. *in princ. hiſt. l. 1.* ac Imp. Juſtinianum *in Novell. 9. in princ.* Imò nec hiſce quidem limitibus ſatiata fuit *victrix Aquila*, nec quieta ſecundum Tacitum, *in vita Agricol.* [Franciſc. de Amaya *ad l. 1. num. 2. C. de fund. limitroph. lib. 10. Dn. Conring. de Germ. Imper. Roman. c. 2.*]

5. Donec totum terrarum Orbem (penè dico) Imperio ſuo adjunxerit, teſte Imperat. Juſtiniano *in Novell. 24. in præfat. ac in Novell. 26. c. 2.* Vide Fulvium Pacianum *de probat. 2. c. 26. num. 24.* Juſt. Lipſ. *de Magnit. Vrb. Rom. lib. 2. c. 3.* Marc. Ant. Muret. *Variar. lect. lib. 17. num. 12.* Herman Conring. *de Germ. Imper. Rom. c. 2.* Dn. Bœcler. *lib. 1. Annal. Tacit. c. 9. num. 8.* Proinde de Romanorum potentia canit *Petronius* Arbiter:

Orbem jam totum, Victor Romanus habebat:
quâ Mare, quâ terra, quâ ſydus canit utrūq́ꝫ.

Petron Arbiter. *Satyr. c. 29.*

6. Et hoc ſecundum *Romuli* Oraculum, quem poſt mortem *Proculo* obviam facto ſequentia reſpondiſſe, *Plutarchus* refert: *Diis* (inquientem) *viſum eſt*, Procule, *poſtquam tam diu inter mortales vi-*

ximus, atq; urbem ad summam spem condidimus, Imperii & gloriæ, ut inter Cælestes, ex quibus eramus, reciperemur. Vale itaq;, & nuncia Romanis, ut temperantiam & rem militarem colant, his artibus, futuram Caput Orbis Romam. Plutarch. *in vitâ Romuli ad fin.* [Quæritur autem, *An Populus Romanus, ac subsecuti Imperatores Romani, Orbem universum, aut magnam ejus partem, unquam subegerint?* Respondetur, Quod *Non.* Id quod vel maximè ex loco & testimonio Dionysii Halicarnassei constat, dum scribit; *Ne ipse quidem Populus Romanus, omnes terras omniáq; maria, in suam ditionem redegit. Neque enim Africæ, quæ latè patet, nisi partis Ægypto proximæ, potitus est: Neque totam Europam subegit, sed ab ejus septentrionalibus partibus ad Thraciam usq; processit, ab occidentalibus verò, usque ad Adriaticum mare descendit.* Halicarnass. *Roman. antiq. lib. 1. in proœm.* Vide Tacit. *lib. 1. Annal. c. 11.* Bullinger. *de Imper. Roman. lib. 3. cap. 8. & 9.* Lazium *de Republ. Roman. lib. 1. c. 1* Lips. *de admirand. Rom. lib. 1. c. 4.* Conring. *de Imper. Rom. Germ. f. m. 276.*]

7. Cæte-

7. Cæterùm hæc Imperii amplitudo, *Virtuté* ne potiùs, an verò *Fortunâ*, Romanis contigerit, ambigit & diſputat Nicol. Machiav. *in Liv. lib. 2. diſcurſ. 1.* Scip. Amirat. *ad Tacit. lib. 19. diſcurſ. 5.* Virgil. Malvezza *in Romul. fol. m. 114.* *Virtuté*, contendit *Ammianus Marcellinus*, dum Romam Imperii, virtutumq; larem appellat *in hiſtor.* [At *Vegetius* teſtatur; Romanos non tam numeroſos, quàm eruditos exercitus habere voluiſſe. *tr. de re militar. lib. 3. c. 1.*] Contrà *Tacitus in Annalibus* ſcribit; adfuiſſe, ut ſæpè aliàs, *Fortunam* Populo Romano. [Id quod optimè expreſſit, ſequenti Verſiculo Manlius:

Fata regant Vrbem, certa fiant omnia lege.

Manli. *in Aſtronom. lib. 4.* Bernegg. *ad Iuſtin c. 43. num. 5.*] Vide Dn. & Amic. Singul. Chriſtoph, Forſtner. *ad Tacit. lib. 3. Annal. fol. m. 247.*

8. Veruntamen Nos cum *Annæo Floro* ad conſtituendum Imperium Romanum, contendiſſe *Virtutem* & *Fortunam*, dicimus *In proleg. hiſtor.* quod latiùs explicat Juſt. Lipſ. *de magnit. Vrb. Rom. l. 4. c. 8. & 11. per tot.* Campanella *de Monarch. Hiſp. c. 1. â Princip.* Cui *Virtus* &

Fortuna æternitatem promiſerunt. Dan. Heinſius *in Orat.* 10. Vid. Chriſtoph. Beſold. *de Republic. curand.* c. 1. *num.* 15. Ac *de Iuriſdict. Imper. Roman.* c. 3. Reinck. *de Regim. ſecul. & Eccleſiaſt.* l. 1. *claſſ.* 2. c. 1. n. 3.

Caput II.

De Imperii Romani Infantia & Statu ſub Regibus.

1. QUemadmodùm ſingulis hominibus ſua *Infantia, Adoleſcentia, Robur, Senectus & Mors*: ſic & Rebuſpublicis. Incipiunt, creſcunt, ſtant, florent, ſeneſcunt, atque, ut omnia, cadunt. C. Plin. *lib.* 3. *Hiſtor.* Cicero *de fin. lib.* 5. Caurian. *ſup. Tacit. lib.* 1. *f.* 22.

2. Diruit enim conſtruitque ac (ſi fas eſt dicere) ludit in rebus humanis, *Magnus ille Architectus*, & velut Plaſtes, varias ſibi formas & Imagines fingit, & refingit ex hac argilla. Nec tantùm *Oppida & Vrbes*, ſed *Regna* etiam & *Provinciæ* trahuntur in hanc labem. [De quo Panagyricus Theodoſii; *Gaudent profectò divina perpetuô motu, & jugi agitatione ſe vegetat*

vegetat æternitas, & quicquid homines vocamus laborem, vestra natura est. Bulenger *de Imper. Rom. lib. 1. c. 1. fol. m. 3.*] Olim *Oriens* floruit & *Assyria*, *Ægyptus* ac *Iudæa* valuêre armis, ingeniisque, Sors ea in *Europam* transiit. Vide Just. Lipsium *de Constant lib. 1. c. 16. per tot.* Schönborn. *lib. 5. Politic. c. 4.*

3. Saltem quid de *Germania* dicam? illa olim horrida & rerum inops; ast nunc quàm artibus, Oppidis, copiisque exculta est & abundat. Lips. *de Magnit. Rom. l. 1. c. 3.* [Lans. *in Consult. Pro German.* Dn. Bernegger. *ad Tacit. Germ. quæst. 5. per tot.*]

4. Si quis ergò *Populum Romanum*, ut hominem consideret, ac totam ejus ætatem percenseat, ut cœperit, ut adoleverit, ut ad quendam Juventæ florem pervenerit, ut posteà veluti consenuerit, quatuor gradus inveniet. Vid. Flor. *histor. lib. 1. c. 1.* Pio Mutio *ad Tacit. consider. 1.*

5. *Infantia* & prima ætas erat sub *Regibus*, Ducentos & quinquaginta per annos. Primus & Urbis Romæ, & Imperii Romani Conditor, *Romulus* fuit. Et

hoc per medium *Asyli*, Profugis & fugitivis receptaculum præbens, [De quo Ovidius scribit:

Romulus ut Saxo, lucum circundedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge, tutus erit,

Ovid. *in fastis lib. 3.* Mager. *de advocat. armat. c. 18. num. 80.* Polyd. Vergil. *de invent. rer. lib. 3. c. 12.*] Quod Deum Asylum appellarunt. Tit. Livius *lib. 1. hist. 8. c.* Eutrop. *lib. hist.* Halicarn. *histor. lib. 2. & 4.* Vide tamen Lancell. *nel farfallon.* Actr. meum *de Asylis c. 1. num. 6. & 7.*

6. Romulus auctis in breve viribus plurima sub prætextu Justitiæ ex ratione status peregit. Vide Flor. *lib. 1. c. 2.* Ubi *Zevecotius*, Caurian. *sup. Tacit. fol.* 14 Malvezz. *in Romul.*

7. Nam etiam in rudi illo seculo, non ignarus fuit *Romulus*, Artium politicarum, quibus novum Imperium formaret, & simul firmaret, quas Ordine recenset Casp. Fac. *in Polit. Livian. lib. 1. c. 1. & 2.* Hinc exiguo tempore res Romana adeò crevit, ut cuilibet finitimarum Civitatum bello par esset. Tit. Liv. *lib. 1. histor. cap. 9.*

8. Proinde Romæ, formam Reipublicæ ad

blicæ ad beneplacitum imposuit, & ad libitum Romanis imperavit. Tacit. *l.3. Annal. c.26.* Quod contestatur quoque Pompon. *in l.2.§.1.ff. de Orig. Iur.* Scil. ab initio Civitatis, omnia manu (non quidem violentâ, sed quæ instar Arbitri esset) regiâ, à Regibus gubernata fuisse. Dn. Christoph. Forstner. *ad dict. c.26. Annal. Tacit. Verb. Nobis Romulus fol. m. 263.* Vid. Arnis. 2. *de Republ. c. 6. sect. 3.* Cluv. *lib.5. histor. sub* Jotham. [Quæritur autem, *An Reges Romani absolutam & sine fine dominandi potestatem habuerint?* Respondetur, *Quod sic.* Nam quæ juxta Aristotelem in Politicis, Iura imperii recensentur, veluti circa indicenda comitia, circa Magistratus constitutionem, circa Iudicia ordinanda, circa armorum usum, ea omnia, in potestate Regum Romanorũ absq; ulla exceptione fuisse legimus. Nam & Senatum & Populum convocabant, & Patres in Senatum legebant, Quæstores instituebãt. Causas prætereà Civium cognoscebant, ac Ius vitę & necis in omnes usurpabant; De quibus Vide Halicarnass. *Rom. Antiq. lib.1.* Liv. *histor. lib.1.* Quæ cuncta cer-



DE PRINCIPIBUS ET STATIBUS IMPERII ROMANO-GERMANICI,

Eorumq; præcipuis Juribus.

PARS PRIMA.

CAP. I.

De Origine Imperii Romani.

1. IMPERIUM ROMANUM, quô nec ab exordio Mundi ex tam parvis principiis ullum ferè majus â *Romulo* exordium habet; Quod tam latè per terrarum Orbem arma circumtulit, ut, qui Populi Romani res gestas legunt, non unius Populi seu Gentis, sed universi ferè *Generis humani* facta enarrari censeant. Nulla enim Respublica (*teste Livio*) unquam nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit; Hinc verè scribit Eutropius: *Romano Imperio, neq; ab exordio ullum ferè minus; neque Incrementis toto Orbe amplius, memoriam humanam*

nam recordari posse. Eutropius. *histor. l. 7.* [Halicarnass. *antiquit. Roman. in præfat.* Heinsius *in Oration. 10. & 12.*]

2. Siquidem tenuis certè & propè despectuosa Populi Romani fuit origo, sed quia Deus ita constituit, in summam crevit potentiam Annæ. Florus. *hist. l. 1. c. 1.* [Vide Francisc. Zoanett. *de Imp. Roman. num. 234.*]

3. Populus Romanus à Rege *Romulo* in Cæsarem *Augustum, septingentos penè per annos*, tantùm operum pace belloq; gessit, ut si quis magnitudinem Imperii cum annis conferat, ætatem longè ultrà putet, referente Vellejo Paterculo *lib. 2. histor.* Dio Cass. *hist. lib. 52.* Nam quidquid in Romana Gente admiramur, quidquid loquitur Vetustas, quidquid posteritas vix credit, quidquid vix eloquitur Historia, subactus *Oriens*, *Africa* eversa, adjecta Imperio Romano *Europa*, *Britannia* subacta, *Germania* impugnata, Inter *Romuli* Regimen & *Augusti* Imperium accidit. Vide Dan. Heinsium *in Orat. 12.*

4. Hoc itaque spatio, *Romanus Populus* Ortum & Occasum, terminos Imperii

perii ſui poſuit. Juxta Halicarn. *in princ. hiſt. l. 1.* ac Imp. Juſtinianum *in Novell. 9. in princ.* Imò nec hiſce quidem limitibus ſatiata fuit *victrix Aquila*, nec quieta ſecundum Tacitum, *in vita Agricol.* [Franciſc. de Amaya *ad l.* 1. *num.* 2. *C. de fund. limitroph. lib.* 10. *Dn. Conring. de Germ. Imper. Roman. c.* 2.]

5. Donec totum terrarum Orbem (penè dico) Imperio ſuo adjunxerit, teſte Imperat. Juſtiniano *in Novell.* 24. *in præfat. ac in Novell.* 26. *c.* 2. Vide Fulvium Pacianum *de probat.* 2. *c.* 26. *num.* 24. Juſt. Lipſ. *de Magnit. Urb. Rom. lib.* 2. *c.* 3. Marc. Ant. Muret. *Variar. lect. lib.* 17. *num.* 12. Herman Conring. *de Germ. Imper. Rom. c.* 2. Dn. Bœcler. *lib.* 1. *Annal. Tacit. c.* 9. *num.* 8. Proinde de Romanorum potentia canit *Petronius* Arbiter:

Orbem jam totum, Victor Romanus habebat:
quâ Mare, quâ terra, quâ ſydus canit utrũq́;

Petron Arbiter. *Satyr. c.* 29.

6. Et hoc ſecundum *Romuli* Oraculum, quem poſt mortem *Proculo* obviam facto ſequentia reſpondiſſe, *Plutarchus* refert: *Diis* (inquientem) *viſum eſt*, Procule, *poſtquam tam diu inter mortales vi-*

ximus, atq; urbem ad summam spem condidimus, Imperii & gloriæ, ut inter Cælestes, ex quibus eramus, reciperemur. Vale itaq;, & nuncia Romanis, ut temperantiam & rem militarem colant, his artibus, futuram Caput Orbis Romam. Plutarch. *in vitâ Romuli ad fin.* [Quæritur autem, *An Populus Romanus, ac subsecuti Imperatores Romani, Orbem universum, aut magnam ejus partem, unquam subegerint?* Respondetur, Quod *Non.* Id quod vel maximè ex loco & testimonio Dionysii Halicarnassei constat, dum scribit; *Ne ipse quidem Populus Romanus, omnes terras omniáq; maria, in suam ditionem redegit. Neque enim Africæ, quæ latè patet, nisi partis Ægypto proximæ, potitus est: Neque totam Europam subegit, sed ab ejus septentrionalibus partibus ad Thraciam usq; processit, ab occidentalibus verò, usque ad Adriaticum mare descendit.* Halicarnass. *Roman. antiq. lib. 1. in proœm.* Vide Tacit. *lib. 1. Annal. c. 11.* Bullinger. *de Imper. Roman. lib. 3. cap. 8. & 9.* Lazium *de Republ. Roman. lib. 1. c. 1* Lips. *de admirand. Rom. lib. 1. c. 4.* Conring. *de Imper. Rom. Germ. f. m. 276.*]

7. Cæte-

7. Cæterùm hæc Imperii amplitudo, *Virtuté* ne potiùs, an verò *Fortunâ*, Romanis contigerit, ambigit & diſputat Nicol. Machiav. *in Liv. lib. 2. diſcurſ. 1.* Scip. Amirat. *ad Tacit. lib. 19. diſcurſ. 5.* Virgil. Malvezza *in Romul. fol. m. 114.* *Virtuté*, contendit *Ammianus Marcellinus*, dum Romam Imperii, virtutumq́; larem appellat *in hiſtor.* [At *Vegetius* teſtatur; Romanos non tam numeroſos, quàm eruditos exercitus habere voluiſſe. *tr. de re militar. lib. 3. c. 1.*] Contrà *Tacitus in Annalibus* ſcribit; adfuiſſe, ut ſæpè aliàs, *Fortunam* Populo Romano. [Id quod optimè expreſſit, ſequenti Verſiculo Manlius:

Fata regant Vrbem, certa fiant omnia lege.

Manli. *in Aſtronom. lib. 4.* Bernegg. *ad Iuſtin c. 43. num. 5.*] Vide Dn. & Amic. Singul. Chriſtoph, Forſtner. *ad Tacit. lib. 3. Annal. fol. m. 247.*

8. Veruntamen Nos cum *Annæo Floro* ad conſtituendum Imperium Romanum, contendiſſe *Virtutem* & *Fortunam*, dicimus *In proleg. hiſtor.* quod latiùs explicat Juſt. Lipſ. *de magnit. Vrb. Rom. l. 4. c. 8. & 11. per tot.* Campanella *de Monarch. Hiſp. c. 1. à Princip.* Cui *Virtus* &

Fortuna æternitatem promiſerunt. Dan. Heinſius *in Orat. 10.* Vid. Chriſtoph. Beſold. *de Republic. curand. c. 1. num. 15.* Ac *de Iuriſdict. Imper. Roman. c. 3.* Reinck. *de Regim. ſecul. & Eccleſiaſt. l. 1. claſs. 2. c. 1. n. 3.*

Caput II.

De Imperii Romani Infantia & Statu ſub Regibus.

1. QUemadmodùm ſingulis hominibus ſua *Infantia, Adoleſcentia, Robur, Senectus & Mors*: ſic & Rebuſpublicis. Incipiunt, creſcunt, ſtant, florent, ſeneſcunt, atque, ut omnia, cadunt. C. Plin. *lib. 3. Hiſtor.* Cicero *de fin. lib. 5.* Caurian. *ſup. Tacit. lib. 1. f. 22.*

2. Diruit enim conſtruitque ac (ſi fas eſt dicere) ludit in rebus humanis, *Magnus ille Architectus*, & velut Plaſtes, varias ſibi formas & Imagines fingit, & refingit ex hac argilla. Nec tantùm *Oppida & Vrbes*, ſed *Regna* etiam & *Provinciæ* trahuntur in hanc labem. [De quo Panagyricus Theodoſii; *Gaudent profectò divina perpetuô motu, & jugi agitatione ſe vegetat*

vegetat æternitas, & quicquid homines vocamus laborem, vestra natura est. Bulenger *de Imper. Rom. lib. 1. c. 1. fol. m. 3.*] Olim *Oriens* floruit & *Assyria, AEgyptus* ac *Iudæa* valuêre armis, ingeniisque, Sors ea in *Europam* transiit. Vide Just. Lipsium *de Constant lib. 1. c. 16. per tot.* Schönborn. *lib. 5. Politic. c. 4.*

3. Saltem quid de *Germania* dicam? illa olim horrida & rerum inops; ast nunc quàm artibus, Oppidis, copiisque exculta est & abundat. Lips. *de Magnit. Rom. l. 1. c. 3.* [Lans. *in Consult. Pro German.* Dn. Bernegger. *ad Tacit. Germ. quæst. 5. per tot.*]

4. Si quis ergò *Populum Romanum*, ut hominem consideret, ac totam ejus ætatem percenseat, ut cœperit, ut adoleverit, ut ad quendam Juventæ florem pervenerit, ut posteà veluti consenuerit, quatuor gradus inveniet. Vid. Flor. *histor. lib. 1. c. 1.* Pio Mutio *ad Tacit. consider. 1.*

5. *Infantia* & prima ætas erat sub *Regibus*, Ducentos & quinquaginta per annos. Primus & Urbis Romæ, & Imperii Romani Conditor, *Romulus* fuit. Et

hoc per medium *Asyli*, Profugis & fugitivis receptaculum præbens, [De quo Ovidius scribit:

Romulus ut Saxo, lucum circundedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge, tutus erit.

Ovid. *in fastis lib. 3.* Mager. *de advocat. armat. c. 18. num. 80.* Polyd. Vergil. *de invent. rer. lib. 3. c. 12.*] Quod Deum Asylum appellarunt. Tit. Livius *lib. 1. hist. 8. c.* Eutrop. *lib. hist.* Halicarn. *histor. lib. 2. & 4.* Vide tamen Lancell. *nel farfallon.* Actr. meum *de Asylis c. 1. num. 6. & 7.*

6. Romulus auctis in breve viribus plurima sub prætextu Justitiæ ex ratione status peregit. Vide Flor. *lib. 1. c. 2.* Ubi *Zevecotius*, Caurian. *sup. Tacit. fol.* 14 Malvezz. *in Romul.*

7. Nam etiam in rudi illo seculo, non ignarus fuit *Romulus*, Artium politicarum, quibus novum Imperium formaret, & simul firmaret, quas Ordine recenset Casp. Fac. *in Polit. Livian. lib. 1. c. 1. & 2.* Hinc exiguo tempore res Romana adeò crevit, ut cuilibet finitimarum Civitatum bello par esset. Tit. Liv. *lib. 1. histor. cap. 9.*

8. Proinde Romæ, formam Reipublicæ ad

blicæ ad beneplacitum imposuit, & ad libitum Romanis imperavit. Tacit. *l. 3. Annal. c. 26.* Quod contestatur quoque Pompon. *in l. 2. §. 1. ff. de Orig. Iur.* Scil. ab initio Civitatis, omnia manu (non quidem violentâ, sed quæ instar Arbitri esset) regiâ, à Regibus gubernata fuisse. Dn. Christoph. Forstner. *ad dict. c. 26. Annal. Tacit. Verb. Nobis Romulus fol. m. 263.* Vid. Arnis. 2. *de Republ. c. 6. sect. 3.* Cluv. *lib. 5. histor. sub Jotham.* [Quæritur autem, *An Reges Romani absolutam & sine fine dominandi potestatem habuerint?* Respondetur, *Quod sic.* Nam quæ juxta Aristotelem in Politicis, Iura imperii recensentur, veluti circa indicenda comitia, circa Magistratus constitutionem, circa Iudicia ordinanda, circa armorum usum, ea omnia, in potestate Regum Romanorũ absq; ulla exceptione fuisse legimus. Nam & Senatum & Populum convocabant, & Patres in Senatum legebant, Quæstores instituebãt. Causas præterea Civium cognoscebant, ac Ius vitę & necis in omnes usurpabant; De quibus Vide Halicarnass. *Rom. Antiq. lib. 1.* Liv. *histor. lib. 1.* Quæ cuncta cer-

tissima sunt signa & techmiria summæ & absolutæ potestatis. Arnis. *de Republ. part. 2. cap. 6. sect. 3. num. 5.* Dn. Forstner. *ad Tacit. Ann. lib. 3. fol. m. 263.* Cyriac. Lentul. *de arcan. Regn. c. 1. Quæst. 1. fol. m. 21.* Rationem dubitandi exhibet nobis locus Taciti *lib. 3. Annal. c. 26.* Halicarn. *lib. 8. antiq. post princip.*]

9. Deinde *Numa Pompilius*, ut Deorum timore ad mitiora, truces animos flecteret, Religionibus & Divino Jure Populum devinxit. Halicarnass. *dict. lib. 1. in Numa* Tacit. *lib. 3. Annal. c. 26.* Vide Caurian. *in Tacit. fol. 16.* Nihil enim injusti ab eo Principe expectat Populus, quem Religiosum existimat, & à cujus partibus Dij stare creduntur. Jacob. Zevecot. *in Observat. ad Flor. lib. 1. c. 2. Verb. Religione.*

10. Quædam *à Tullo* Viro bellicoso reperta, institutâ præcipuè disciplinâ militari. Halicarn. *histor. lib. 3.* Florus. *lib. 1. c. 3.* Valer. Maxim. *lib. 3. c. 4.* Parique ingenio adaucta ab *Anco Martio* ea, quæ à *Pompilio* & *Tullo* salubriter instituta erant. Eutrop. *histor. lib. 1.* Livius. *lib. 1. c. 10.* [Præcipuè verò & Urbem ornatio-

ornationem fieri curavit & interfluentem Urbi Tiburinum ponte lapidea commisit. In hujus structuræ perennem memoriam, Rex Ancus primum post Romulum, argenteos nummos excudi curavit, hanc inscriptionem in antica exprimentes: Caput Regis, cujus capilli ligamine constringuntur, ac Littus cum verb. *ANCVS.* In postico verò repræsentatur Eques gloriosus, cui canis oblatrat, pontem hanc lipideam pertransiens; Hac marginali inscriptione: *PHILIPPVS.* sub ponte leguntur hæ literæ: *A. Q. V. A. MR.* Ejusmodi Nummum nobis exhibet Golzius *in fastis; sub Anco Marcio.* Talem quoque *Ego* in mea nummophilotheca possideo.]

II. *Tarquinius Priscus* Senatus Majestatem numero auxit, Centum Patribus in Curiam allectis, qui Dii minorum Gentium appellati fuerunt. Halicarn. *dicto lib. 3.* Flor. *lib.* 1. *c.* 5. [Factio, *ait Livius*, haud dubiè, Regis, cujus beneficio in Curiam venerat, hoc maximè pacto, securitati suæ consulentis. Qui insuper, Equestrem Ordinem uberiorem reliquit

reliquit, ac Equitum centurias, numero duplicavit. Valer. Maxim. *lib.* 3. *c.* 4. Zevecot. *ad Flor. lib.* 1. *c.* 5.]

12. Sed præcipuus *Servius Tullius* Sanctor legum fuit, quibus & Reges obtemperarunt. Flor. Liv. Halicarn. Eutrop, *dd. ll.* Tacit. *lib.* 3. *Annal. c.* 26. [Populum item, *in quatuor Tribus* divisit, ac postmodum Plebi *Annonam* distribuit. *Mensuras*, *Pontem*, classes, centuriasque constituit. Primus omnium, *Censum* die Reichs-Steur ordinavit & instituit, Qui adhucdum per terrarum Orbem incognitus erat. Aur. Victor, seu Cornel. Nepos *de Vir. illustr. cap.* 7. Rem saluberrimam tanto futuro Imperio. Livius *histor. lib.* 1.]

13. Postremus omnium Regum *Tarquinius* fuit, Cognomine *Superbi*, ex moribus adepto; qui, captis in Latio validis Oppidis, in Senatum cædibus, in omnes superbiâ grassatus, exinde Populo libertatis cupidine incenso, *L. Bruto & Collatino* Authoribus, è Regno pellitur, bona ejus direpta sunt, & potestas in libertatis Vindices translata est, mutato tamẽ tempore, & numero. Vide Flor. *hist* *lib.*

lib. 1. *c.* 7. Halicarn. *hist. lib.* 4. Sext. Aurel *cap.* 8. Cluver. *lib.* 6. *histor. sub Dario Histasp.* Quod hisce verbis testatum fecit Cicero *de leg. lib.* 3, *c.* 2. *Sed affluentiâ Regni, & licentia, Reges deniq; insolescere, Tyrannidem cœptare, cuncta misce-re: Hinc odium Civum existere incepit, tale Imperium dedignantium & detrectantium. Itaq; deijci Reges, Imperiumq; in eos transferri plerumq;, qui abrogandæ Tyrannidi Ducatum præbuerint.* Atque hanc esse *Aristocratiæ Originem.* Vide Dn. Bœcler *ad lib.* 1. *Annal. Tacit. c.* 1. *num* 2. Virgil. Malvezz. *in Tacit. discurs.* 2. Anton. Cicarell. *in T. Livium, Discurs.* 8.

14. Ita regium nomen apud Romanos exolevit, & Infantia Reipublicæ in pubertatem paulatim transire cæpit; quo tempore Romanum Imperium, ubi plurimum, vix usque ad decimum quintum milliarium possedit, Attestante Eutrop. *histor. lib.* 1. Vide Virgil. Malvezz. *ad Tacit. dicurs.* 2. ubi disputat; *perche la Città di Roma venisse dalla potenza Regia alla Libertà. per totum.* Cyriac. Lentul. *in suo Augusto fol.* 7. & 8.

15. Quæ-

[15. Quæritur autem; *An ex usu Populi Romani, L. Brutus hanc mutationem instituerit?* Sunt Qui hoc *Negant.* Ac Quòd felicior & tranquillior fuerit Reipublicæ Romanæ Status sub Regibꝰ quàm Consulibus, non sine ratione *asseritur.* Audiamus Cornelium Tacitum: *Vetus ac jam pridem insita mortalibus potentiæ Cupido, cum Imperii magnitudine adolevit, erupitq́. Nam rebus modicis, æqualitas facilè habebatur. Sed ubi subacto Orbe, & æmulis urbibus regibúsve excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter patres plerumq́ certamina exarsêre. Modò turbulenti tribuni, modò Consules prævalidi, & in Vrbe ac foro certamina Civilium bellorum. Mox è plebe infimâ C. Marius & nobilium sævissimus L. Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt. Post quos Cn. Pompejus occultior, non melior. Et nunquam posteà, nisi de principatu quæsitum.* Hoc Tacit. *histor. lib. 2.* Vide Cyriac. Lentul. *de arcan. Regnor. cap.* 1. *Quæst.* 3.]

Caput

CAPUT III.

De Imperii Romani Adolescentia & Statu sub Consulibus, usque ad Bellum Punicum.

1. SEcunda Imperii Romani Ætas à L. Bruto ad Bellum Punicũ primum, ducentos & quinquaginta ferè per annos patuit. Pulso *Tarqvinio*, ex perpetuo Annuum, ex singulari, duplex Imperium Populo Romano placuit, ne Potestas morâ vel solitudine corrumperetur. Salust. *in Catil. c. 6.* Flor. *lib.* 1 *c. 9.* Vide latiùs Caurian. *sup. Tacit. fol.* 11. Libertatis enim pars una secundum Aristotelem in eo consistit, ut per vices imperent. *Polit. lib. 6. c. 2.* P. Mutius *in Annal. Tacit. Consider. 2.* *Lucius Brutus, & Collatinus*, in præmium restitutæ Libertatis (de quibus vide Virgil. Malvezz. *in Tacit. Annal. discurs. 3.*)

2. Primi Consules pro Rege appellati fuêre, ut consulere se Civibus suis debere meminissent. Flor. *lib.* 1. *c. 9.* ubi Jacob. Zevecor. Hilicarn. *lib. 4. &* 5. Eutrop. *l. 1. hist.* Liv. *l.* 1. *& 2. hist.* Cassiod. *in Chron.*

in Chronic. [De quo ita Cicero: *Regio Imperio Duo sunt; Hoc est, creati sunt cum Regibus, in omnibus rebus, potestate atque Imperio, ac præter annuum Imperium, nihil mutatum fuit; Ideò Lictores, Fasces, Sellam Curulem, Purpuram prætextam, cæteráque Regum insignia Consules tenuerunt.* Cicer. *de legib. lib.* 3.]

3. Hujus constitutionis egregiam adfert rationem Politicam *Eutropius*: Hinc Consules cæpere, pro uno Rege, duo, hac de causa creari: ut si unus malus esse voluisset, alter eum, potestatem habens similem, coërceret. Et placuit, ne Imperium longiùs, quàm annum unum haberent, ne per diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed civiles semper essent, qui se post annum scirent, futuros esse privatos. Eutrop. *hist. Rom. lib.* 1.

4. Eodem tempore, adversus *Patrum* quoque factiones multa Populus paravit tuendæ Libertatis & firmandæ concordiæ causâ: [Quorum præcipuum fuit *Provocandi libertas* ad populum; Exactis enim Regibus Lex Provocandi ad Populum è Portia familia lata est; Quæ cum

eum à Patriciis in desuetudinē trahi animadverteretur, sæpius ab eadem familia renovata fuit, eáque sola pro tergo civium sancita videtur. Cicer. *de legib. l. 2.* In hujus legis perennem memoriam cusi fuerunt nummi argentei, veritatem historicam confirmantes, quorum unum ego possideo, *à Marco Portio Laca* excusum. In antica exprimitur; *Caput Romæ Deæ galeatum, cum hac inscriptione: SS. OI. LAECA.* In Postica: *Tres figuræ stantes: scilicet, vir togatus, qui medius est, inter lictorem, gladium vel hastam tenentem; Ac inter civem Romanum, qui provocat, viro togato manus erigente, cum hac inscriptione: PROVOCO.* Et talem refert quoque Ursin. ap. Patin. *in famil. Portia. den. 2. fol. m. 228.*] Creatiq; insuper fuerunt *Decemviri*, & accersita, quę usquam egregia. Compositæ quoq; duodecim Tabb. leges, finis æqui Juris. Corn. Tacit. *lib. 3. Annal. cap. 27.* Cyriac. Lentul. *in suo Augusto fol. 9. & 10.* [ac *de arcan. Regn. c. 1. fol. m. 16.*]

5. Hisce ita firmatis, & hinc liber jam populus Romanus, prima adversus *Exteros* arma pro *Libertate* corripuit,

 oborto

oborto bello Etrusco cum Rege *Porsena*, Tarquinios in urbem reducere annitente. Flor. *lib. 1. c. 10.* Halicarn. *lib. 5.* *Hæc enim* juxta Ciceronem, *præclara est Libertatis recuperatio, ut ne mors quidem sit fugienda in repetenda libertate.* Cicer. *in Orat. Philipp. 10.* [Latini namque *Tarquinios* contra Romanos asserebant, & animum in Regis ultionem extulerant, Mamilio Tusculano Duce: Contra quem Aulus Postumius, Albinus, Dictator creatus apud Regillum lacum cum hostibus conflixit, diu Marte vario; qui, cum victoria nutaret, Cossum Magistrum Equitum, frenos exurere equis imperavit, quò irrevocabili impetu (& hoc novum) in hostes ferrentur; qui & aciem Latinorum fuderunt & castra ceperunt; Sed in ipsa Equitū turma, duo Juvenes candidis equis, insigni fortitudine apparuerunt, quos finita acie Dictator, quæsitos, ut dignis muneribus honoraret, non reperit; Castorem & Pollucē ratus, Ædem Sacram iisdem communi titulo dedicavit. Et hunc primum fuisse Populi Romani triumphum *A.* U. *C. CCCLVII*, celebratum Historici referunt

referunt. Halicarnass. *histor. antiq. lib. 6.* Val. Maxim. *lib. 1. cap. 6.* Flor. 1. *cap. 11.* In cujus victoriæ fidem & memoriam, excusi fuerunt nummi argentei exhibentes in antica: *Caput laureatum Dictatoris Postumij Regillensis, cum stella, & signo X.* in postico: *Duos viros hastatos, cum duobus equis pabulum eis prabentes, qui Castorem & Pollucem denotant. Cum dimidia Luna & duabus Stellis*, Et lit. *A. ALBINVS.* Qualem nummum Ego possideo. Et talem exhibet quoque Ursin. & Patin. *in famil. Postum. tab. den. 3. fol. 231.*]

6. Mox pro *finibus* assiduè & sine intermissione pugnatum est contra *Latinos, AEquos, Volscos, Vejentes, Sabinos*, aliosq; finitimos Vide Flor. *lib. 1. cap.* 11. *& seqq.* Halicarn. *histor. lib. 9.* Livium, *lib. 5.* Eutrop. *histor. l. 1.*

7. Deinde *pro Sociis*; Crescentibus namque rebus Romani pro Confœderatis arma capessebant. Luc. Flor. *dict. l. 1. c. 15.* Tit. Liv. *histor. l. 5.* Nam apud *Xenophontem* belli justè consequendi causa duplex est: Siquis vel injuriâ affectus sit, vel eam ab amicis & sociis co-

netur avertere. Xenophon. *in Institut. Cyr. lib.* 1. Nam qui non repellit Injuriam à Socio, si potest, tam est in vitio, quàm ille, qui facit. S. Ambros. *de offic. l.* 1. *c.* 36. *vid. Alb. Gentil. de jur. bell. lib.* 1. *cap.* 15. [Besold. *de jur. belli cap.* 5. *num.* 5.]

8. Tum denique pro *Gloria* quoque & *Imperio* arma sumpserunt, lacessentib' assiduè usquequaque *Romanos* finitimis populis, & acervatim in excidium Romani nominis repentè conjurantibus; qui *Etruscorum* duodecim populos debellarunt. Pariter quoque *Umbris*, *Campanis*, *Apulis*, *Lucanis*, *Picentis*, subactis; Sic donec quasi contagione quadam per singulos itum sit, & proximis quibusq; correptis, donec tota Italia Imperio Romano subjectione adcreverit. Hoc tempus Populi Romani quasi *Adolescentiam* dixeris, quâ à primi ortûs cardine, *quingentis propè annis* domi luctatus est, isque in hac ætate totam Italiam, quatenus intra *Fretum* & *Alpes* continetur, Imperio suo subjecit. Vid. Flor. *lib.* 1. *cap.* 17. *& seqq.* Tit. Livius hist. *lib.* 9. Eutrop, *lib.* 2. Oros. *lib.* 3. Cluv. *lib.* 5. *histor. sub Impp. Grac.*

9. De

[9. De hac Romani regiminis ætate *incorrupta* & pura adhuc, exaudio *Catonem* in oratione ad S. P. Q. R. Sicuti scribit Salustius; *Nolite* (inquientē) *putare, Majores nostros solis armis Rempublicam Romanam ex parva fecisse magnam: Sed alia fuerunt, quæ illos magnos, & illam magnam faciebant.* Videlicet, *domi industria, foris justum Imperium, animus in consulendo liber, nec libidini, nec delicto obnoxius.* Salust. *de Conjurat. Catilin.*]

Caput IV.

De Imperii Romani Juventute ac robusta ætate, ex quâ felicitas, ex felicitate varij motus intestini; Unde mutatio Regiminis.

1. Ipsa Imperii Romani juventus & quasi quædam robusta maturitas â primo bello Punico ad Cæsarem *Augustum* usque *ducentos ferè annos*, aut, si tempus usque ad decessum *Augusti* computes, *ducentos quadraginta annos* complectitur; quâ ætate *Aquila* Solem irretorto oculo contueri dicitur. Ve-

getam hanc ætatem fuiſſe, & ad omnia pericula fortiter ſubeunda paratam, tot tantaq; bella feliciter confecta demonſtrant. Vide Schönborn. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 3.

2. Quidquid enim de Amplitudine & faſtigio Imperii Romani eloquitur Hiſtoria, hiſce duobus ſeculis evenit, cum *Populus Romanus* hoc ſpacio bellis, victoriisque totum penè Orbem armis peragraverit. Ann. Flor. *lib.* 2. *cap.* 1.

3. Nec occaſio defuit principi gentium populo, terminos Imperii dilatandi, ultrò ipſis viam pandentibus fatis, per bella Punica, Liguſticum, Gallicum, Illyricum, Macedonicum, Syriacum, Gallo Græcum, Particum, aliaq; in quibus utpotè victores, provincias novas, ſuo Imperio adjecerunt. Vid. Tit. Liv. *hiſtor. dec.* 4. & 5. Eutrop. *hiſtor. lib.* 4. 5. & 6. Flor. *hiſtor. lib.* 2. & 3. Halicarn. *l.* 2. & 3. *hiſt.* Oroſ. *in hiſtor. paſſim. Gallia* item, *Thracia*, *Cilicia*, *Cappadocia*, uberrimæque provinciæ, *Armeni* item & *Britanni*, partim vi, partim ſpontè Imperio Romano ſeſe ſubjecerunt. Livius *hiſtor.*

histor. lib. 49. Jul. Cæsar. *de bello. Gall.* Vid. Dn. Conring. *de finib. Imper. Rom.*

4 [Cimbri quoque gens ferocissima, quorum impetum, nec primum Silanus, nec secundum Manlius nec tertium Cæpio sustinere potuerunt. Cajus Marius tandem devicit, ac de iis publicè triumphum egit. Flor. *lib. 3. cap. 3.* in cujus victoriæ gloriam & memoriam, nummi ex ære cusi fuerunt, trophea victricia cum captivis ligatis exhibentes, hac inscriptione circulari: *VICTORIA. CIMBRICA.* ac in postico: caput *Caj Marÿ* senile cum veneranda facie, hac inscriptione, *C. MARIVS. VII. COS.* Qualem Ego in mea nummo philotheca possideo.] Exinde tanta apud Exteros Romani nominis veneratio, ut societatem & amicitiam eorum non tantúm ultrò ambirent, sed etiam magno pretio redimerent. Vid. Tit. Liv. *histor. l.* 45. Sueton. *in Augusto cap.* 20. & 21.

5. Adeo quidem, ut ex omni plaga, quam Orbis ambit, immensos Laureæ triumphos Romani reportaverint. Amm. Marcell. *hist. l.* 14. Nec quiescere citiùs potuerit Victrix *Aquila* donec

Africam, *Europam*, & *Asiam* bellis victoriisq; peragraverit, *Orientem*, *Occidentem*, & quantum ex utrisque lateribus est, penè Imperio suo adjecit, juxtà testimonium Imperatoris Justiniani *in l. un. C. d. Iustin. Codic. faciend.* Novell. *26. cap. 2.* Flor. *l. 2. histor. c. 1.* Halicarn. *lib. 1. hist. 1.* Veget. *l. 1. de re militar. c. 1. & 8.* Vide præcipuè quoque Just. Lipſ. *de magnit. Rom. l. 1. c. 3. per totum* [adde *tamen suprà c. 1. n. 6. b.*]

6. Adeò, ut jam tempore *Caÿ Iulÿ Cæsaris*, penè toto Orbe pacato, majus fuerit Imperium Romanum, quàm ut ullis externis viribus convelli posset. Corn. Tacit. *lib. 3. histor.* Annæ. Flor. *histor. l. 4. c. 2;*

7. Hæc nimia *Populi Romani* Felicitas, eadem, quæ omnium, magnæ calamitatis causa fuit Reipublicæ Romanæ, ejusdemque tandem conversionis & eversionis occasio; cladis enim causas, si alia deficiunt, nimia *Felicitas* invenit. Senec. *Epist. 91.*

8. Invidens namque *Fortuna* principi gentium populo, ipsum illum in exitium armavit, variosque civiles furores pe-

res peperit. Annæ. Flor. *dict. l. 4. cap. 2.* Namque *Romana potentia* prior Scipio viam aperuerat, *luxuria* posterior. Vellej. Patercul. *histor. l. 2.* quod hisce versibus expressit Petronius:

Ipsa suas vires odit Romana Iuventus,
Et quas struxit opes, malè sustinet, aspice late,
Luxuriam spoliorum & censum in damna furentem,
Ædificant auro, sedesq; ad Sydera mittunt.

Petron. arbiter. *Satÿr.* 1. *c.* 80.

9. Hinc Gracchiana, hinc Appulliana seditio: bella civilia: Gladiatorum exercitus; Inde Mariana, inde Sylliana tempestas: Pompæi Crassique dominandi libido & potentia, mox in Cæsarem versa: Lepidi atque Antonii arma in C. Octavium Augustum cessêre. Cyriac. Lentul. *in suo Augusto fol. m.* 18. *& seqq.* Tacit. *l.* 1. *Annal. c.* 1.

[9. B. Sanè Julius Cæsar, debellatis Germanis, Gallis, Britannísq; superato itemque Pompejo ad Pharsaliam, eóque fugiente cæso in Ægypto, cum neminem haberet, qui ejusdem potentiæ resistere posset, finito quinquennali bello civili, pacem incruentam populo R. dedit, &

Victor urbem ingressus. Cui Senatus, non ingratis civibus, maximos honores decrevit, ut Pater Patriæ Sacrosanctus, & Dictator perpertuus diceretur: Oblatis ei à Consule Antonio, pro Rostris, regiis insigniis. Plutarch. *in Vita Cæsar.* Flor. *l. 4. c. 2.* Sueton. *in Cæsar. c. 75.* Dio. Cass. *lib. 44.*]

[9 *C.* Cæterùm & clementiam Cæsaris, & benevolentiam, oblatos honores, vicit invidia, quam, inexpiabilem sibi ipsi movit, ob arrogantiæ progressum, etiam erga ipsos *Patres*, dum Regio quoque titulo & diademate insigniri ambiret; exinde odia plurium incurrens, conjuratum est in eum à Sexaginta amplius, *C.* Cassio Marcóque & Decimo Bruto, principibus conjurationis; Qui in curia Pompejana, Parthicam expeditionem meditans in Curuli sedens à Senatu invasus, tribusque & viginti vulneribus ad terram datus est, Cimbro Tullio primas partes suscepto, Sueton. *in Cæsar. cap. 82.* Sic ille, qui terrarum Orbem civili sanguine impleverat, tandem ipse sanguine suo Curiam implevit. Flor. *l. 4. c. 2. in fin.*]

In

[9. D. In cujus egregii facinoris memoriam, M. Brutus, Consul, nummos argenteos excudi curavit, qui in facie una, *Caput Deæ Romæ ligatum repræsentant, cum verbo:* LIBERTAS. In altera facie, *quatuor viri stolati consistunt, quorum duo cum hastis super humeros sinistros incedunt, cum inscriptione*, BRUTUS. Qualem & quidem integrum Ego possideo. Vide Fulv. Ursin. *de antiq. numism. in famil. Junia tab. 1. den. 2. fol. m. 139. edit. Patin.*]

[9. E. Quæritur autem, *juréne an injuria Iulius Cæsar fuerit trucidatus?* Quod satis probabiliter *Negatur*. Nam cui fato urbis & jure, meritóque suo debetur Imperium, ille nec titulo Tyranni, nec illegitimi invasoris regimen possidet; Jurarunt namque in verba Cæsaris, & Consules & Patres, nec insciis aut ingratis Civibus; Eique ultro summum Imperium detulerunt. Flor. *dict. cap. 2. lib. 4.* Dion. *histor. l. 44.* Audiamus Plutarchum. *Ad Cæsaris fortunam inclinantes Romani, frenumque accipientes, atque à bellis intestinis liberi arbitrantes,*

tes, dominatum, respirationem, Dictatorem perpetuum, eum dicunt. Plutarch. *in Cæsar. Talianamq;* (inquit scriptor) *illi decreta sunt, quæ ipsum planè Regem facerent.* Dio. *histor. l. 44.* Ita Philipp. Melancht. *in Chron. tit. de C. Iul. Cæsar.* Scip. Gentil. *de conjurat. lib. 2. fol. m. 251.* Bernegger. *ad Sueton. cap. 76. lit. C.* Latè Cyriac. Lentul. *de arcan. Regn. cap. 4. Quæst. 1. Dissentit.* Petr. Ærod. *rer. judicat. lib. 8. tit. 4. cap. 43* Kirchner. *lib. 1. Orat. 21.* Piccart. *decad. 8. cap. 2. & seqq.*]

[9. F. Populus Romanus, *Cæsare & Pompejo* trucidatis, rediisse in statum pristinæ libertatis videbatur, nisi, aut Pompejus *liberos*, aut Cæsar *hæredem* reliquisset. Brutus enim & Cassius, sic Cæsarem quasi Tarquinium Regem, depulisse Regno videbantur, sed Libertatem, quam maximè restitutam voluerunt, illo ipso parricidio perdidére. Flor. *l. 4. cap. 3. & 4.* Prima civilium motuum causa fuit C. Julii Cæsaris testamentum, quo Octavius, à Cæsare adoptatus, primus Julii heres nominatus fuit. Ideò dum *Octavius*, paternum nomen & gentem assumens, mortem *Patris* ulciscitur, iterum

iterum fuit movenda Tessalia. Sueton. *in August.* Flor. *dict. lib. 4. cap. 3*]

[9. G. Præcipua *C. Octavij* cura fuit, *Iulii Cæsaris* patris *consecratio*. Primò omnium Julius *Cæsar*, mortuo sexto & quinquagesimo ætatis anno, in Deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed & jam persuasione Vulgi. Sueton. *in Iul. Cæs. cap. 88.* Cui secundum *Romulum* Templum ædificatum est. *Populus* (scribit Appianus) *Iulii Cæsaris corpus in medio foro cremant: & ædificant pyræ ejus Templum, & ut Deo sacrificant.* Idem testatur Cicer. *Orat. Philipp.* 2. Dio Cass. *lib. 51.* Rationem hujus Deificationis latè deducit Joan. Tristan. *de Numm. Vet. Rom. in Iul. Cæs. Observ.* 3 *tom. 1.* Huic Divo Julio Cæsari consecrato & inter Deos relato *Augustus* in patris demortui honorem, singularem nummum excudit; hoc typo.

In Antico.

Caput Augusti juvenile absque laurea; Forsitan, quod nullum adhuc dum triumphum egerit, hanc circularem exhibens Inscriptionem:

IMP. CAESAR DIVI F. III. VIR. ITER.

In

In Postico.

Templum *Divo Iulio* dicatum, quatuor columnis seu postib⁹ innitens; quo Cæsar Templum dicans in medio postem tenet; juxta versiculum Virgilii:

In medio mihi Cæsar erat, Templumque tenebat. In templi conspectu hæc verba: *DIVO* JUL ac in circulo.

COS. ITER ET TER. DES.

In confirmationem Deificationis stella super Templum apparet.

A. O. 3928. V.C. 716. A. C. 36.

Caret hic nummus *SC.* quoniam non ex Senatus, sed Populi jussione cusus fuit. V. Occo. *in August. fol. m. 45.* talem numum & ego quoque integrum possideo. Alius reperitur nummus *in consecrationis C. Iulii Cæsaris* contestationem, hoc Hieroglïphico, in antico: *Elephas, cui anguis seu draco subjectus*, cum hac inscriptione; CÆSAR. In dorso nummi *repræsentantur vasa Pontificalia secespita sine inscriptione. Elephas* enim consecrationis typus seu symbolum existit. Quod probatur ex Sueton. *in Vita Claudii c. 11. Anguis* autem ille seu Draco, subjectus Heroibus est sacer; Nam è tumulo Heroum

rorum prodîsse fertur. Plutarch. *in Clemone*. Qualem nummum, quamvis eundem aliter explicet Ioan. Tristan. *in hist. antiquit. Roman. tom.* 1. *Rub. De Iulio Cæsar. Nummo* 8. Ego quoque & quidem integrum possideo. Sæpius quoque in *Augusti* nummorum circulari inscriptione, legimus: CÆSAR DIVI FILIUS. Eodem & illi spectant nummi, qui cometam vel stellam præferunt asscriptumque habent: DIVUS JULIUS. De qua inscriptione Virgil.

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum,

in Æneid. *lib.* 8. Vide Torrent. *in Sueton. Cæsar. cap.* 88. *num.* 7. Sicuti hosce nummos, optimi Patris Dn. Amici mei, bonæ indolis Filius Dn. Joan. Uldaricus Pregizerus, Jurium Candidatus & ingeniosus Philologus, mecũ explicavit.]

10. Ac tamdiu Resp. Rom. fluctuavit, donec (cunctis civilibus discordiis fessis) ratio Imperii Romani aliter constare non potuerit, nisi ad unum redigeretur; *Democratiâ in Monarchiam reversa.* Et *Cajus Oct. Augustus* debellato *Antonio*, finem armorum civilium imponens, omnia sub nomine *Principis*, voca-

vocabulo Populo gratissimo, nec novitatem, nec arrogantiam præ se ferente. Cyriac. Lentul. *in suo August. fol. m.* 19. Machiavel. *ad Liv. lib.* 1. *discurs.* 25. Laurent. Melliet. *ad Tacit. lib.* 1. *disc.* 1. *per totum*, Imperium acceperit. Tacit. *lib.* 1. *&* 3. *Annal. passim.* Flor. 3. *cap.* 12. *&* 4. *cap.* 2. Cauriam. *sup. Tacit. fol.* 22. Mutius *in Tacit. Annal. lib.* 1. *consid.* 3. 4. 7. *&* 42. Virgil. Malvezz. *ad Tacit. discurs.* 5. *per totum.* Dn. Forstner *in Annal. Tacit. lib.* 1. *fol. m.* 2. Adeò ut Senecæ attestatione, salva Roma esse non potuerit, nisi beneficio *servitutis*. Senec. *de benef. lib.* 5. *cap.* 16.

11. Et tali violento remedio curandæ Reipublicæ Romanæ opus fuisse *Tacitus* memorat, dum tradit: Non aliter discordantis Patriæ remedium fuisse, quàm ut ab uno regeretur. In *Annal. lib.* 1. *cap.* 9. ubi Dn. Bœcler. *in Comment.* Vide quoque Dion. Cass. *histor. lib.* 52. latissimè Virgil. Malvezz. *in Annal. Tacit. discurs.* 35. *per totum.*

12. Mutato igitur Reipublicæ Romanæ statu *Democratico*, in *Monarchicum* & *absolutum*, Cajus Cæsar Octavianus Augustus, devictis Imperii Æmulis, propriâ

potentiâ

potentiâ ſecurus, quietis domi omnibus, arma adverſus exteros vertit, donec omnibus ad *Occaſum* & *meridiem* pacatis gentibus, tandem bellorum certamini finem impoſuit. Ad *Septentrionem* quoque ac *Orientem* reliqui, qui immunes erant Imperii, victorem gentium Imperatorem reverebantur. Nam & *Scythæ* & *Indi*, auditu modò cogniti, misêre Legatos. *Sarmatæ* amicitiam petentes. *Seres* etiam & *Indi* cum gemmis & Margarithis ad *Auguſtum* venêre; *Parthi* quoq; penes quos, veluti diviſione Orbis cum Romanis facta, tunc Orientis Imperiũ erat, teſte Juſtino *hiſt. lib.* 41 *c.* 1.] Armeniam vindicanti Auguſto, facilè ceſſerunt, & erepta ſub *Craſſo* & M. Antonio ſigna militaria Romam retulerunt, obſidésq; inſuper obtulerunt. Sext. Ruffus, *in Brev. rer. Roman.* [Sueton. *in Auguſt. cap.* 20.]

13. Sic ubique totius generis humani Pax fuit aut Pactio. Ob hæc tot facta ingentia, Cajus Octavianus *à Senatu, Populoq; Romano Cæſar, Auguſtus, Pater Patriæ, & Dictator Perpetuus* dictus & appellatus fuit. Flor. *lib.* 4. *cap.* 12. Liv.

C *lib.*

lib. 132. Sueton. *in August. cap.* 20. *&* 21. Eutrop. *lib.* 7. Appian. *in Illyr.* [Vide de hisce titulis & inscriptionibus, Jul. Cæsar. Bulenger. *de Imperat. Roman. lib.* 1. *cap.* 17. 23. *& passim.* In cujus augustam memoriam & perennem gloriam, multi & varii singulari ex Senatus Consulto, ex auro, argento & ære excusi sunt nummi, cum inscriptione DIVUS AUGUSTUS PATER. cum capite laureato; adjecta in quibusdam hac inscriptione: OB CIVES SERVATOS. Cujusmodi aliquos ego possideo.]

14. HOC universum Imperium Romanum, ne immensum esset, & velut navigium sinemodo, juxta Curt. *lib.* 4. *histor.* Ideò *Cæsar Augustus* in animo habebat, ast morte præventus, sua manu præscripserat Successori consilium (metu nè, an Invidiâ, incertum) coërcendi intra terminos Imperium. Corn. Tacit. *lib.* 1. *Annal. c.* 11. Julian. *in Menipp. ac in libr. de Cæsar. rubr. De C. Augusto.* Vide omninò Jacob. Zevecot. *in Flor. lib.* 3. *cap.* 12. Tutissima enim est illa potentia, quæ viribus modum imponit. Valer. Max. *lib.* 4. *cap.* 1. Ac secundùm

cundùm Aristotelem: Servantur Regna, si ad mediocritatem *reducuntur*. Aristot, *Politic. lib. 5. cap.* 11. Vide Boter. *dell. Ragion. di stat. l.* 1. Caurian. *in Tacit. fol.* 106. latè Pium Mutium *sup. Tacit. consider.* 60. Dn. Christ. Forst. *ad Annal. Taciti dict. lib. 2. cap. 11. fol. m.* 51. Laurent. Melliet. *in Tacit. l. 1. disc. 6. per tot.*

15. Exinde Imp. *Tiberius* Imperium Romanum limitibus signare constituit, *Euphrate* & *Istro*, Corn. Tacit. *lib. 2. Annal. cap.* 61. Ubi Lipsius *in Not.* [Ipse quoq; Imperator Ulpius Trajanus, terminos Imperii, Istrum seu Danubium posuit, ædificans in Dacia pontem marmoreum, ex utraque ripa arcibus & præsidiis munitum. In cujus perennem gloriam & memoriam, S. P. Q. R. singularem nummum excudere mandavit, *In antica* exhibentem: Caput Trajani coronatum, cum hac circulari inscriptione: IMP. CÆS. NERVAE TRAIANO AUG. GER. DAC. P. M. TRP. COS V PP *In Postica*.

Pontem marmoreum, supra Danubium in Daciam tendentem; Cum hac inscriptione S. P. Q. R. OPTIMO PRIN-

CIPI. Cujus veſtigia & fragmenta etiam hodiè adhucdum conſpiciuntur, Amm. *hiſt.l.28.* Procop. *de Bell. Gothic.l.4.c.2.fol. m.568.& tr. de ædificiis l. 4.c.6.* Talē nummum integrum & pulchrum ego quoq; teneo. Talemq; Hulſius quoque refert in *Trajano, num.* 14.] Huic termino poſteà Rhenus & uterque Oceanus acceſsêre. De hiſce Imperii limitibus vide quoque Latium *de Republ. Rom. lib.* 1. *cap.* 1. Franc. de Amaya. *ad l.* 1. *num.* 2. *& 3. C. de fund. limitroph. lib.* 11. Ita ut clauſtra Imperii Romani ad rubrum uſque mare Imperator promoverit. teſte Zoſim. *lib.* 2. *hiſtor.* & Imperatore Juſtiniano *in Novell.* 30. *cap.* 11. Vid. Senecam *in præfat. lib. Qq. natur.* Juſt. Lipſ. *lib.* 2. *Annal. Tacit. fol. m.* 98. ac latiùs *in Tract. de Magnit. Rom. lib.* 1. *cap.* 3. *per tot.* Mutium *in Tacit. conſid.* 44. Franciſ. de Amaya. *Obſervat. Iur. lib.* 1 *cap.* 1. *num.* 59. [latè Joan. Cæſ. Bulinger. *de Imp. Roman. lib.* 3. *cap.* 8. *&* 9.]

Caput

CAPUT V.

De senectute Imperii Romani, ejusdémve declinatione sensim acceleratâ.

I. POst *C. Augustum*, Monarchiæ Romanæ firmamentum, *quarta* & ingravescens Imperii Romani *ætas* incepit, quâ Romana potentia, ad vitæ tranquillioris otia confirmata, libidine, inertia & socordia Cæsarum, quasi consenuit atque decoxit. Actum ibi de libertate Patrum & Plebis: Callidus quidem & subdolus *Tiberius*. [quamvis ille, in omnibus ferè, speciem quandam libertatis induxerit, conservatis Senatui ac Magistratibus, & majestate pristina & potestate: neque tam parvum quidquam, neq; tam magnum, publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. Sueton. *in Tiber. c.* 30. Non tamen se continere potuit, quin publicos nummos excuderit cum inscriptione: FINIS REIPUBLICAE. *In antico*; Caput Tiberii. In *Postico* Curiam Pompeji repræsentantes. Qualem *ego* quoque asservo.

Nec melior fuit, ſed deterior] Funeſtiſſimus *Caligula*: Crudeliſſimus *Claudius*: Nefandus *Nero*: Scenicus & Epicureus *Vitellius*: Sævisſimus *Diocletianus*: Neroni ſimillimus *Commodus*: Spurciſſimus *Heliogabalus* & alii Cæſares, Civibus Romanis non ut hominibus, ſed ut mancipiis uſi ſunt.

2. Populum in ſervorum, Senatum in adulatorum conditionem adigentes; Nulli uſpiam priſci & integri mores, nemine pro honore Reipublicæ dimicante, omnes exutâ æqualitate, juſſa Principis aſpectabant. Vide Cornel. Tacit. 1. *Annal. cap. 2. & 4.* Dio. Caſſ. *lib. 53.* Cautian. *ſub Tacit. fol. 10.* Mut. *in Tacit. conſid. 14.* Dn. Forſt. *in Tacit. Annal. lib. fol. m. 24. & 41.* latè Cyriac. Lentul. *in ſuo Auguſto fol. m. 111. & 112.*

3. Accedebant defectiones præcipuarum provinciarum, devictarumq; Gentium; perditus penè & proſtratus erat Romanorum Status, mole ſua laborans. Vide Lentul. *de regnor. arcan. c. 4. fol. m. 39.* Niſi in remedium tantorum malorum *Trajanus* quaſi divinitus

tus datus, opportunè Imperio adfuisset; Quo Duce, Imperium Romanum lacertos movit, ac præter spem omnium, Senectus Imperii, quasi reddita Juventute reviruit. Provinciis defectis sub jugum redactis, quibusdam insuper de novo in fidem Imperii acceptis. Adeò ut, eo Imperante, Romanē Imperium rursus ad culmen potentiæ & gloriæ evectum fuisse videretur. [Vide Plinium, *in Panegyric. Trajani, in Oper.* Boxhornium & Cluverium *in Trajano.* In cujus honorem & memoriam Senatus populusque Romanus singulares nummos hac inscriptione fecit excudi : *Optimo Principi, & Optimo Augusto*; Sicuti ex talibus duobus nummis à me asservatis constat; hanc inscriptionem circularem exhibentibus. IMPERATORI CÆS. NERVAE TRAIANO OPTIMO AUG. GER DAC PM TR P COS VI PP. *in Postico.* SENATUS POPULUSQUE ROMANUS.

In medio consistit:

Dea Fortuna, dextra caduceum, sinistra cornucopiæ tenens.

4. Dum scilicèt ejusdem *longitudo* ad nonagesimum gradum, id est, mil-

liar. German. communium 1350. *Latitudo* verò ab Æquinoctiali versùs *Septentrionem ad* quadragesimum quintū gradum, id est, ad milliaria German. comm. 675. extensa fuerit. Vide Lips. *lib. 1. de Magnit. Rom. cap. 3.* Aventin. *in Annal. Bojor. lib. 2. pag. 49.* Kirchner. *de Republ. diss. 3. Coroll. 7. lit. a.* Thuyl. *in Compend. Lips. tit. de admirand. lib. 4. in fine.* Dn. Limn. *1. Iur. pub. cap. 9. n. 2.*

Caput VI.

De Causa tantæ Potentiæ Imperii Romani, & tantæ vastitatis.

1. TAntam Imperii amplitudinem & potentiam, *Virtuté ne* potius, an *Fortunâ*, vel etiam *Injuriâ* sibi paraverint Romani? ambigi posse concedo Scipioni Ammirat. *in Tacit. lib. 19. disc. 5.* Machiavell. *lib. 2. in Liv. disc. 1.* Arnis *lib. 2. de Repub. c. 1. sect. 2. num. 14.* Dn. Forstner. *lib. 3. Annal. Tacit.* Malvezz. *in Romul. fol. 114.* [Et hoc occasione Dicterii apud L. Florum: *Sed quanto efficacior est Fortuna quàm Virtus?* Quod de internecione Cassi & Bruti scribit

scribit *Flor. lib. 4. cap. 7.*] vide latius hoc disputantes Albert Gentil. *Tract. de Armis Romanorum lib. 2. cap. 13.* Laurent. Melliet. *in Tacit. lib.* 11. *disc.* 10. Dn. Herman. Conring. *de German. Imper. Rom. cap. 3.*

2. Hoc pro certò habeas, hasce provincias *præcipuè* Romano Imperio adcrevisse. I. *Justitiâ bellica*, se suosque confœderatos defendendo. Considera, quot provincias adjecerit victoria contra Mithridatem, Pyrrhum, Philippum Macedonem; quos populos subjecerit bellum Carthaginense ultimum. Vid. Flor. *lib.* 3. *cap.* 5. *& seqq.* Oros. *lib.* 6. *cap.* 3. Ruff. Fest. *in breviar. rerum Roman. lib. 2.* latè Thuyl. *in Fac. Compend. histor. fol. m.* 582.

3. II. *Testamentariâ dispositione*, *Attalus* Rex Pergami, in Asia, populum Romanum hæredem scripsit. Eutrop. *lib.* 4. Justin. *lib.* 36. *Alexander* Rex Ægyptum. Cicer. 2 *Orat. agr. Nicomedes* Bythiniam populo Romano reliquerunt. Epit. Liv. *histor.* 93. Patercul. *hist. lib.* 2. Eodem Jure Cappadocia & Paphlagonia *Archelai* liberalitate Romanis cesse-

 runt

runt. vid. Jornand. *de ſucceſſ. Reg. cap.* 55. Flor. *lib. 2. c.* 20. Pari modo *Pratuſagus* Icenorum Rex Britañus, opulentia longè clarus, Cæſarem, ejuſque duas filias hæredes ſcripſit: Tali obſequio ratus, regnum ac domum ſuam ab omni injuria procul fore. teſt. Tacit. *Annal. lib.* 14. *cap.* 31. Alia exempla vide apud Petr. Matthæ. *in vita Henr. IV. Gall. Reg. tom.* 1. *lib.* 2. *narrat.* 5. *v.* 2. Dn. Freinsh. *ad lib.* 14. *Tacit. Annal.*

4. III. *Voluntaria ſubjectione*; videntes enim Gentium populi, tam tolerabile, tam æquum, tam juſtum eſſe Imperium Romanum, ſeſe ultrò Romanorum faſcibus ſubmiſerunt. Beſold. *de Increm. Rerump. cap.* 5. *num.* 1. Ideò *Capuani*, cum amicitiam & auxilium Romanorum adverſus Samnites impetrare nequirent, urbem Capuam cum agris & delubris, divinis atque humanis, in populi Romani ditionem dederunt. Liv. *hiſtor. lib.* 4. Ita *Pruſias* Bythiniæ Rex Romam veniens, libertum ſeſe Populi Romani faſſus eſt. *Vticenſes Legati*, ſe ſuaque omnia Populo Romano dederunt. Liv. *hiſt. lib.* 49. Idem de *Maſſiniſſa*

Numi-

Numidarum: *Ariarathe* Cappadociæ, & *Ptolomæo* Ægypti Regibus legimus, quod & amicitiam, & protectionem Romanorum, enixè quæsiverint, scilicet experientia edocti. [Vide Besold. *in Iur. Publ. part. 1. cap. 2.*]

5. Maximam esse libertatem vivere sub populo magno & justo. Vid Liv. *histor. lib. 44. 45. & passim.* Zoanett. *de Imp. Rom. num.* 105. Besold. *de Increm. Rerump. cap. 5. num. 3.*

6. Propter hanc Imperii amplitudinem & latitudinem, *Philo Iudæus* in legatione ad Cajum, Romanum Imperium *Orbis* nomine indigitavit. Francis. de Amaya *lib. 1. observat. cap. 1. num. 80.*

7. Imperator ipse, totius *Orbis Dominus* & *arbiter* dicebatur. *in l. deprecatio. 9. D. ad l. Rhod. de jactu. l. benè à Zenone. 3. in fin. C. de quadrien. præscript. l. 2. in princ. Cod. de Iurejur. propt. calumn.* Seneca. *de benefic. cap. 4. & seqq.* Quapropter superbè dixit *Ovidius*:

Gentibus est aliis tellus data, limite certo,
Romanæ spatium est, Vrbis & Orbis idem.

Johan. Solerzan. *de Iur. Indiar. lib. 2 cap. 21. num. 18. & seqq.* Joh. Limnæ. *de Iur. publ.*

publ. lib. 2. cap. 8. Francisc. de Amaya *ad l. 1. C. de fund. limitroph. n.* 1. *lib.* 11. [Romani quoq; se ipsos Gentium Dominos vocarunt; Quod ex Annæo Floro constat: *Mysi* (inquit) *quam feri, quam truces fuerint, quam ipsorum etiam Barbari Barbarorum, horribile dictu est: Unus Ducum, ante aciem, postulato silentio,* Qui vos, (*ait*) estis? *Responsum invicem:* Romani, Gentium Domini. *At illi:* Ita, *inquiunt, si nos viceritis.* Flor. *lib. 4. c. 12.*] Attamen hoc de Gentibus subactis, ac Romano Imperii orbe, seu ut loquitur, *Tertullianus*, de *Tota Romanitate*, intelligendum esse censeo, cum Tertull. *de pallio cap. 4.* eruditè Dn. & Am. quond. m. Jacob Gothofred. *ad l. 2. in fin. C. Theodos. de fid. Catholic. tom. 3. oper.*

5. Imò ipsa quoque Civitas, *Roma, Caput Orbis, Urbs æterna, Orbis Epitome*, dicta fuit. *in l. 3. C. de Consul. lib. 12. tit.* 3. *l. un. C. de Privil. corp. Urb. lib.* 11. Muret *varior. lib. 17. c. 12.* Matth. Steph. *de Iurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. num. 48. & seqq* Just. Lips. *de Magnit. Rom. lib. 1. cap. 2.* [In cujus jactationis gloriosam ostentationem Senatus Romanus, singu-

ſingulares nummos excudi curavit, hac inſcriptione. ROMÆ ÆTERNÆ; ſicuti ex rariſſimo nummo *Imper. Gordiani Africani Filii*, in honorem Imperatoris ex Senatus conſulto excuſo conſtat; qualem unicum nobis exhibet Triſtan. *in antiq. Rom. Rubr. de Gordian. Fil. II. tom. 2. fol. m. 473.* Similis glorioſa inſcriptio extat quoq; in nummo Imperatoris Cnei Vibii Treboniani; in verbis: ROMÆ ÆTERNÆ. absque Senatus conſulto, excuſo; quales Ego integerrimos poſſideo. Ac de Capite Orbi egregius eſt locus *Simmachi*, hoc explanans: *Tibi* inquit, *proficiſcentium Romam, major facultas: Quia in commune Impery caput, undique Gentium convenitur.* Simmach. *lib. 4. epiſt. 28.* Dn. Jacob. Gothofr. *ad d. l. 2. C. Theodoſ. de fide Cathol. fol. m. 7.*]

CAPUT. VII.

De diminutione Imperii Romani, ac quibus ex cauſis id acciderit.

I. VTi omnia orta occidunt, & aucta ſeneſcunt; ſic quoque naturalis eſt interitus *rerum publicarum.* Naſcun-

Naſcuntur, creſcunt, florent, decreſcunt & intereunt. *Floridum* hucusque corpus Imperii Romani, & univerſo Orbi formidabile vidimus: Verumtamen Imperium illud formidabile maxima ex parte concidit. Dum nobiliora ejusdem membra, à corpore paulatim ita abſtracta cernimus, ut non *Corpus*, ſed prioris *umbra* ſuper exiſtere videatur.

2. Hujus diminutionis & labeſcentiæ cauſas varias adferre poſſumus: Univerſalis cauſa eſt, naturalis illa & mutua invicem rerumpublicarum converſio, dum in rebus humanis magnus ille Architectus ita ludit, conſtruit, deſtruitque. Polyb. *hiſtor. lib. 6.* Vid. Juſt. Lipſ. *de conſtantiâ lib. 1. cap. 16.* [Quod acutè expreſſit Dn. Cyriacus Lentulus: *Quærenti igitur cauſam tanti motus, & translati imperii è Senatus populiq; manu ad unius voluntatem, ſimpliciter reſponderi poteſt, Adfuiſſe tempus revolutionis, & Deo, in cujus manu regna ſunt & eorum diſpoſitiones, ita viſum eſſe, providentiam, primam rerũ omnium ſcaturiginem, Orbem illum imperii non ſine ſtrepitu circumegiſſe. Hanc qui tollit è rebus, Deum ipſum tollit, fortuito*

motu

motu res humanas ferri, atomorum ritu, arbitratus. Quæ adeò clare in operibus mundi & rerump. conversionibus effulget, ut qui timorem ac cultum Dei sibi & aliis eximere conatus est, Epicurum *impietate supergressus* Lucretius, *victus veritatis fulgore exclamet:*

Usq; adeò res humanas vis abdita quædam
Obterit, & pulchros fasces, sevasq; secures,
Procurare, ac ludibrio sibi habere videtur.

Dn. Cyriac. Lentul. *de arcan, Regn. cap. 4. fol. m. 36. & 37.*] Vide Besold. *de Republ. curanda cap.* 1. *num. 4. & seqq.*

3. Speciales verò causæ sunt: Prima *Ipsius Aquilæ divisio*, dum per Imperialis sedis mutationem Aquila biceps effecta fuit. Relicta enim à *Constantino Magno*, & subsequentibus Imperatoribus Urbe Romana, & Constantinopolin translata, Occidens negligentiùs administrari cœpit, eaque Præfectorum avaritiæ, & hostium rapinis manifestè exposita fuit. Justin. *in Novell. 43. in præfat.* Tuler. *de migrat. Gent. in princ.*

4. Secunda, *Barbarorum Invasio*; firmata enim Gentium audacia, ex ipsius sedis Imperialis in longinquas Regiones trans-

translatione, pronum fuit & proclive *Gotthis, Vandalis, Herculis, Hunnis, aliisve Barbaris*, Romanorum provincias invadere, oppugnare, vindicare, atque *Romam* ipsam *Orbis Dominam* capere, diripere, & incendere. Vide Amm. Marcell. *histor. lib.* 31. Besold. *de republ. curandâ cap.* 5. *num.* 12.

5. Quibus accessit Tertia; *Obediendi tædium*, & hinc secuta propria defectio; siquidem dum cunctis mortalibus insita sit dominandi libido, secúndū Tacit. *in Annal. lib.* 15. *cap.* 53. Reliquus quoq; impatiens orbis Barbarorum irruptione invitatus, contra Romani Imperii obedientiam surrexit, ac in pristinam libertatem sese vindicavit. Victor. *de Exempt. thes.* 2. *disp. Basil. vol.* 2.

6. Quarta; *Spontanea quoque Imperatorum pactione*, quædam Imperii Membra cum maxima Imperii debilitatione, propriam libertatē obtinuerunt, quod præsertim sub Rudolpho I. Carolo IV. & inerti Wenceslao, Impp. accidisse, confiteri necessum faciunt Historiæ. Vide Paurm. *de Iurisd. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 55. Dn. Limnæ. *in Iur. Publ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 30. & 33.

2. Quinta

7. Quinta eſt; quòd *jure* quoq; *derelicti*, aliquot Imperii Provinciæ & Civitates ab Imperio Romano Germanico avulſæ ſint; dum vel proprio Marte in libertatem ſeſe vindicarunt, uti *Belgæ* gloriantur, vel vicinis Regibus ſeſe ſubmiſerunt, quemadmodum de *Livoniâ*, *Gedano, Elbinga, aliisq; Imperii Statibus* Conſtat. Vid. Cluten. *Syllog. Theſ.* 10. Vietor. *de Exempt. concluſ.* 2. Dn. Limnæ. *dict. c.* 9. *per tot.* Reinking. *lib.* 1. *claſſ.* 2. *cap.* 9. *per tot.* [Bernegger. *de morib. German. Quæſt.* 212. Beſold. *de jur. publ. part.* 1. *cap.* 2 *fol. m.* 39.]

8. Præcipuam tandem & *Sextam Cauſam* diminutionis Imper. Rom. German. eſſe cenſeo, Ordinum Imperii tum inter ſeſe, tum cum Imperatore, *diſcordiam*, & exinde mox oriunda *odia* & tandem *bella* inteſtina quibus feneſtra Imperium Romanum invadendi *aperta fuit*, dum illis in ſpem venit (*juxta Livium*) diſcordiâ inteſtinâ rem Romanam diſſolvi poſſe. Vide Reinking. *dict. lib.* 1. *claſſ.* 2. *cap.* 10. Caim. *paral. polit. fol.* 67. [Dn. Pacific à Lapide *in ſtrictur. ad Monzamban. Diſcurſ.* 6. *n.* 4. *ubi eruditè*

 de hiſce

de hisce & aliis causis differit. [Alias causas diminutionis Imperii Romano-Germanici vide apud Limnæ. *lib.* 1. *l. P. cap.* 9. ac in addit. Auth. Comitiolog. *p.* 4. *differt.* 12. qui *pro sexta* diminutionis Imp. Rom. causa, *Confæderationem cum exteris Principibus & rebuspublicis* refert. Sed quàm benè? Nunc non est hujus loci, de hac disquirere causâ. Ita ut exinde ominari liceat, Romanum Imperium videri, ut peculium, quod augeri & minui solet, ac simile esse homini, cujus proprium est nasci, crescere, decrescere, mori. *Arg. l. peculium.* 40. *in pr.* D. *de pecul.*

9. Cùm ex machina Imperii Romani *nonaginta* graduum, hodiè vix *decem* tam in longitudine, quàm latitudine supersint. Vide Bodin. *lib.* 1. *de Republ. cap.* 15. *num.* 129. Freher. *ad Andol. cap.* 15. Reinking. *d. cl.* 2. *cap.* 8. *num.* 5.

10. Et adhuc quotidiè decrescat, ut machina hæc ex luto & ære commixtis pedibus, fulcita ruinam abominabilem minitari videatur, nisi deprehẽsum fuisset, proter ferreũ pedis plantarium, magnitudinẽ istam ex parte fore stabilem, test. Daniel. *c.* 2. & 7. V. Æn. Sylv. *de Ort.*

& Au-

& Auth. Imp. c. 8. Petr. de Andlo *de Imperio Romano l.* 1. *c.* 7. Cluten. *in Syllog. concl.* 1. *lit. a.* Reinking. *de R. S. & E. l.* 1. *c. l.* 2. *c.* 2. *n.* 21. Goldast. *in Polit. Imper. part.* 8. *tract.* 1. *in fine.* Besold. *de Republ. curand. cap.* 1. *n.* 15. Meritò igitur concludo cum Tertulliano, idque simul inculco, dum scribit; *Fidelibus incumbere necessitatem pro Imperii Rom. statu, rebusq; Romanis orandi, quò vim maximam universo imminentem, ipsamq; clausulam seculi, acerbitates horrendas comminantem, Romani Imperii commeatu scimus retardari.* Tetull. *in Apolog. cap.* 32. qui in alio quoque loco scribit. *Christus salvum vult totum Imperium Romanum, quo usq; seculū stabit; Tamdiu enim stabit.* Tertull. *in lib. ad Scapulam.* Besold. *de Iurisdict. Rom. Imp. cap.* 3.

Caput VIII.

De Imperii Romani reliquiis, seu ferrea plantâ, hodiè in Imperatore & Statibus Imperii superexistente.

I. Quamvis Imperii Romani *Aquila*, habito respectu ad præterita secula, satis deplumata appareat,

ejúsve, præcipuæ plumæ evulſæ videantur. Petr. de Andlo *de Imp. Rom. lib. 2. cap. 18.*

2 Manſit tamen Imperii facies adhuc ſatis illuſtris, in modicis etiamnum reliquiis, reliquo Orbi ſatis formidabilis, in fortiſſima *Germanorum* Natione conſiſtens. H. Conring. *de G.R. Imp. cap.* 1. *&* 2.

3. Imperii etenim Romano-Germanici potentiam, vires, & militādi fortitudinem, tricennale nuperum bellum Germanicum ſatis conteſtatum eſt. Nam auſim ego referre ex verâ relatione Viri cujuſdam Generoſi tunc temporis Imperatori militantis, Imperatorem nempè Roman. Germ. *Ferdinandum* II. anno 1627. poſt concluſam cum *Daniæ Rege* pacem, *trecentas & ſex Legiones* militum fortiſſimorum, ſub vexillo Imperialis Aquilæ, habuiſſe & aluiſſe. [quorum *catalogus Colonellorum & Legionum*, adhucdum in Archivo militari Cæſareo reperitur.]

4. Cæterùm Imperium Rom. Germanicum, quò cohæreat tenacius, ab Imperatorib⁹ varii *Status*, utriusque Ordinis & ſexus conſtituti ſunt, quorum vis

vis & potentia in unione & concordiâ consistit, ut durante hac concordiâ, illud nullis exteris viribus convelli possit; quâ verò ruptâ, universum collabascet, & exteris prædæ erit; ut non vanè ominatur *Carolus IV.* Imperator *in præfat. Aurea Bullæ.* [Ubi Dn. & Am. Dieterich. *verb. Multoties.* Prævaleat igitur & vigeat egregia ad Imperii Germanos Proceres adhortatio aureis literis concipienda *Æneæ Sylvii Piccolomonei Senensis*; posteà *Pÿ II. Pontificis M.* rerum Germanicarum peritissimi, Ann. *MCCCC.LIX.* exarata: *Vos Germani, si priorem cupitis eminentiam vindicare, priscas virtutes, priscos resumite mores: Fortitudinem ignaviæ opponite: Liberalitatem avaritiæ: Sollicitudinem desidiæ: Iustitiam iniquitati. Et quod imprimis necessarium est, unitatem divisioni præferte: Et capiti vestro, suos honores, suam obedientiam reddite. Quod si feceritis, haud dubium, quin vetus nomen recuperantes multis & magnis gentibus leges dicetis, & haud dubiè ad vos redibit prisca gloria.* Æn. Syl. *de magnitud. Imper. cap. 43.* Et hoc cum Dn. Dieterici acclamatione

adhortatoriâ per additã quãdam extensionẽ: *Coite ergò viri Principes, utriusq; ordinis, sepositô odiô & partium studiô, in publicum conferte consilia, spernite, imò abominamini exterorum sordidas pensiones, vivite Proavorũ frugalitate, cùm vix, præsertim præsenti tempore, de religione, sed de regione agatur, & trepidabunt vires vestras Exteri*. Dn. Georg. Theod. Dieteric. *in dict. proem. fol. m. 7.* Vid Dn. Burgold. *de notit. Imp. Rom. Germ. part. 2. Discurs.* 21. *n.* 4.]

5. Sanè nulla, quamvis minima, natio ab hostibus facilè deleri potest, nisi Propriis simultatibus seipsam consumpserit. Post Vegetium vide Barcla. *lib.* 4. *Cont. Monomach.* 13. Boter. *dell. rag. di stato. lib.* 1. *f.* 14. de la nove. *disc.* 12. Vietor. *de Exempt. concl.* 3. Pflug. *de Rep. Germ.* apud Goldast. *in Polit. Imperial.* [Proinde Romani singulari prudentia, Concordiæ Templum extruxerunt, ea præcipuè de causa, quò hominum dissidia, quibus imprimis Respublica fluctuari solet, peractis in eo Sacrificiis, deponerentur: Xiphilin. *in Antonio.* Chokier *in Thesaur. Polit. lib.* 3. *cap.* 18. *exempl.* 3.

6. Quæ causa est, ut Cardinalis Richelius

chelius (quem alii *Galliæ Seianum* appellarunt) augurium ſumendo, tempore quodam Regem ſuum Ludovicū XIII. publicâ Comœdiâ, *par un Ballet*, in Germanos animaret, repræſentando in theatro quendam Imperii Romani globum, igne artificiali repletum, ac ardentem, qui ab igne tandem conſumptus in quatuor partes fruſtillatim concidit; Pari modò (*dicens*) nunc inſtare diem, quo Imperium Romano-Germanicum inteſtinis ſimultatibus attritum & fractum, urgentibus Fatis, quatuor Imperii hoſtibus diviſum ire properet. Aſt *Deus Ter Opt. Max. hoc peſſimum augurium benignè avertit, & adhuc in Monte providebit.*

7. Hæc Imperii Romani imago, ſcitè appellatur *Corpus Imperii Chriſtianum*, **das Heilige Römiſche Reich Teutſcher** Nation, id eſt, Sacrum Romanum Imperium Nationis Germanicæ. **Reichs Abſchied in Regenſpurg** *de Anno* 1541. *in princ.* conſiſtens *Capite & membris*, **in Haupt und Gliedern**/ Aurea Bulla *Carol. IV. cap.* 2. **Reichs Abſchied** Colon. *de Anno* 1512. *in pr. & paſſ.* [Vide Dn. Phil. Andr. Burgold.

ad Instrument. Pac. part. 1. discurs. 4. & 5. ac discurs. 8.]

8. Seu Corpus mysticum ad corporis veri vivique imaginem, cujus Caput est *Imperator*. Reichs Abschied *de Anno* 1530. §. deßgleichen Wir. ibi. als Röm. Keyser und Haupt. [Unde pulchrè scribit *Dn. ac Am. Stamlerus*, Consiliarius Frisiæ Orientalis meritissimus: *Imperium nostrum hodiernum ratione* Universitatis *repræsentare mysticam personam & corpus intellectuale. Inter illos magistratus unus est summus, quem Imperatorium, Cæsareum, aut Regium appellare moris est, Germanicè* Käiser. *Reliqui autem Magistratus dicuntur Status Imperii:* Die Stände deß Reichs. Dn. Stamler *de reservat. Imperat. fol. 280.*]

9. Qui ratione dignitatis & auctoritatis, omnibus Regibus, tam Christiani orbis quàm infidelium præcellit. *Guetta Cons. 1. num. 9.* [Imperatorem namque Rom. Germanicum, universis orbis Christiani Regib⁹ præcedere, eiq; illos lubenter cedere, latè deducit Besold. *de jur. præced. c. 2. n. 2.* Adeò ut ille quoque Imperatori Turcico præcedat. Quod agnovit jam diu ipse Dux Transsylvaniæ

ſylvaniæ, Gabriel de Bethlem, tum tempore hoſtis, referente Mercur. Franc. *tom.* 12. Eſt enim ſuperior Regum, *cap. in apibus. cauſ.* 11. *quæſt.* 1. Bartol. Chaſſan. *in Catal. glor. mund, part.* 5. *conſider.* 27. De qua præeminentia ſequentes verſiculos produxit Guntherus:

— — — Te Solis ab ortu
Solis ad occaſum, ſubmiſſo vertice, cuncti
Suſpiciunt, Dominumq́ ſimul, Regemq́ fatentur.

Gunther. *in Ligurin. de geſtis Imper. Frid. I. lib. 1. in pr.* Ubi latiùs Jacob. Spiegel. *in Comment. Verb. Dominumq́.* Cadevic. *in hiſtor. Frider. I.* Vide Limnæ. *in Iur. publ. lib. 2. cap. 7. num. 27. & ſeqq.* Dn. Burgold. *de Notit. Rom. Imper. part.* 1. *diſcurs. 8. num. 6.* Quod ſtrenuè defendit contra Aubrium, Dn. Aff. Crus. *de jur. præcedent. lib. 3. cap. 2. per tot.*]

10. Membra ſunt *Status Imperii*, veluti Electores, Principes, Comites, Civitates, **als deß Römiſchen Reichs einverleibte Glieder.** id eſt, tanquam Sacri Romani Imperii inſita membra. **R. A.** *de Ann.* 1541. *in pr.* quæ á Capite ritè diſpenſantur, veluti magni corporis invicti artus.

 Vide

Vide Vietor. *de Exempt. Concl.* 4. Reink. *de R. S. & E. lib.* 1. *class.* 3. *cap.* 1. Besold. *in thesaur. Pract. lit. R. verb.* Römisch Reich. Limnæ. *lib.* 1. *Iur. Publ. cap.* 7 *n.* 50.

II. Quorum 1. *Iura & Privilegia*, 2. *Onera* ac 3. *Quomodò quisq; Status esse desinat*, in brevi quasi tabella, pro nunc delineare quasi, ac paucis deducere libet.

Caput IX.

De Origine Statuum Imperii Romano-Germanici.

1. Vocabulum *Status* est polysemon, plures admittens significationes, quas excutit Dn. Limnæ. *lib.* 1. *de Iur. publ. cap.* 10 *num.* 1. *& seqq.* Vide quoque Anton. Freundeberg. *de Rescript. morat. in Indice verb. Status.*

2. Hîc pro subjecta materia dicitur Status Imperii, à stando, daß er ein Stimm und Stand in den Reichs-Versamlungen hat/ id est, quòd votum & sessionem in Comitiis Imperialibus habeat. Reichs-Abschied de Anno 1520. §. wie die Irrungen. Reichs-Abschied de Anno 1548. §. wann auch ein außgezogener. Knich. *de*

Saxon.

Saxon. non prov. privil. cap. 2. n. 1. Arum. *de Comit. cap. 4.* Seu quòd in illis, ceu membris, id est, basibus & columnis, stet & subsistat Imperium ipsum. Vide Goldast. *de regn. Bohem. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 4. [Sanè qui nunc status Imperii sunt, sub Imperatoribus Carolinis, Optimates Regni, ac Proceres Regni Germanici vocati fuerunt. Vide Hieron. Bignon. *ad formul. Marculfi in notis perdoctis ad lib.* 1. *fol. m.* 511.]

3. Imperii autem Rom. Germanici status sunt *Seculares* seu *Politici*, & *Ecclesiastici.* De origine Principum & Statuum Imperii eorúmve Jure & potestate in territorio ipsis competente, verè hoc dici potest, quod J. C. Cajus *in l. addo.* 7. §. 1. *ff. de adquir. rer. Domin.* de *alluvione* tradit; Quòd sit incrementum latens paulatim prædio nostro accedens, motu fluminis, ut intelligere vix possimus, quantum quoquo tempore adjiciatur; Ita Principum ac Statuum Imperii dignitas & libertas sensim crevit.

4. Quorum *Origo* ferè talis fuit; Quemadmodum libera florente Republica, populus Romanus, Imperatorem esse

esse jubebat, Imperator verò Præsides; Ita quoque posteriori ævo, scilicet avulso Occidente ab Oriente, Dux, Princeps, Landgravius, Marchio, Comes extitit, quem Cæsar talē fecerat. Renat. Choppin. *de Doman. lib.* 3. *tit.* 26. Schönborn. *lib.* 5. *Polit. cap.* 15. Vietor. *de Exempt. concl.* 3. latiùs Besold. *in discurs. de Comit. in oper. polit.* Leheman. *in Chron. Spiren. lib.* 2. *cap.* 15. 16. & 17. *per tot.* [Archolog. *cap.* 5. *num.* 18. & *pass.* Dn. Burgold. *de Notit. rer. Imper. part.* 1. *discurs.* 20. *membr.* 2. *num.* 14. & *seqq.*

5. Devictis, enim à *Carolo Magno*, Primo Romanorum Imperatore, *Hunnis*, *Alanis præsertim Saxonibus, aliis ve Imperii hostibus*, eorumque ditionibus in Provinciæ formam redactis, Imperator ex numero militum veteranorum, in præmium exantlati laboris, quosdam fecit Duces, quosdam Marchionis, alios Palatii Comites, vel Burgravios, nonnullos Landgravios; Plerosque verò Comites in certo districtu in einem gewissen Gaw ordinavit, ut veluti Judices & Provinciæ Rectores Reipublicæ præessent. Vide Christoph. Besold. *in Thes.*

Pract-

Pract. lit. X. verb. Hertzog. *ac lit. C. verb.* Grave. Dn. Limnæ. *in Jure publ. 4. cap. 3.* [Sever. de Monzamb. *de stat. Imper. Germ. cap. 3.* Ubi Dn. & Am. Pacif. à Lapid. *in strictur. discurs. 4.*]

6. Et hoc comprobatur Recessu Imperii Paderbornæ dato: Namque subactis, ad caput fluminis *Lippiæ*, Saxonibus, Imp. *Carolus Magnus* in Comitiis, sequenti Anno 777. *Paderbornæ* celebratis, Francis & Germanis, qui Saxones subegerunt, varia Privilegia concessit, veluti ut sint Nobiles, & de publico alantur, eosque his verbis allocutus est;

7. *Ite milites mei; Vos Heröes vocabimini, socii Regum, Judices Criminum, vivite posthac, laboris expertes: Consulite Regibus, publico nomine, favete Orphanis, Juvate Pupillos, Consilio circumdate Principes, ab his victum & Stipendium petite.* apud Goldast. *Constit. Imper. latin. tom. 3. fol. m 120.* [Similia videsis *in Annal.* Franc. *in append.* Aimoin. *lib. 5. fol. m.* 340. Hat also an dem Römischen Reich und dessen forma regiminis Carol deß Grossen/ den ersten Eck-stein geleget. Auth. respons. Fridberg. *punct. 2. num. 6.* latè Archolog. *cap. 6, num. 5.*]

8. Con-

8. Congruit hisce Glossa Speculi Saxonici in verbis: Nachdeme die Römer (intellige Imperatores Romanos) alle Welt bezwungen/ haben sie auff ein jede Landschreide/ je einen gesetzt/ welchen sie einen Fürsten/genennt haben/und ihme etliche Ritter zugeordnet/ dieselbe hält er dann bey sich in seiner Kost/ hierzu namen dieselbe Fürsten alle der bezwungenen Leuthe Aecker ein/ und was unter denselben zu vermieten dochte/ das thäten sie umb ein bescheidenen Zinß auß/ und hielten darvon ihre Ritter. Hoc est, postquam Romani universum orbem subegêre, unicuique Regioni præfecerunt unum, quem Principem nominabant, eique quosdam Equites (vel Nobiles) adjunxêre, quibus alimenta subministrabãt, insuper prædicti Duces vel Principes, sibi omnium devictorum hostium agros appropriabant, & ex illis, qui ad elocandum apti erant, pro certo censu elocabant, & exinde Equites sustentabant. Gloss. *Spec. Saxon. lib. 2. art. 58. in princ.* Gloss. *in VVeichbild. art. 7.* Hincmar. *lib. 4. Epist. 14.* vide Zasium *de feud. pag. 5. num. 9.* Knichen. *de Saxon. non provoc. privil. cap. 4.* Petr. de Andlo.

Andlo. *lib. 2. de Iur. Imp. cap. 12.* Cluten. *in Syllog. Conclus. 26. in princ.* Coler. *de Iure Imperii German. Concl.* 57. Reinking. *dict. lib. 1. class. 4. cap. 14. n.* 19. *& seqq.*

9. Cæterùm hæc Ducum, Marchionum, Landgraviorum, ac Comitum nomina ab initio tantùm erant nomina officiorum, muneris & administrationis; Imò temporalia magis & ad nutum removibilia, uti loquitur Cardin. Cusanus *de Concord. lib. 3. cap. 28. in opere Simon. Schardii.* Scilicet quòd officiales isti momentaneam semper & motoriam Jurisdictionem exercebant. Joan. Duosa. *in Annal. Holland. lib. 5. fol. m.* 215. Qualis hodiè Bassarum & Beglerbegorum, aliorumque militum Conditio est in *Turcia,* suas certas *Timarias* possidentes, ac quales in Poloniæ Regno & magno Lithuaniæ Ducatu *Palatini & Castellani*, existunt. Aymon. *in hist. Franc. lib. 5. cap.* Bizar *histor. Genuensis. lib. 3.* Dn. Limnæ. *in iure publ. lib. 1. cap.* 1. *num. 8.* [Vid. Archolog *dict. cap. 6. num. 5. & 6.* Dn. Burgold. *de Notit. rer. German. part. 1. discurs. 20. num.* 14. ac in strictur. Monzamb. *discurs* 9. *n.* 1.]

10. Atra-

10. Attamen extinctâ Carolinâ stirpe sub *Henrico I.* & circa Annum 936. sub *Ottone I.* cognomine *Magno*, Imperatore, dignitates hę perpetuæ ac patrimoniales effectæ sunt, quæ in eadem qualitate & hucusque adhuc perdurant. *Arg. cap. 1. §. & quia. feud.* 1. Cujac. *lib.* 1. *feud.* 1. Vulte. *in præfat. de Iurisdict.* Jul. Pflug. *de Republ. German.* apud Goldast. *in Polit. Imper.* Quod latiùs tractat Christ. Besold. *discurs. de Comit. num.* 12. *in Oper. Polit.* [Dn. Pacif. à Lapide *ad Monzamb. discurs. 9. num. 2.*]

11. Secuti enim sunt Imperatores consilium *Alexandri Severi* Imperatoris, scilicet attentiùs ac vehementius eos militaturos, sua etiam jura si defenderent. Lamprid. *in Alex. Sever.* post plures Freher. *de Orig. Com. Palat. part.* 1. *cap. 1. & cap. 15.* Knich. *de Iur. Territ. cap. 1. n. 356.* Quod latè deducit doctissimus Hispan. Joh. Bapt. Larrea. *allegat. 44. n.* 13. *& seqq. vol. 1.* [hoc insuper addendo, quod Rex honore & præmio afficiens Magnates, eos alacriores efficiat, ut quàm promptè se ad pericula conferãt.]

12 Pro-

12. Proindecùm Imperator *Conradus*, dictus *Salicus*, filios & nepotes quorundam Comitum & Vasallorum, ad successionem paterni beneficii admisisset; hâc munificentia (sicuti scribit *VVippo*, antiquus historicus) militum animos admodū sibi conciliavit. Wippo *in vit. Conrad. Salic.* Reinkin. *lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 6. *num.* 2. Choppin. *de doman.* 1. *tit.* 5. *n.* 15. & 20. Matth. Stephan. *de Jurisdict. l.* 2. *part.* 1. *c.* 4. *à princ.* Christ. Leheman. *in Chron. Spirens. lib.* 4. *cap.* 1. Dn. Limnæ. *lib.* 4. *Jur. publ. cap.* 4. *num.* 3. Casp. Klock. *de Contribut. cap.* 4. *num.* 73.

12. Veruntamen; *An prudenter egerint Otto I. Imperator, ejusq; successores in Imperio Rom. Germ.* meritò disputari potest, Secundum Hottoman. *disp. feud. cap.* 18. Besold. *in Thesaur. Pract. lit. L. verbo.* Lehen. Pio. Mutio. *in Tacit. Consid.* 357. Arnisæ. 2. *de jur. majest. c.* 4. *num.* 15.

[Sanè hoc maximâ prudentiâ, & ex vera Status ratione factum esse, ego latiùs deduxi *in Archolog. cap.* 11. *per tot.* Cui assertioni firmiter adhucdum inhæreo; *Tum* propter veteranorum benemerita, cùm virtus militaris

ſemper ampliſſima poſtulet. munera *N.* 116. *Tum* propter majorē imperādi ſecuritatem, juxta Lamprid. *in Alexandri Sever.* & tradita Cardin. de Cuſa *de concord. Cathol. lib. 3. c. 28. Tum*, ita ferente natura Nationis Germanicę, quę nec totam ſervitutum nec totam libertatem ferre poteſt, *juxta Tacitum*. Nam ne ipſe quidem *Carolus M.* ſuos Francos & Germanos abſolutâ poteſtate cum plena ſecuritate regere poterat. Ac quamvis hanc *affirmativè reſolutam quæſtionem* derideat Severin. Monzamban. *de Stat. Imp. German. cap. 3. n. 2.* qui Imperatoris & Principum Imp. Rom. Germ. jura ita convellit, quaſi in ejuſdem marſupio eſſet, ea inſtar taxillarum pro lubitu diſpergere: Ei tamen integrè ſatisfecit Dn. Pacific. à Lapide *in ſtrictur. Diſc. 9. num. 2. fol. m.* 337. *Cujus rationes, nondum viſis hiſce ſtricturis, mente conceperam & evolveram.*]

13. *Eccleſiaſticos* Imperii Ordines quod attinet, quemadmodum *Carolus Magnus*, ejusque Succeſſores ſingulari devotione erga religionem & religioſos, placitis ſeu conſiliis publicis Epiſcopos quoque & Abbates intereſſe voluerunt.

fuerunt. Vide Leheman. *in Chron. Spir. lib. 2. cap. 25. fol. 80.* Arumæ. *de Comit. cap. 4. num. 98. & seqq.* Ita exindè clerici ſecularibus rebus & politicis negotiis indies aſſueti, Religionis ſpecie, in ambitionem prolapſi fuerunt, ac circa honorum aucupia ſolliciti, Principatus, Comitatus, diſtrictus & fundos unà cum territorio & ſeculari poteſtate ambientes, ea ab Imperatorum liberali animo obtinuerunt, ac Statibus Imperii adnumerari cœperunt. Leheman. *dict. cap.* 15. Laur. Ohem. *de Jur. Epiſcop.* 19. lit. B. [Vide Archolog. *cap. per tot.* Dn. & Am. Burgold. *dict. tr. part. 1. diſcurſ. 20. Membr. 1. per totum.*]

14. Hujus liberalitatis authorem, omnium primum *Otthonem* I. cognomine *Magnum*, fuiſſe ex hiſtoricis paſſim conſtat. Theod. de Niem *de privil. & Jur. Imp.* apud Schardium. Vadian. *de Monaſt. lib. 2. fol. 94. in princ.* apud Goldaſt. *in Alemannicis tom. 2.* de quo ita legimus in Chronico, Juri Weichbildico præmiſſo. Nach ihme (id eſt, Biſchoffen Albrechten) ward ein Biſchoff genandt Gißler; an demſelben begundten die Biſchoffen

weltliche Gericht zu haben und zu richten/ und das fieng erstlich an sein Bruder Bruno zu Cöllen/ und Bischoff Gißler zu Magdeburg/befahl Käyser Otto das Hertzogthumb an der Elb/ zu Schartaw. idest, *Post illum, scilicet Episcopum Albertum, Episcopus erat nomine Gislerus, cujus tempore Episcopi secularia negotia ac Iudicia exercere gestiebant, & primus eorundem erat Frater ipsius Bruno, Episcopus Coloniensis; & Gislero quidem Episcopo Magdeburgico Ottho Imperator committebat Ducatum ad Albim fluvium Scartaviæ.* Quod confirmat *VVitichindus* hisce verbis: *Henricus Imperator (Otthonis I. Pater) filium habuit tertium Brunonem, quem summi Pontificis & Ducis magni vidimus Officium gerentem.* Witichind. *in Annal Saxon. lib.* 1. *fol. m.* 10. [Quæ liberalis profusio cum Imperii damno, à quibusdam *Otthonismus*, id est, Solæcismus Otthonis in Ecclesiasticis commissus, vocatur. Dn. Burgold. *dict. part.* 1. *discurs.* 20. *Memb.* 1. *num.* 8. De conditione Episcoporum & Abbatum sub Otthonibus latiùs *egi in Archolog. c.* 13. *per tot.*]

15. Proinde, cùm hoc viris istius temporis

poris secularibus & cordatis iniquum videretur, scriptum legimus *in Chron. Erphurt.* Da begunten zu erste die Bischoffe weltliche Richter zu haben; daß dauchte damals unbillich manchen Mann. Id est; tunc primò incipiebant secularia Judicia tractare, quod multis iniquum videbatur, referente Gryphiandro *de VVeichbild. c. 28. num. 11. & seqq.* Quamvis hanc amplissimam secularium jurium potestatē Ecclesiasticis Imperii Rom-Germ. Ordinib⁹ competentem, quidam etiam ex ipsis Catholicis lividis oculis intueantur, inter quos Hispani palmam ferè tenent. Sicuti *Ognati* Comitem ex Guevarrorum familia, Hispanicum quondam apud Cæsarem Legatum, sæpiùs inter Amicos jactâsse fertur: *AEquô longiores Germaniæ Episcoporum togas esse eóq; resecandas.* Theod. Beremi. *de Comit. Elect. Ratisbon. Ann.* 1630. Dn. Burgold. *de notit. Imper. R. G. part.* 1. *discurs.* 1. *n.* 39.

16. Sanè; An. & quomodo *Episcopi & Abbates de jure divino Civitates oppida, Vasallos ac jurisdictionem temporalem possidere debeant, & queant?* Disputat Ascan. Tamburin. *de Iur. Abb. tom.* 3. *disp.* 12.

quæst. 1. Arumæ. *de Comit.* c. 4. *num.* 102. Reink. *lib.* 1. *claß.* 4. *c.* 9. [Hanc quoque quæstionem latè deduxi in Archologia c. 16. *num.* 13. & in *Affirmitivam* inclinanavi. Adi quoque Arnisæum *de exempt. Cler.* c. 4. n. 4. Dn. Conring. *tr. de Episcop. & in præfat. ad Epist. Leon. III.* Dn. Burgolden. *in Notit. Imper. R. G. part.* 2. *discurs.* 9. *num.* 11. Hoc tantùm subjicio, quod de causis inopiæ Episcoporum Germaniæ ad JCt. *Mererũ, Moguntiæ Cancellarium, an.* MCCCCLIX. rescripsit *AEneas Sylvius*: *Omnes* (inquiens) *Episcopi & Prælati, Principum more, equos canesq́ alunt, & histriones, parasitosq́ nutriunt, neque sine magno Comitatu esse volunt. Nec tu aliter, quàm in aulis Regalibus, apud Prælatos tuos instrui convivia videbis. Quibus ex rebus, non ineptè hoc loco dixerimus, quòd Hobunsardam, Princeps cocorum, muros Hierosalem destruxisse legitur, quia venter, cui cocorum multitudo deseruit, ædificia virtutum ad solum redegit. Luxuria & ambitio, Germanicas Ecclesias, non Romana Curia, exhaurit.* Hæc Æn. Sylv. *posteà* Pius II. P. M. *de German.* c. 44. *in fine.*]

Caput

CAPUT X.

Definitio Status Imperii.

1. Cùm juxta Philosophum ex cognition geeneris plenior specialium cognitio hauriatur; Ideò *definitur* Status Imperii, *immediatus Imperii Civis, in Matriculam Imperii, Cæsaris ac communi Procerum consensu inscriptus, ut Cæsari in Comitiis de utilitate Imperii proponenti, consilio, suffragio & auxilio assistat*, juxta Reichs-Abschied/ Trevir. *de Anno* 1512. Clariùs *per text.* in Reichs-Abschied Augustæ *de Anno* 1548. §. wann auch ein außgezogener. Andr. Gail. *lib.* 1. *observ.* 21 *n.* 12. Matth. Stephan. *de Jurisdict. part.* 1. *c.* 4. *num.* 27. Knichen *de Saxon. non provoc. Jur. c.* 2. *num.* 1. Everhard. Jun. *Cons.* 23. *num.* 24. *vol.* 1. Victor. *de Exempt. Concl.* 5. Bornit. apud Arum. *discurs. Jur. publ. pen. th.* 7. Reink. *lib.* 1. *class.* 4. *c.* 1. *num.* 2. [Breviorem & succinctam Definitionem refert Dn. Burgold. *dict. tr. de Not. R. I. part.* 1. *Discurs.* 13. *num.* 3. Ac in Stricturis *Discurs.* 7. *num.* 3. ubi Monzambani *errorem redarguit.*]

2. *Immediatum* dico, qui ſolùm Imperatorem vel Cameram Imperialem ob Jurisdictionis concurrentiam, pro ſuperiore agnoſcit, als der dem Reich ohne Mittel unterworffen/ id eſt, utpotè qui Imperio immediatè ſubeſt, quò excludatur Landſaſſus & homo Jurisdictionalis: Imperii enim Status debet eſſe immediatus. Vide Reichs-Abſchied *de Anno* 1548. §. auch der Grafen. §. wiewol. Gail. *de Arreſt. cap. 6. num.* 25. Wehn. *in Obſerv. verb.* Stand deß Reichs. Nolden. *de Nobil. c.* 17. *num.* 42. Reiffenb. *in not. Receſſ. Deput. de Anno* 1600. §. *initial. lit. E.* Nicol. Evarh. Jun. *dict. Conſ.* 23. *n.* 24. *vol.* 1 Waldeck. Ehren-Rettung *part.* 1. *c.* 3. *art.* 1. [Differentiam autem eſſe, inter immediatum Imperii Statum & Imperii immediatum Civem, conſtat ex Receſſu Imp. de Anno 1564. §. und wollen Wir. in verbis: Gegen denen ſo nicht Stände deß Reichs/ jedoch dem H. Reich immediatè unterworffen. Reink. *lib.* 1. *de R. S. & E. claſſ.* 4. *cap.* 23. *n.* 18. Dn. Am. quond. m. Knipſchild. *de Civit. Imper. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 56.]

3. *Matriculam Imperii* dico, Catalogum

gum, in quo Statuum Imperii Nomina, ac quantum quisque Imperio, urgente necessitate, pensitet, solenniter relata continentur. Dicta, deß H. Röm. Reichs matricul, Juxta Reichs-Abschied *Augustus de Anno* 1548. §. nachdem auch etlicher 76. ibi. ein sonderliches Verzeichnuß. Gail. *lib.* 1. *Observ.* 21. *n.* 2. Ottho *de Jur. Publ. cap.* 17. *inpr.* Wehn. *Observ. verb. Matricul.* Gylman. *tom.* 3. *Symph. verb. Matricula. Ac decis.* 50. *num.* 21. *& seqq.* Dn. Limnæ. *lib.* 1. *de Iur. Publ. cap.* 7. *num.* 66. Herman. Conring. *de German. Imper. Civib. num.* 48. Auth. Comitiol. *part.* 3. *dissert.* 3. *num.* 38. [Hac tamen à quibusdam scriptoribus additâ *Declaratione*; Quod inscriptio in Matriculam seu Album Imperii, propriè non faciat, sed probet tantùm, aliquem esse Statum. *De quo tamen mox. c.* 15. Vide Monzamb. *de Imp. Germ. Stat. cap.* 2. *num.* 2. Ubi Pacif. à Lapide, *in strictur. discurs.* 7. *n.* 4.]

4. Matricula hæc apud Electorem Moguntinum, Imperii Archicancellarium, asservatur, ac per compulsoriales peti potest. Vid. R. I. *d. Ann.* 1548. §. nachdem etliche 77. *in verbis*; bey unser deß

Reichs-Cantzley zu finden. Tilem. de Benign. *Syntag. lib.2. dec. 4. voti. num. 24.* Ruland. *part. 2. d. Commiss. lib.5. c.4. n.11.* Meichsn. *tom. 3. decis. Camer. 6. num. 18.* Knich. *Encycl. c.10. n. 73.* *Reinck.* de R. S. & E. *lib. 1. class. 4. c. 1. num. 8.*

5. Præcipuè autem, *Cæsaris* ac communem Procerum *consensum ac comprobationem* requiri, ad efficiendum Imperii Statum, verius est, & quidem conjunctim, ut non sufficiat, alterutrum esse factum. In R. A. zu Augspurg de Ann. 1548. §. nach dem auch etlicher 76. ibi. So haben wir uns mit den gemeinen Ständen einer Meynung verglichen/ wie es mit deren jeden künfftiglich gehalten werden solle. *Consil. Argent. 17. num. 131. vol. 1.* Limnæ. *lib. 1. Iur. Publ. c. 7. num. 79.* Quamvis aliquatenus dissentiat Auth. Comitiolog. *part. 3. dissert. 3. num. 24.* [Hoc tamen clariùs determinatum fuit in Recessu Imperii *de Anno 1655.* §. *ac in Capitulat.* S.C.M. *Imper. Leopoldi I. art. 44.* ibi: wider deroselben Willen auffgetrungen.]

6. Qui dictus & factus si fuerit, superest, ut in Matriculam referatur. Quæ dignitas, ipsô mortuô, in hæredes quoque,

que, vigore primævæ receptionis, transit, arg. trad. Andr. Gail. *lib. 2. Observ. 2. num. 19. Limn. lib. 1. I. P. cap. 7. num. 80.*

7. Aſt quoniam variæ Matriculæ Imperii circumferuntur, quas vide ap. Leheman. *Chron. Spirens. lib. 7.* Ideò ea Matricula, quæ *Anno* 1521. conſcripta fuit, pro vera & certiſſima ab Imperatore & Statibus Imperii recepta & approbata reperitur, ſecundum quam in Camera Imperiali judicandum eſt, ſicuti patet ex Conſtitut. Imp. de Anno 1576. §. wann auch. verſ. So ſehen. Denais. *in Iur. Camer. tit. 191. §. 9.* Schwanman. *Observ. Camer. 145. num. 13.* Eámve reperies apud Goldaſt. in Reichs-Handlungen/ *tom. 2. fol. 245.* [quæ tamdiu firma manet, donec præſens rectificetur & perfectior ab Imperatore & Ordinibus Imperii conſtituatur, quod magis optandum, quàm ſperandum. Vide Dn. A. Knipſchilt. *de Civitatib. Imp. lib. 2. c. 17. num. 72.* Dn. Burgold. *de Notit. R. 1. part. 3. diſcurs. 7. Membr. 2. per tot. Ac in ſtrictur. ad Monzamb. diſcurs. 7. num. 4.*]

8. Dico *in Comitiis Conſilio, ſuffragio & auxilio aſſiſtat.* Cùm enim Status imperii

imperii in partem sollicitudinis ac multæ consultationis, pro Imperii utilitate, assumatur; Incumbit ei quoque, ut tanquam pars corporis Imperialis. *arg. l. quisquis. 5. C. ad. l. Iul. maj.* A. B. *c.* 12. Scip. Gentil. *de Conjurat. c.* 12. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 284. *num.* 60. consilio & voto, non solùm consultivo, sed & decisivo, Imperio R. G. adsit: daß er das Römisch Reich/ getreulich/ gehorsamlich helffe handhaben/ schützen und schirmen; Rath und Beystand thun. R. A. d. Anno 1545. §. wo aber jemand/ *A. B. c.* 24. Heig. *pag.* 1. *q.* 4. *num.* 25. Vietor. *de Exempt. concl.* 4. Paurm. *de Iurisd. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 4. Dn. Lim. *lib.* 4. *I. P. c.* 7. *n.* 45. Gylman. *Tom.* 2. *Symph. pag.* 1. *vot. num.* 21. Waldeckische Ehrenrett. *pag.* 1. *c.* 3. *art.* 3.

CAPUT XI.

De Requisitis Status Imperii.

1. CÆterùm si quispiam pro Statu Imperii reputari velit, necesse est, *I. Nomen* ejus in Matricula Imperii extare, in den Reichs-Matriculn eingeschrieben. per R. A. zu Augspurg de An. 1548. §. nach-

§. nachdem auch etlicher. 76. Wehn. *in Obs. verb. Matricul.* Meichsner. *lib. 2. decis. 14. num. 44. & seqq.* Quod latè deducit Arumæ. *de Comit. c. 2. num. 31.* Andr. Knich. *Encyclop. c. 10. n. 52. & seqq.* Dn. Hippol. à Treisbach. *de jur. praced. ordin. Equestr. Quæst. 2. num. 8.* [*ac de Civitat. Imp. lib. 1. c. 3. num. 84.*]

2. Cui, pro inseparabili Status Imperii adjuncto, Ego addo *II.* ut quispiam in Imperialib⁹ Diætis *Sessionem* quoque ac *Votum habeat.* R. A. d. Anno 1548. §. und soll unsere. & §. wann auch ein außgezogner. Nicol. Everh. Jun. *Cons. 41. n. 86.* Reink. *lib. 1. cl. 4. c. 1. num. 24.* Ruland. *de Commissar. part. 2. lib. 5. c. 4. num. 27.* Et hoc latissimè comprobat Arum. *de Comit. c. 4. num. 1.*

3 Energia enim adquirendi jus Ordinum Imperii Consistit in participatione suffragiorum, ut cum Imperatore & Cæteris Imperii Ordinibus de Imperii utilitate aut necessitate decernat. Tobias Paurm. *de Iurisd. lib. 1. c. 6. num. 4. & 12.* Gail. *lib. 1. Observ. 21. num. 5.* Waldeckische Ehrenrettung *part. 1. c. 3. art. 3.* Ita etiam Consuluit olim Dn. Plebst. *p. m. in Caus. Sarverdensi.*

Quòd

4. Quòd verò nonnulli addunt & requirunt, ut aut III. quispiam, obveniente necessitate, Imperio certi quid pensitet, aut, IV. territorium immediatè ab Imperatore agnoscat; inter quos est, Andr. Gail. *d. Observ.* 21 *num.* 5. Stephan. *de Iurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 4. *num.* 27. Mager. *d. Advocat. armat. c.* 6. *num.* 146. Waldeckische Ehrenrettung *dict. c.* 3. *art.* 5. & alii, quos refert Dn. à Treisbach. *dict. quæst.* 2. *num.* 79. Gylm. Symph. *tom.* 1. *pag. tit.* 3. *vol* 7. *n.* 18. Id non tam absolutè admittendum esse censeo.

5. Hæc enim statuum Imperii Symbola & qualitates sunt, sed non perpetuæ, nec inseparabiles; *Tùm* quia plurimi status Imperii immunes sunt à Collectis, ut Austria, Sabaudia. Dn. Limnæ. *in Jur. Publ. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 97. [Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 108. & 109.] quidam etiam Collectas, attamen voluntarias, (uti nonnulli loquuntur) solvunt, nec tamen sunt Imperii Status; als die Frey-Reichs-Ritterschafft in Francken/Schwaben und Rhein/welche Ihr Käyserl. Majestät und dem Römischen Reich ein freywillige Beysteuer nach Beschaffenheit

fenheit der Sachen etwan zu Zeiten darreichen. Nolden. *de Nobilit. cap. 17. num. 72. & 78.* Dn. Limnæ. *lib. 6. Jur. Pub. cap. 2. num.* 10. *& seq.* [Et quamvis dissentiat Dn. Mart. Rümelin. *ad Aur. Bull. part. 1. Dissertat. 1. thes. 12.* eum tamen redarguit jamdiu Dn. Speidel. *in Addition. lit. A.*]

6. *Tum* etiam, quoniam Statum Imderii esse, non est patrimonii qualitas, sed personæ dignitas. Andr. Knichen. *in Apolog. num. 14. 110.* 131. Schwanman. *Decis. 6. num.* 10 Reinking. *lib.* 1. *class. 4. cap. 1. num. 24.* Besold. *de Jurisdict. Imper. Rom. Germ. cap. 8.*

7. Hinc fluit *Decisio* duarum Quæstionum; I. *An is, qui in Imperio nil amplius possidet, præter titulos & tumulos Majorum, ut collectas solvere non possit, nihilominus permaneat Imperii Status?*

8 II. *An is, qui nulla alia præter mediata bona possidet, (translatô forsitan suô Comitatu in aliam familiam, vel alteri Statui Imperii in feudum dato) nomen & qualitatem Status immediati, adhuc retineat?* Hasce ambas quæstiones *affirmativè* decidunt Vietor. *de Exempt. concl.* 30 Ziegl. *in Cim. Concl. §. Landsassi. n.* 17. *& alii.*

9. De

9. De hac ratione, quòd dignitas hæcce, ſcilicet ſtatum Imperii eſſe, non ſit glebæ pretium, ſed ſummi Principis ac ordinum Imperii præmium, nec territorio ita arctè adhæreat, adi quoque Conſil. Argentoratenſ. 17. *n.* 140. *vol.* 1. Reinking. *d. cap.* 1. *num.* 63. poſt Schrad. Steph. *d. Juriſd. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 229. Regn. Sixt. *d. Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 59. Dn. Limnæ. *& cap.* 7. *num.* 103. Varia etiam præjudicia, exempla & deciſiones Camerales vide apud Gylman. *& Auth. Deciſ. Cam. verb. exempt. tom.* 3. *Symphor. f.* 100. Et cùm dignitas ſit à perſona inſeparabilis, ideò hanc affirmativam opinionem quoque Ultramontani tenent, inter quos exiſtit Roland. à Valle *Conſ.* 1. *num.* 30. *vol.* 3. Marc. Anton. Natta *Conſil.* 445 *num.* 9. Fab. de Anna *Conſil.* 40. *num.* 43. [Latè Dn. Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 84. *& paſſim.*] Ac jam olim ita conſuluit pro Sereniſſimo Udalrico, Duce Würtembergiæ, acutiſſimus Andr. Alciat. *Conſil.* 451.

10. Ex prædicta ratione, etiam in cauſa *Comitum à VValdeck* contra Landgravium

vium *Hassiæ Anno* 1620. 17. *Junii* in judicio Cameræ Imperialis ita submissum fuisse, tradit Waldeck. Ehren-Rettung. *part. 1. c. 2. in fine.* [Sicuti in hac quoque causa consuluit Universitas Ingolstadiensis ap. Casp. Klock. *in append. tr. de Collect. consil.* 10. *fol. m.* 94.]

II. Veruntamen in nuper defuncti Romanorum Regis *Ferdinandi IV.* Capitulatione salubriter ordinatum & provisum fuit, ut imposterum nemo ad Senatum Imperii admittatur, ac pro vero Imperii Principe reputetur, nisi ab Imperio feuda Regalia possideat, ac Imperii Albo inscriptus sit: Et hoc non sine gravi ratione. *Capit.* Ferdin. IV. *Rom. Reg. art.* 45. [Quod repetitum fuit in *S. C. M. Leopold. I.* Capitulatione Imperiali *art.* 44. Quia ita conventum reperitur: **daß niemand von den new erhöhten Fürsten/ dem Fürstlichen** Collegio ad votum & sessionem **angenommen werden solle/ Er habe sich dann darzu mit Fürsten-mässigen Reichs-Gütern vorhero gnugsam** qualificiret, **und zu einer Stands würdigen Stewr in einem gewissen Creyß eingelassen.** Vide Dn. Pacif. à Lapide *ad Monzamb.*

 discurs.

discurs. 1. num. 4. Hinc Comitiologus ſcribit; Magis nocere Imperio quàm prodeſſe, tales Principes ad ſeſſionem Comitialem admittere, qui in Albo Imperii inſcripti quidẽ, at collectas publicas pẽſitare exempti ſunt, dum plerumque ſuis votis tumultus in Collegio Principali excitare ſoleant. Comitiolog. *part. 3. diſcret. 3. num. 39.* **Dann ſie können auß anderer Stände Seckel unerſchrocken** votiren. Latè Burgold. *de notit. Imper. R. G. part. 3. diſſert. 7. num. 3.*]

Caput XII.

De Diviſione Principum & Statuum Imperii.

1. Diviſio Statuum Imperii duplex exiſtit, *Perſonalis & Realis. Perſonalis*, conditionem & gradum dignitatis cujuſque Status Imperii reſpicit. *Realis verò*, ipſas provincias, Ducatus & territoria, per certos tractus ſeu Imperii plagas ſecernit & determinat.

2. Quoad Ordinem perſonarum, Imperii Status *in ſeptem claſſes*: aſt quoad ordinem provinciarum *in Decem Circulos* dividuntur.

3. *In*

3. *In Classe* 1. sunt Electores, partim Ecclesiastici, partim Politici. *In* 2. Archiepiscopi. *In* 3. Episcopi, quibus ex Principib⁹ Ecclesiasticis quidam adjunguntur. *In* 4. Principes Politici, quorum *sedecim Familiæ antiquæ* hodiè numerantur, extinctâ familiâ *Pomeranâ* [*& Leuchtenbergica.*] *In* 5. Prælati & Abbatissæ. *In* 6. Comites & Barones. *ac in* 7. *Classe* Civitates Imperiales comprehenduntur. Vide Paurmeister. *de Iurisdict. l.* 2. *c.* 1. *n.* 17. Otto *d. Iur. pub. c.* 8. *per tot.* Cluten. *in Syllog. Concl.* 24. *& seqq.* Wehner. *in Obs. verb.* **Reichs Ständ.** Reink. de R. S. & E. *lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 21. *per tot.* Dn. Limnæ. *lib.* 1. J. *P. cap.* 7. Arum. *d. Comit. c.* 4. *num.* 97. [Vide Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. l.* 3. qui per totum istum librum cunctarum Imperii Civitatum jura recenset. Dn. Conring. *de Civib. Imp. per tot.*]

4. Virorum Ecclesiasticorum cum Secularibus conjunctio in Conventibus publicis certè vetustissima fuit, quæ prout jam Cornelii Taciti tempore inoluit; Tacit. *de morib. Germ. c.* 7. [qui ita scribit de veteribus Germanis: *Neq; animadvertere, nec vincire, neque verberare*

 quidem

quidem, nisi Sacerdotibus permissum; non quasi in pœnam, nec Ducis jussu, sed velut Deo imperante. adde cap. 11. Ubi Andr. Althamer. *fol. m.* 180. Dn. Bernegger. *in Tacit. Germ. Quæst.* 56. Vide Gamolog. *cap.* 12. *n.* 2. *& seqq.*]

5. Ita, translatô Imperiô ad *Carolum Magnum*, ad tempora usq; hodierna permansit, sicuti hoc ex Hincmaro & Aymone tradit Arumæ. *de Comit. cap. 4. n.* 98. Leheman. *in Chron. Spirens. lib. 2. cap.* 15. *Doctissimus* quondam Dn. Daniel. Heider. *in Actis Lindaviens. lit. R. R. fol. m.* 586.

6. Credebant enim Imperatores Ecclesiasticorum ingenia, utpote ab illecebris seculi actionibus segregata, magis apta esse ad studium pacis, quàm eorum, qui níl nisi respectus & despectus rationem obtendentes, violentis affectibus sese abripi patiuntur. *Arg. tradit.* Caroli IV. *in Aur. Bulla c.* 3. §. 2. Petr. Heig. *lib.* 2. *Q.* 4. *n.* 64. Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 5. *num.* 18. Cluten. *in Syllog. Concl* 24. *lit. f.* Benedict. Carpzov. *de leg. Reg. German. c.* 3. *sect.*

sect. 9. num. 34. post Bertr. & Pflug. Dn. Limnæ. *lib. 3. Iur. Publ. c.* 1. *m.* 44.

7. Realis divisio, Imperium Rom. Germanicum, ratione territorii, in decem Circulos distinxit. *De quo vide* Recessus *Imperii d. Anno 1512.* §. darauff. [Dn. & Am. Knipschilt. *de Civitat. Imp. lib. 2. cap. 2. n. 133. & seqq.*] Horum Circulorum 1. est Austriacus. 2 Bavaricus. 3. Suevicus. 4 Francicus. 5. Rhenensis superior. 6. Electoralis, id est, Electorum ad Rhenum. 7. Burgundicus. 8. Westphalicus. 9. Saxonicus superior. 10. Saxonicus inferior. Vid. R. A. *d. An. 1542.* §. und diesem. Otto *de Iur. Publ. c.* 18. Reinking. *lib.* 1. *concl.* 4. *c.* 2. Goldast. in Reichs-Handlung. *part. 2. pag. 245.* Arumæ. *d. Comit. c.* 2. *num.* 47. Dn. Limnæ. *in Iur. publ. lib.* 1. *c.* 2. *num* 23.

8. Et hæc divisio propterea inventa, recepta & ordinata fuit, ad expedienda negotia publica, quò meliùs paci publicæ consuleretur, ac quò leges Imperii, latæque sententiæ faciliùs executioni demandari possint. Denais. *in Iur. Cam. tit.* 212. *per tot.* Dn. Limnæ. *lib. 1. Iur. Publ. c. 7. n.* 20. [Sanè de redintegrandis

Circulis in plerisque Imperii Comitiis ſeriò deliberatum fuit. Prudenter & magno Germanicæ bono actum eſt imprimis ab Imperatore *Maximiliano I. &* *Carolo V.* de reducendis ad corpus ſuum avulſis Imperii Membris. Nec minorem curam ſubſequentes Imperatores in Comitiis impenderunt, adeò ut Pacis Germanicæ Inſtrumento de hoc negotio ſingularis articulus conceptus legatur. *I. P. art. 8. §. habeantur.* Utinam hæc pia Imperantium cura aliquando finem propoſitum aſſequatur. Vide Dn. Burgold. *in Notit. Imp. Germ. part. 3. diſcurs. 7. membr. 1 per tot.*]

9. Quô ſanè locô hoc annotandum eſt, quòd Circuli iſti certa habeant jura; *Primò*, ut Circenſes inter ſe *Conventus* agere poſſint, ac plerumque ſemel ſingulis annis conveniant. *Secundò*, ut de monetis earúmque bonitate intrinſeca & extrinſeca conſultent.

10. *Tertiò*, ut *extraordinarios habeant conventus*, oriente extraordinariâ causâ, ſcilicet, quoties executio facienda eſt contra contumaces; aut collecta imponenda petitur vel ab Imperatore,

vel

vel propter Imperii utilitatem: Quæ tamen, vigore Instrumenti Pacis Publicæ, hodiè non, nisi *de Comitiali consensu & suffragio*, peti debet & potest. *Instr. Pacis art. 9.*

11. *Quartò*, ut possint eligere sibi *Ducem Colonellum*, **einen Creiß-Obristen/** cui certi Officiales & Assessores adjunguntur, quò securitati Circuli & Circensium invigilent. [Vide omninò Dn. Schüz. *in Jur. Publ. disput. 10. thes. 16. lit. G.* De quorum officio *vide Act. Werthem. in Append. num.* 205. *& seqq.*]

12. *Quintò*, ut ordinare quoq; possint *Duos Circenses* Principes, **zwey Creiß außschreibende Fürsten.** qui edicendi conventus potestatem habent. [Quorum præcipuus, authoritate & potentia pollens plerũq; *Directoriũ* gerit; quod in Circulo Suevico, à tempore, quô Imperium in Circulos divisum fuit, *Duces Würtembergiæ* sine ulla interruptione quietè posséderunt, & adhuc dum liberè possident.]

13. *Sextò*, ut habeant quoque jus Archivi, [quod à Principe Directorium gerente custoditur.] Aliàve jura insu-

per exerceant, quæ omnia recensent Ruland. *de Comiss. part. 2. lib. 5. cap. 4. n. 54.* Bertram. *de Comit. thes. 14.* Reinking. *lib. 1. claß. 4. cap. 2. n. 6.* Wehn. *in observ. verb.* **Kreyß-Tag.** Atumæ. *de Comit. cap. 2. n. 42.* eáque latissimè persequitur Dn. Limnæ. *in Addition. ad Jus Publ. lib. 1. cap. 7. num. 32.* quem omninò vide.

14. Sed dubium oritur; *An Rex in Circuli Ducem eligi possit à Circensibus?* Sanè hæc quæstio status Regi Daniæ *anno* 1626. ab Imperatore mota fuit, *arg.* **R. A. zu Augspurg/** *de Anno* 1555. **§. und sollen die jenige.** Veruntamen prædictus Rex, cùm sit simul Princeps Circularis Inferioris Saxoniæ, acriter contradixit, & non sine ratione; Sicuti patet ex mutuis literis apud Lündorp. *in Actis Publ. tom. 1. lib. 8. cap. 18.* Sed pace postmodum confectâ, præfatus Rex spontè tandem huic dignitati renunciavit. Vide Dn. Limnæ *in Jur. Publ. lib. 1. cap. 7. num. 34.* Dn. Schüz. *in Colleg. Jur. Publ. disp. 8. thes. 1. lit. A.*

15. Dubitatur autem; *An omnes illi, qui in Circulos fuerint redacti, eorúmve Archivo inscripti reperiantur, Statibus Im-*

perii

perii annumerari debeant? Quod Negamus cum Dn. Limn. *lib.* 1. *Jur. Publ. cap.* 7. *num.* 36. Quoniam descriptio illa respicit magis Principatus, Comitatus & Districtum, quàm Status ipsos & personæ Dignitatem, Siquidem etiam possessores Comitatuum, & Dynastiarum, seu **Innhabere der Herrschafften/** quandoque huic Matriculæ inseruntur, quò debitô tempore & modô impositam collectam Circularem persolvant. Assentit. Dn. Arumæ. *de Comit. cap.* 3. *n.* 47. Dn. à Freisbach. *de praced. Ordin. Equestr. Quæst.* 2. *num.* 213. Quamvis aliter sentiat Johann. Meichsner. *decis. Camer.* 6. *tom.* 3. *fol. m.* 86. quem sequitur Besold. *in libell. de jure public. part.* 3. *cap.* 5. [Alia circumfertur Ordinum Imperii divisio, *in Quaterniones*, cujus origo sicuti est admodum incerta; ita & ejusdem usus omninò inutilis. De illa varia judicia reperies apud Petr. de Andlo *de Imp. Rom. lib.* 1 *cap.* 16. Welser. *Rer. Aug. lib.* 5. Zach. Vietor. *de Exempt. conclus.* 5. Schüz 1. *I.P.* 8. *thes.* 1. *lit. A.* Sanè hæc quaterniorum divisio, forsitan ab imperito quodam Monacho, re-

 rum

rum Imperialium ignaro, promanâsse videtur, cujusmodi hominũ phantasia, in rudi isto antiquitatis Germanicę Seculo, ob scribendi peritiam, in multis prævaluit, pręsertim cùm ii in cunctis negotiis secularib⁹ sese ingerere satege rint. Vid. Fritsch. *Disc. Jur. Publ* 14 *p tot.*]

CAPUT XIII.

De jure præcedentiæ Principum & Statuum Imperii.

1. SIcuti Natura humana, neq; omnes ex ordine inter summos, neque rursus omnes inter novissimos constituit, sed procedit secundum gradum præcedentis inspectionis, teste Justinian. *in Novell. 5. cap. ordinationem. 9.* latè Menoch. *Consil.* 126. *num.* 1. Dn. Jacob. Gothofred. *tr. de Jur. præced. cap.* 1. *n.* 3.

2. Ita in Imperio Romano-Germanico, ex hisce Germaniæ Principibus Imperii tàm Ecclesiasticis, quàm Politicis, sunt, quorum alii alios dignitate pręeunt, sessionísque ordinę priorem locum occupant. Et horum ordinem & incedendi prærogativam refert Mamerang

ran. apud Goldast. *in Polit. Imper. 6. tract. 5. fol. m. 37.* Reinking. de R. S. & E. *lib. 1. claß. 4. c. 21.* Dn. Limn. *de Iur. Publ. lib. 1. c. 7. & alÿ alibi paßim.*

3. Quemadmodum autem inter absolutos Reges, veluti inter Regem *Galliæ, Hispaniæ, Poloniæ, Portugalliæ,* & alios Principes Magnos gravissimæ contentiones de hac Sessionis & præcedentiæ prerogativa subortæ fuerunt, & ut plurimùm adhuc maximâ ex parte indecisæ pendent; Sicuti videre licet apud Andr. Tiraquell. *de Nobil. c. 20.* Ferdin. Vasqu. *in Præfat. controver. illustr.* Goldast. *in Seniore suo per totum.* Coler. *de Iur. Imp. concluß. 66.* Dn. & Am. m. Lans. *in Consult. pro Gallia,* præsertim verò apud Christoph. Besold. *tract. de Session. prærogat. c. 9. per tot.* [Dn. Jacob. Andr. Crus. *de jur. præcedent. lib. 3. c. 4. & seqq.*]

4. Ita pari jure & modô sæpius inter Principes & Status Imperii pares ejusdem dignitatis & gradûs, de hoc jure proëdriæ seu pręcedentiæ in Comitiis, aliisve actibus publicis lites ortæ, earúmque quædam necdum sopitæ extant; dum quilibet suo juri firmiter innititur,

nititur, idque acerrimè propugnat. Nam Galli dicunt: *En le droit de precence on ne peut rien abbatre ny remettre sans predretout.* Petr. Matth. *in hist. Heinrici IV. lib. 1. narrat. 2. num. 7.* Vide Zieriz. *d. Prærog. Principum. H. 8. fac. 2* Bertram. *d. Comit. th c. 67.* Kirchner. *de legat. lib. 2 c. 5. num. 78.* Rümelin. *part. 3. ad A. B. dissert. 1. concl. 8.* Ubi ego *in Additionibus latissimè lit. H. & seqq.* Aleman. *in Palæstr. Consult. 7.*

5. Litem enim Præcedentiæ olim movebat & partem adhuc hodiè movet Saxo Bauaro, Brunsuigus Brandenburgo, Megapolitanus Würtenbergiæ Duci, Hassus Pomerano; ejusdémque altercationis vestigia extant In R. A. *d. Ann.* 1530. §. Item als Sie R. A. d. An. 1542. §. als Sie auch R. A. d. An 1544 §. und nachdem/ *& seqq.* Vid. Goldast. *in Constitut. Imper. pag. 509* Reiger. *in Thes. verb. Præcedentia.* Dn. Limnæ. *lib. 1. d. Iur. Publ. c. 9. n. 13. & seqq.* [Dn. Cruſ. *dict. tr. lib. 4. c. 12. & seqq.*]

5. Movet quoque illustris Imperii Liber *Equestris Ordo* Sueviæ, Franconiæ & ad Rhenum, die freye Reichs-Ritterschafft

schafft in Schwaben/ Francken/ und Rhein-strohm/ præcedentiæ controversiam *Civitatibus* Imperii Liberis; Ac Ordinis Equestris causam sustinuit ac latè defendit, Dn. Hippol. à Treisbach. *singulari scripto, de hac præcedentia edito; Cui quidem, quantum Ego scio, ex parte* Civitatum *nondum responsum fuit.* [Hoc tamen observandum, quòd cùm *anno MDCXIX.* in conventu correspondentium Imp. Ordinum *Norico*, Ordo Equestris Franconiæ Sessionem & præcedentiam ante Civitates Imperii Liberas prætenderet, Legati tamen Civitatum ipsis cedere noluerint, ac ipsam prerogativam obtinuerint, attestante Dn. Crus. *dict. tr. lib. 3. c. 28. num. 24.*]

7. Imò nec terminatur præsessuræ quæstio inter Principes Imperii seculares; sed etiam *Clerici ac Primates*, id est, *Episcopi & Abbates* Imp. circa honorum aucupia sunt ambitiosi. [Sicuti Exempla adducit Dn. Crus. *dict. tr. lib. 2. c. 8. & seqq.*] ac de Clericorum varii generis præcedentia eorúmve contentione multa refert & tractat Ascan Tamburin. *de jure Abbat. tom. disput. 25. quæst. 1. & seqq.*

seqq. Imò hæc præcedentiæ controversia, & Monachorum Mendicantium animos invasit; sicuti videre licet apud Tamburin. *dict. quæst.* 1. [Salgad. *de Regia protect. tom.* 1. *part.* 2. *c.* 9. *num.* 2. Dn. Cruſ. *dict. tr. lib.* 2. *c.* 26. *num.* 4.] Veruntamen in Imperio Rom. Germ. disputat Abbas *Fuldensis* de præcedentia cum Archiepiscopo *Coloniensi*, quoad Episcopatum Hildesheimensem; *Eichstettensis* cum *VVormatiensi*, Besold. *de jur. præcedent. c.* 2. *num.* 11. & 12. Buxtorff. *ad Aur. Bull. thes.* 40. *lit.* G. Rümelin. *ad Aur. Bull. part.* 3. *dissert.* 1. *thes.* 2. ubi Ego *in Addition.* Vide varios casus apud Joh. Aloys Riccium *decis.* 577. & *seqq.* [Abbas *stabulensis* cum *Corbejensi* Abbate, quæ controversia necdum planè sopita existit. Dn. Cruſ. *dict. lib.* 2 *c.* 18. *num.* 5.]

8. Et ejusmodi præcedentiæ controversiam de jure Civili & Canonico tàm inter Principes Ecclesiasticos quàm seculares, imò quoq; inter clericos licitam esse, ac salvâ conscientiâ moveri posse, defendit Leonh. Lessius *de justit. & jur. l.* 4. *c.* 4. *dubit.* 8. Joh. Aloys Ricc. *in Prax.* *Eccle-*

Ecclesiast. Resol. 101. Vide *Additiones* meas ad Rümelin. *dict. dissert.* 1. *thes.* 2.

9. Nec mirum; Principum enim proprium est, de honore & gloria certare, Marzar. *cons.* 26. *num.* 4. Fab. de Anna *Consil.* 29. *n.* 15. quorum præcipua rerum cura ad famam dirigenda est. *Tacit.* 4. *Annal.* Arumæ. *de Comit. cap.* 7. *num.* 99. [Præsertim cùm & ipse *Deus T. O. M.* sit author ordinis. Interest præterea ipsius Reipublicæ, ut sua cuique dignitas, honor & præeminentia servetur, imprimis Illustribus Viris; humilis verò & abjecti animi est honoris jacturam procul habere. Vide Dn. Crus. *dict. tract. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 30. *& seqq.*]

10. Honoris enim ac dignitatis integritas in Principali & Illustri familia est interesse omnium maximum ac omne aliud interesse superat. Ludolph. Schrader. *Consil. num.* 211. *vol.* 1. [Adeò ut si in quæstionibus præcedentiæ tantillum remiseris, totum perdas, quod à Legato Principum Imp. R. G. probè animadvertendum. Marselaer. *tract. de legat. lib.* 2. *dissert.* 32. Dn. Crus. *dict. cap.* 1. *num.* 34. *ac cap.* 2.]

11. Pro-

11. Proinde præcedentiæ causa dicitur causa gravis, cùm Statum publicum concernat, eáve ut quôvis modô custodiatur, illustri animo convenit, *arg. l. observandum. in fin. ibi: ut autoritatem dignitatis suo ingenio augeat. D. de officio præsid.* ubi Lambert. Goris. latè Johann. Baptist. Larrea *allegat. fiscal.* 51. *n.* 1. & 2. [Unde in infinitis Imperii Comitiis, hæc præcedentię controversia inter Principes & Status Imperii ventilata fuit, sicuti ex plurimis Imperii Recessibus constat, adductis à Dn. Crus. *de Jur. præced. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 22. Eam tamen maximo cum Imperii damno, nec modica consultationum procrastinatione, plus æquo exagitatam fuisse, publicè constat; Adeò, ut illam inter Comitiorum defectus referat Dn. Fridberg. *ad Burgold. part.* 3. *Dissert.* 3. *num.* 4.]

12. Hæ prærogativæ sessionis contentiones inter Imperii Status quædam *amicabiliter* transactæ fuerunt; Quædam verò *Austregarum* arbitrio decidendæ relictæ sunt; Quædam etiam adhuc indecisæ pendent. Vide Reichs-Abschied *de Anno* 1570. §. zum letzten. Dn. Limnæ.

in Jur. *Publ. lib. 4. cap. 9. num.* 52. Dn. Crusius. *dict. tr. lib.* 1. *cap.* 7. *per tot.*

13. Quæritur autem; *An contentio hæcce sorte quoque dirimi possit?* Elector Saxoniæ suis Consiliariis in Comitiis Ratisbonensibus *Anno* 1608. celebratis in instructione mandavit, ut hunc dirimendi modum proponant. Arum. *ad A. B. discurs. 4. th.* 1. *in f.* Ac *de Comit. cap.* 5. *num.* 10. & 12. Ubi hoc medium optimum existimat. Consentit Cothman. *Consil.* 25. *num.* 4. *vol.* 5. [Vide Dn. Crus. *dict. tr. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 31. & ante eum Limnæ. *in addit. lib.* 4. *cap.* 9. *fol* 659.]

14. Veruntamen certũ est, quòd Sessionum & dignitatum ordinem inter Status Imperii definire, speciatim ad *Imperatorem* pertineat, sicuti constat ex Recessu Imp. Ratisbon. *de Anno* 1576. §. wann dann die Churfürstliche. Quod juri quoque communi convenit, *arg. tot. tit. C. ut dignit. ordo serv. ubi Br. Ang. & DD.* Elber. Leonin. *Cons.* 1. *n.* 2. Goldast. *in Senior. lib.* 1. *cap. ult.* Nolden. *de Nobil. cap.* 16. Vid. Denais. *in* Jur. *Cam. Tit.* 287. Rümelin. *ad A. B. part.* 3. *dissert. in concl.*

12. *ubi addit. mea.* Bertr. *d. Comit. th* 67. [Dn. Cruſ. *dict. tr. lib. 1. cap. 8. num. 24.* Adeò ut hoc inter reſervata Cæſareæ Majeſtatis referat Dn. Stamler. *de reſervat. Imper. §. 40. per tot.*]

15. Quamvis Cæſarea Majeſtas, in Comitiis Ratisbonæ *Anno* 1641. celebratis, haſce controverſias, cum conſenſu Electorum, Principum, cæterorumque Statuum Imperii decidere maluerit, referente Auth. Comitiol *part. 3. diſſert. 3. num. 42.* [Diſſentit Limnæ. *in I. P. lib. 2. cap 9 num. 92.*]

16. Id tantùm dico, quôd hîc non tantum familiarum antiquitati, nec titulorum multitudini, aut Nobiliorũ inſigniis, quantum legitimis actibus poſſeſſoriis adſcribendum ſit; præcipuè enim vis longæ, & inveteratæ conſuetudinis hôc locô prædominatur; ac in ſeſſionibus actus ultimus plurimum habet momenti. Juxta *cap. cùm olim. d. Conſuet. cap. cùm Eccleſ. d. cauſ. poſſ. & propriet.* A. B. *cap.* 3. *&* 4. Knichen. *d. Sax. Privileg. c. 2. n. 122. verb. Ducum.* Wehner. *in obſervat. Verb. Seſſion.* Coler. *de Jur. Imper. Concl. 67.* Rümelin. *ad A. B. pap. 3. diſſert.*

dissert. 1. *concl.* 12. Ubi ego *in Additionib.* Ricc. *Collect. decis.* 147. Franc. de Amay. *ad l. fin. cap.* 3. *num.* 40. *C. de Decurion. lib.* 10. Dann hierinnen auff das Herkommen forderst zu sehen: [Nam juxta *Menochium*, is judicandus est major & dignior, & in cæteris actibus honorificis anteponendus, qui pro veteri more & consuetudine ita habitus est. Menoch. *consil.* 157. *num.* 36. Dn. Cruſ. *dict. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. Adeò quidem, ut Legatus, qui ratione consuetudinis in quasi possessione præcedendi existit, turbatori, etiam armatâ manu, resistere, eúmq; retundere possit. Exempla refert Dn. Cruſ. *dict. cap.* 6. *num.* 12.] Siquidem in dubio pro possessore respondetur. §. *retinendæ.* 4. *Inst. de interd. l. qui accusare, C. d. Edend. l.* 2. *C. d. Probat. l. f. ubi Bl. Salyc. Paris. & DD. C. d. Rei Vindic.* Mascard. *de Probat. concl.* 1194. Surd. *cons.* 415. *num.* 7. Cornazza *decis.* 176. sicuti determinavit Gregor. Papa XIII. *in sua Bull.* 86. *teste* Franc. Salgad. *tr. de Regia protect. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 19.

17. Hoc observandum est; I. Quandoque accidit, ut *Major* in dignitate, *Mi-*

nori cedat, veluti si actus publicus in territorio Principis inferioris celebratur. Ideò, quāvis Elector *Moguntinus* Electori *Trevirensi* præcedat; quòd si tamen actus publicus in diæcesi Trevirensi celebratur, Elector *Trevirensis* Electori *Moguntino* antecedit, *arg. text. in l. nihil.* ubi Lucas de Penna *C. d. Palatin. lib.* 12. Novell. 15. *cap.* 1. *in fine.* Tiber. Decian. *resp.* 67. *n.* 13. *vol.* Henning. Gædd. *Consil.* 11. *n.* 6. Chassan. *in Catal. glor. mund. part.* 11. *Consid.* 13. Dn. Limnæ. *lib.* 4. *Jur. Publ. cap.* 9. *num.* 44. Besold. *de Jur. præcedent. cap.* 2. *num.* 13.

18. Quod exemplis *Regni Hispaniæ* illustrari potest: Nam Senator *Pinæ* si pervenerit ad civitatem *Burgensem* vel *Tolètanam*, aut aliam urbem sui territorii, in actibus civitatis, etiamsi eius subditus & inferioris dignitatis sit Corrector (*el Corregidor*) tamen *Senatorem* prçcedit. Alia exempla refert Joh. Bapt. Larrea *allegat. fiscal.* 51. *num.* 45. *vol.* 1.

19. II. Si plures Principes, *unius familiæ*, diversarum tamen linearum, concurrant, ac nullus ex Primogenitis prç existat, solùm *Aetatis* ratio habetur. Et hoc

hoc propter dignitatis ęqualitatem, *per text. in l. si ita fuerit. ibi: Qui natu maximus. D. de reb. dubiis l. semper 5. in princ. [ibi: majores nostri, penè eundem honorem senibus, quem Magistratibus, tribuebant.] D. d. Iur. immunit.* Goldast. *in Senior. lib. 1. cap. 22.* Carpzov. *de Lege Reg. German. cap. 10. sect. 7. num. 57.* latissimè Besold. *consil. 258. num. 25. & seqq.* Quod etiam verum obtinet, quamvis unus vel alter sit Electoris filius, id quod ex observantia decidit Coler. *de Jur. Imper. concl. 68.* Aleman. *Consult. 7.* Rümelin. ad A. B. *part. 3. dissert. 1. concl. 14.* ubi Authores *in meis Additionibus* videbis. Cothm. *resp. 25. num. 4 & seqq. vol. 5.* Reinking. *lib. 1. & 4. cap. 17. num. 35.* Dn. Limn. *lib. 4. J. P. cap. 9. num. 72.* Besold. *de Iur. praecedent. cap. 3. num. 4.*

20 III. Quędam etiam familię, ne per hujusmodi concertationes Reipublicę salus sistatur, *alternativam sessionem* eligunt. Sie wechseln umb. [Quod remedium & Gręcis & Romanis non fuit ignotum, sicuti constat ex traditis Dn. Crus. *dict. lib. 1. cap 7 num. 8.* Et hoc eò magis in Imperio R. G. receptum est, in

casu, quô principes] *Secundogeniti* concurrunt. Arum. *d. Comit. cap. 7. num.* 108. Exempla vide apud Limn. *Jur. publ. lib.* 4 *cap. 9. num. 98. ac in Addit. lib. 4. cap. 9. fol.* 659. Hoc alternativô remediô aliquoties Imperatores in dirimendis pręcedentię controversiis provisionaliter tātùm usi fuerunt, pręsertim verò Imperator *Ferdinandus III.* in Comitiis *Anno* 1655. *Ratisponæ* celebratis inter Domum *VVürtenbergicam, Pomeranam, Hassiacam, & Badensem*, tale alternationis Decretum edidit; Unde istæ **die vier alternierende Häuser** vocantur. Vid. Dn. Crus. *dict. tr. l. 1. c. 13. per tot.* quibus hodiè accedere desiderant Domus *Holsatia* & *Lauenburgica*; Nec non Domus *Megapolitana* locum *Anno* 1641. in Comitiis obtentum, de novo obtinere desiderat.]

21. IV. In Imperio Romano-Germanico Legati Electorum, præsente aliquo Principe Electore, sedem ac stationem suorum Principalium non obtinent, etsi aliàs Dominus Legati præsentem Electorem antecederet, publica sic definiente lege. *A. B. tit. 25. §. quandocunque*

que 6. Arum. *ad A. B. disc. 6. concl. 44.* Besold. *de Legatis cap. 5. num. 6.* Vide latè meas *Additiones ad* Rümelin. *ad Aur. Bull. part. 3. dissert. 1. thes. 13.* Ita in nuperrimis Comitiis Ratisponæ *An. 1655.* celebratis, post longam altercationem, Electoris *Bavari* cæterorumque secularium Electorum legati, *Comiti Palatino* Electori **wegen seiner persönlichen** Præsenz, quamvis ordine, ultimo, locum cedere jussi fuerunt. Vide Auth. [seu Gothlieb. ab Hagen. *in*] *Comitiol. part. 3. dissert. 3. num. 50.* [Hujus contentionis decisionem refert. Dn. Crus. *dict. lib. 1. cap. 11. num.* 11.]

22. Quæritur a. *An hæc observantia in aliorum Principum Imperii legatis locum obtineat, ut etiam suorum Dominorum locum occupare non possint?* Ac verius est, quòd aliis Principibus, præsentibus, locum cedere teneantur; modò ejusdem ordinis & dignitatis Principes & Legati concurrant. Sicuti hoc variis exemplis comprobat Coler. *de jur. Imp. Conclus. 68.* Rümelin. *ad A. B. part. 3. dissert.* 1. *concl.* 13. *ubi Additiones meæ.* Limn. *lib. 4. I. P. c. 9. num. 55.* Besold. *tr. de legat.*

cap.5.tr.6. Auth. Comitiol.*part.3.dissert.3.num.35. ubi Decretum Cæsaris refert.*

23. Et hoc quidem non sine ratione; scil. ne veritas imagine naturę adumbretur, per text. *in l. filio. 23. D. de lib. & posthum.* Nam in Principe reverà est dignitas, in Legato verò tantùm adumbrata. Ita in terminis nostris scribit Josias Nolden. *de Nobilitat. c. 19. num. 346.* Adi Guettam. *consil. 1.* Calef. *d. Equest. dignit. n. 122.* Dn. & Amic. m. Lindenspür. *ad Aur. Bull. t. 9.* Limitationem adde ex Dn. Limnæ. *dict. c. 9. n. 56.* [Dn. Cruf. *dict. lib. 1. c. 11. n. 9 & seqq.*]

24. Quod etiam aliorum Regnorum mores observant: Nam in Regno *Neapolitano & Siciliæ,* usu receptum est, ut Comitis vel Baronis Deputatus seu Mandatarius in Parlamento generali, locum Baronis Domini sui non occupet, nec ullam prçexistentiam in proponendo voto obtineat. Don Garsia Mastril. *de Magistrat. lib. 5. c. 15. num. 60. & seqq.* Ita Principis *Sulmonis* Tutorem Principi *Cariati* locô cedere debere, in publico Regni utriusque Siciliç Parlamento decretum fuit; teste Antonin.

Diana

Diana *in Resol. Moral. part. 1. tract. 3. Resolut. 28. per tot.*

25. Alia succedit quęstio; *An subdelegatus, qui ob ægritudinem aut alia impedimenta à legato ad negotia expedienda designatur, locum & sessionem legati occupare possit?* [Sanè *Negat* hoc Gothlieb. ab Hagen, ac in hujus assertionis confirmationem] exempla adducit *in Comitiolog. part. 3. dissert. 3 num. 54.* [quem sequitur Dn. Crusius, *dict. tr. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 13. Cui favet responsum Marciani *in l. sciendum* 4. §. 4. *D. de legationib.* Kirchner. *de legat. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 33. Alii tamen hoc *Asserunt*, non minus aliis moti rationibus & adductis exemplis: Et quidem *per l. vicarium 13. D. de legation.* Substitutus enim jura substituentis acquirit, modò ejusdem sit qualitatis & industrię; Idque ad exemplum Vicarii. Jacob. Sbrozz. *de potest. Vicar. lib. quaest.* 1. *num.* 1. Quod praxi Imperii corroboratur; multoties enim Ablegati Principum Imperii à Comitiorum negotiis ad tempus avocati, votum alii Ablegato committunt, qui illud in publicis congressibus sine ulla contradictione vel strepitu expònit.]

CAPUT XIV.

De Libertate, ac Potentia Principum & Statuum Imperii.

1. NUnc paucis videndum, quanta præ aliis aliorum Regnorum Proceribus Imperii Rom. Germ. Statuum ſit *dignitas, libertas, & prærogativa*; quò vel hinc exteræ Gentes diſcant, imprimis verò *Natio Gallica* (quæ nil niſi ſua miratur) cognoſcat, quàm maxima ſit *Imperii ac Imperatoris Rom. Germ. Majeſtas*: quantáve Principum & Statuum Imperii *Potentia*. Quantò enim quispiam præeſt Majoribus, tantò illuſtrior & ipſe exiſtit, *per Novell.* 15. *in princ.* Knichen. *de jur. territ. cap.* 1. *n.* 2. Æn. Sylv. *in diſc. Germ. cap.* 30. Chaſſan. *in Catal. gl. mund. p.* 5. *Conſid.* 19. Scip. Amir. *lib.* 2.

2. Sicuti quoque conſuluit Regi Hiſpaniarum ipſe *Campanella*, ut multos & potentes curet habere *Barones, & Vaſallos*, qui quaſi participes Regni ſummâ operâ ſemper annitantur, illud auſpiciis Regis contra quoscunq; tueri. Campanella

nella *de Monarchia Hispani. cap.14. per tot.*

3. Summę enim olim glorię sibi ducebat *Maximilianus I.* Imperator, se solùm reliquis terræ dominationibus, *Regem esse Regum*, eò quòd tam liberè, liberis Imperii Rom. Germ. Principibus imperaret. Nec diversum *Caroli* V. judicium fuit, quò se in Germaniâ Regibus imperare profitebatur. Paurmeist. *lib. 2. d. Iurisd. cap. num. 28.* Kirchner. *de Republ. disput.* 12. Vietor. *d. Exempt. concl. 5.* [Quod reticere non potuit Scriptor quoque Gallicus, *Le Barricave*, dum tradit: *D'autant, que ceux, qui sont des Loix, sont Rois, ou tiennent la place des Roys; Et les Princes d'Allemaigne, auxquels L'Empereur commende, tiennent lieu des Roys.* Barricave *en la defense fol. 523.* Limn. 4. *I. P. c. 8. num. 4. & 5.*]

4. Quod optimè repetierunt Johannes Fridericus Saxonię Elector & Philippus Hassię Landgravius apud Hordleder. *d. caus. bel. Germ. lib. 4. c. 5.* **Teutsche Nation ist ein freyes Reich/ und billich das freyeste auff aller Welt.** Zieriz. *de Princip. prærog. H. I* Dn. Limnæ. *lib. 4. I. P. cap. 8. num. 1.* In eo enim Impe-

ratori

ratori ſua Majeſtas, Optimatibus ſua autoritas, ac ſubditis ſua legitima libertas conſervatur. Vide Beſold. *tr. de Statu mixto cap. 2. num. 4. & ſeqq. in Oper. Polit.*

5. Sanè hæc Germaniæ Procerum libertas antiquiſſima exiſtit, cujus quoq; teſtis eſt Tacitus, *d. morib. German. cap. 7.* Cùm jam Romanorum tempore, nec Regibus infinita aut libera poteſtas apud Germanos eſſet, ac Duces exemplo potiùs quàm Imperio præeſſent. Adeò ut alio in loco, Germanorum libertatem *Arſacis* Regno, acriorem eſſe perhibeat Tacitus *de morib. German. cap. 37.* [Unde Seneca, Germanos, *liberas Gentes* vocat. *in lib. 2. de Ira.* Qui juxta Cyrillum, *Libertatis cupidi & jugi impatientes exiſtunt.* Vide Rümelin. *p. 2. A. B. Diſſert. 3. theſ. 1. lit. A. in addit.*]

6. Eadem libertas, tanslatò ad Germanos Imperiô, ſub *Carolo Magno, Ludovico Pio, & Otthonibus* adhuc perduravit, imò magis reviruit, qui veteranis militibus de Romano-Germanico Imperio benè meritis, territoria, & certos diſtrictus cum dignitate Ducali ac majoribus Regalibus gratiosè & liberaliſſimè conceſſe-

concesserunt, iisdem in consortium Imperii assumptis. Besold. *de Jurisdict. Imp. Roman. cap.* 16. *in fin.* Dan. Heider. *in Discurs.* von Reichs-Vogten. *Lit.* W. W. W. W.. [Vide *Archolog. cap.* 8. & 9. ubi hoc variis exemplis illustratur.]

7. in cujus fidem adduco id, quod Imp. *Ludovicus Pius* in Comitiis Theodonis Villæ *Anno* 821. celebratis rescripsit; *Imperator omnium Statuum admonitor; Imperii autem Ordines ejusdem Adjutores esse debent, ac ita se gerant Imperii Comites, ut & Imperatoris veri adjutores & Populi Conservatores justè dici & vocari possint.* Sicuti extat apud Goldast. *in Constit. Imp. latin. tom.* 3. *fol.* 244 *cap.* 3. & 6. Vide Archolog. *cap.* 6. *num.* 5. [Hęc Principum & Statuum Imperii libertas & pręeminentia, instar alluvionis sensim & latenter crevit, ac cursu temporis firmissimas radices egit; Dn. Knipschilt. *de jur. Civit. Imp. lib.* 1. *cap.* 5. Archolog. *cap.* 10 *num.* 2. Quæ, ceu innatus nationis Germanicę character, etiam ad hunc usq; diem perdurat: Warem. à Fridberg. *ad Burgold. part.* 1. *discurs.* 1. *num.* 38. Adeò ut genuinum

nuinum Imper. Rom. Germ. Intereſſe hodiernum conſiſtat in conſervatione Libertatis Germanicę, juxta mores & Conſtitutiones Imperii moderatum. Maneat igitur Libertas & quaſi Condominium Principibus Imperii illęſum & ſemper inviolabile. Ac quoties hæc harmonia obſervata fuit, toties Imperii orbis fuit tranquillus. Vide latiùs Dn. Fridberg. *ad Burgold. part.* 1. *diſſert.* 10. *num.* 17.]

8. Hinc formulæ illæ ad prodigalitatem uſque, toties decantatæ, promanarunt: *I. Quod quilibet Imperii Status in ſuo territorio tantum poſſit, quantum Imperator in univerſo Imperio.* Udalr. Zaſius. *Conſ.* 1. *num.* 29. *lib.* 2. Weſenb. *conſ.* 27. *num.* 29. *lib.* 1. Schrad. *de feud.* 2. *part. princip.* 9. *ſect.* 10. *num.* 36. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 57. *num.* 7. *ac lib.* 1. *d. Pace Publ. cap.* 6. *num.* 10 Knichen *de Iur. territ. c.* 1. *num.* 361. Ruland. *part.* 2. *de Commiſſ. lib.* 5. *cap. n* 17. *& ſeqq.* poſt plures Cluten. *in Syllog. concl.* 26. *tit. a.* Martin. Mager. *d. advoc. armat. cap.* 6. *num.* 4. *&* 192. Alios innumeros allegat Caſpar. Klock. *de Contribut. cap.* 4. *n.* 144. *& ſeqq.* [Quod

patrico

patrio idiomate ita explicare solemus: **Ein jeder Herr ist Käyser in seinem Land.** Cui similis vox Principibus vel Comitibus Imperii usitata: *Ego tibi sum Imperator in meo territorio.* Oldendorp. *class.* 2. *art.* 2. *Rubr. Nequid in loco Sacr. num.* 4. Fridberg. ad Burgold. *part.* 1. *Dissert.* 10. *num.* 17. Quod explicat Pacif. à Lapide, ad Monzamban. *Discurs.* 9. *fol. m.* 357.]

9. *II. Quòd ipsum Imperatorem, propter Regaliorum, investituram in suo territorio repræsentent.* Adrian. Gylman. *tom.* 1. *Symph.* 1. *tom.* 3. *vot* 7. *num.* 18. Tilem. de Benign. *Syntag.* 2. *decis.* 1. *vot.* 5 *num.* 34. Wehn. *in Observ. verb.* **Stand deß Reichs.** Besold. *Consil.* 79. *n.* 21. *III. Quòd Status Imperii Vicem Imperatoris obtineant, eiq; in territorio suo æquiparentur.* Ludolph. Schrad. *consil.* 3. *num.* 386. Pruckm. *cons.* 38. *num.* 11. Tileman. de Benign. *in observ. Cam. Pentec.* 3. *obs.* 21. *n.* 15. *Ac IV. Quòd utantur omnibus juribus & privilegiis Imperatori indultis.* Johann. Köppen. *decis.* 20. *num.* 4. Dauth. *de Testam. Rubr. efficiens testamenti. num.* 36. latissimè Schrader *de feudis part.* 10. *sect.* 1. *num.* 34. & *passim.* De

quibus

quibus theoricis vide Reinking. *lib. 1. d. R. S. & E. claß. 5. cap. 2. num. 21. ac cap. 6. per totum.*

[9. B. Sanè hoc axioma ad *Civitates* quoq; Imperii immediatas nonnulli extendunt, adeò quidem, ut istæ Civitates in suis Districtibus & Rebuspublicis tantum possint, quantum Imperator in Imperio; Sicuti tradit Klock. *tom. 1. Consil. 37. num. 192.* post alios Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 1. num. 41.*]

[9. C. Cunabula hujus Brocardici *Seculo XIII.* adscribo, quod omnium primò ex vetustis scriptoribus Speculatorem tradidisse reperio. *in tit. Instrum. edit. §. restat. num. 22.* qui vixit anno *MCCCLXXI.* Isque incidit in regimen Imperatoris *Rudolphi I.* de quo historici tradunt, quòd modicis initiis, contra Ottocariam ferocitatẽ victor existens, liberis quoque provehendis, favorem sibi Procerum conciliaturus, omnia Principib⁹ Imperii largitus fuerit *Chron. Albert. Argentin.* Leheman. *Chron. Spirens. lib. 5. cap. 4. & 5. & seqq.* Speculatorem secuti sunt *Bart. Bald. Felin. &*

alii

alii ex antiquioribus, imprimis verò Castrens. *Consil.* 34. *num* 5. *& in fin. vol.* 2. quos omnes ferè congessit Dn. Schulenburg. *in Dissert. de Brocard. illo: Quilibet Princeps est Imperator in suo territorio. fol.* 127. *& seqq.*]

10. Quæ certè theoremata, tam pingui modô accepta, periculi plena existunt. Secundum Henr. à Rosenth. *d. feud. cap.* 5. *concl.* 13. Limn *lib.* 4. *Jur. Publ. cap.* 8. *num.* 7. Vide Dn. Schulenburg. *dict. Dissert. fol.* 131. Et captionem ex parte ad infinita continent. Paurmeist. *lib.* 2. *d. Jurisdict. c. ult.* Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 12. Frider. Mind. *lib.* 2. *de Mandat. cap.* 13. Vide Reink. *lib.* 1. *class.* 5. *c.* 6. Otto *de Jur. Publ. cap.* 17. *fol.* 569.

11. Proinde hoc Brocardicum *Declaro*, verum esse, I. *Quoad Jurisdictionem territorialem*; **So viel die Landsfürstliche Obrigkeit betrifft**/ habito respectu ad subditos. Imperii enim Status in suo territorio summâ ferè potestate pollent, liberam ac ferè Regiam Majestatem habent, adeò, ut quod in absolutis Regnis Majestas dicitur, id in Statibus Imperii Jus territoriale **die Landsfürstliche Obrigkeit**

H quo-

quodamodò permittat. Ziegl. §. Landsassi. *concl.1.* Knichen. *de Jure territ. cap.1.* Reink. *1. class. 4. 16. n. 10.* Zasius Schrad. Gylm. Benign. *& alii dict. locis.* D. Bocer. *d. collect. cap. 4. num. 6.* Scipio Gentil. *lib. 3. d. Jurisd. 18.* Et hoc latè deducit Herm. Stamm. *quondam Assessor Cameræ Imperialis tract. de servit. personal. lib. 3. cap. 10. num. 30. & seqq.*

12. Quod jam olim ante *ducentos* annos Cardinalis *Aeneas Sylvius* Italus, posteà *Pius II.* P. M. rerum Germanicarũ istius sæculi peritissimus, contestatus est. *in tract. de Germania,* dum scribit: *Potentia Germanorum, trivariam divisa est; Nam & Prælati & Principes & Civitates, quamvis verum habeant Caput, in cujus verba jurant, Imperatorem Romanum, suô tamen arbitriô plerumq; moventur, suisq; imperant subditis.* apud Goldast. *in Polit. Imper. part.* 10. *tract. 2. cap. 30.*

13. Deinde Brocardicum illud *declaro,* verum esse, II. *Quoad Dignitatem Personæ:* Dum *Electores ac Principes Imperii* ratione Dignitatis, & illustris extractionis, parũ aut nihil ab Imperatore differunt in suis territoriis, nisi ambitus ratione; Non

pauca

pauca item jura personalia possident, quæ nemini aliàs, nisi absoluto Principi competunt. Anton. Faber. *lib. 7. Cod. tit.* 11. & 12. *def.* 1. post plures Musculus *de confrat. th.* 23. Schepliz. *in Consuet. Brandenb. part.* 3. §. 13. *quæst.* 12. *n.* 9. latè Bened. Carpz. *in proceß. Crim. quæst.* 41. *n.* 20.

14. Insuper III. verum esse concedo, *Quoad Imperii administrationem*, eò quòd Principes & Status Imperii in consortium Imperii admissi, jus habent unà cum Imperatore, tãquam Optimates, in Comitiis publicis, de Imperio statuendi. Per R. A. zu Augspurg / *de Anno* 1500. §. und wann Chur-Fürsten / in verbis: und sich auch dero mit uns / und wir mit seiner Königl. Gnaden Contracts weise verpflichtet ũd verschrieben haben / Matth. Stephan. *lib.* 2. *de Jurisdict. p.* 1. *c.* 7. *n.* 1. Carpzov. *dict. quæst.* 41. *n.* 77. & 84. Besold. *de Statu Reipubl. mixto c.* 2. *n.* 4. Arumæ. *de Comit. c.* 7. *n.* 154. [Has & alias *Declarationes* subjicit Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 43.]

15. Verùm *quoad Majestatem*, unicum agnosco Imperatorem, penes quem ceu Caput, inseparabiliter, quasi

 innatus

innatus character, residet Majestas incommunicabilis. Regn. Sixt. *lib.* 1. *de Regal.* 5. *in pr.* Henning. Arnisæ *lib.* 2. *de Iur. Majestat.* 2. *num.* 2. Bœckel. *in Vision. disp.* 4. *num.* 7. *fol.* 40. latè Caspar. Klock. *de Contribut. c.* 3. *num.* 14. [latè Dn. Stamler. *de reservat.* §. 13. *num.* 9. Quod variè declarat Dn. Fridberg. *ad Burgold. part.* 1. *discurs.* 10. *num.* 17.]

16. Utut enim jurium Majestatis communicatio Principibus & Statibus Imperii facta sit; ea tamen ab eodem Capite ita decorè dispensata est, ut semper salva & intacta maneant Superioritas omnimoda & Reservata Imperatoris, ohne Schmählerung der Käiserl. Hoheit und Reservaten. R. A. *de Anno* 1576. §. Dardurch *prope fin.* Udal. Zasius *de feudis part.* 10. *num.* 17. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 121. Paurmeist. *lib.* 2. *de Iurisdict. c.* 1. *num.* 8. latissimè Herman. Stam. *dicto. tract. de servit. person. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 32. *& seqq.*

17. In quæ, ceu in Sanctum Sanctorum, nemo intromittitur, nisi solus Imperator. post Covarruv. Molin. & alios Reinking *lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 19. *num.* 26. Ac

cl. 5.

cl.5.c.6.num. 120. *& seqq.* Anton. Fab. *in Consil. Duc. Montisf. p.452.* post alios Victor. *de Exempt.* 1. *concl.* 4. [Dn. & Am. Stamler. *tr. eleg. de reservat. Imper.* §. 2. *num.* 2. §. 5. *& passim.*]

18. Propterea Principes & Status Imperii, Imperio & Imperatori obligati sunt, non solùm ratione territorii, sed etiam personæ nomine, Henr. Rosenthal. *de feud. c.* 5. *concl.* 78. *num.* 7. Qui Imperialis Majestatis subjectissimos sese nuncupant. *A.B. tit.* 2. R.A. zu Augspurg/ *de Anno* 1566. §. demnach im 46. *in pr.* Matth. Steph. *lib.* 2. *de Iurisdict. p.* 1. *c.* 7. *num.* 33. Vietor. *de Exempt. concl.* 4. Besold. *de Statu Reipubl. subaltern. c.* 3. *n.* 2. [Dn. Stamler. *dict. tr.* §. 9. *num.* 2. *&* §. 12.]

19. Unde evenit, quòd in causa fractæ pacis publicæ, religiosæ, pignorationis, denegatæ justitiæ, aut notoriæ iniquitatis, non attentô privilegiô de non appellando, etiam à subditis coram Imperatore aut Camera Imperiali conveniri possint, ubi etiam comparere tenentur. Vide præjudicia apud Gail. *lib.* 1. *observ.* 1. 2. 17. 28. *& pass.* Mynsinger. *cent.*

5. *observ*. 8. Hartm. *lib*. 2. *tit*. 54. *observat*. 43. Blarer. *de diffam. cap*. 10. *num*. 10. Frider. Mindan. *lib*. 2. *de mandat. cap*. 13 *num*. 58. Regner. Sixtin. *de Regal. lib*. 2. *d*. 13. *num*. 58. Thom. Michael. *de Jurisd. concl*. 26. *lit. e*. Græv. *lib*. 1. *concl. pract*. 12. 17. & *seqq*. Caspar. Klock. *de Contribut. cap*. 3. *per tot*.

20. Ex quibus jam præmissis resultat facilis decisio *Quæstionum* subsequentium. 1. *An Imperator cum Principibus & Statibus Imperii in Iurisdictione concurrat? 2. An Imperatore præsente in territorio Statuum Imperii, eorum Jurisdictio quiescat? 3. An Imperator, Statuum subditos ab ordinariis judicibus, litis causâ avocare possit?* Quæstiones hæ absque dubio ortę & motæ fuerunt ex antiquissimo Germanico proverbio: **Wo der Käyser hinkommet/da stehet ihme das Recht offen.** Quod assumptum est, **auß dem Schwäbischen Land-Recht** / aliàs **Schwaben-Spiegel.** *part*. 1. *cap*. 13. *ex Rubr*, **von deß Königs Gewalt.** Vide Daniel Heider. *in Disc*. **von Reichs-Vogteyen** *lit*. *Aaaa*.

21. Veruntamen, quoniam Imperatores Romano-Germanici, Principibus & Stati-

& Statibus Imperii, Ducatus, Comitatus, ac territoria cum Regalibus, titulô feudali, propter benemerita Imperatori & Imperio prꝗstita, concesserunt hęreditariô & perpetuô jure, adeò ut Jurisdictio territorialis, patrimonii jure à Statibus Imperii possideatur. Ideò ad hascè quæstiones regulariter *Negativè* respondetur, *per A. B. tit. 11.* Capit. *Caroli V. & Ferd. II. art.* 3. Ord. Camer. *part. 2. tit. 1. in pr. & tit.* 5. Bocer. *de Iurisd. cap. 8. num. 80.* latissimè Reink. *lib. 1. cl. 5. c. 7. per tot.* Paurmeist. *lib. 1. de Iurisd. cap. 27. num. 42.* Matth. Coler. *de Process. Execut. part. 2. cap. 1. n. 140.* Item latè Dn. Limn. *lib. 4. de Iur. Publ. cap. 8. num. 184.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 5.* Petr. Fr. de Tonduti. *tr. de prævent part. 1. cap.* II. *n* 3. Quamvis dissentiat Caspar. Leipold. *de Concurrent. Iurisd. Quæst. 3.*

CAPUT XV.

De Principum & Statuum Sessione ac voto in Comitiis.

1\. JUra & Privilegia Statuum Imperii sunt *in duplici differentia*; quædam

concernunt propriam Statuum *Personam*. Quædam verò relativè attingunt *subditos ac territorium*. Inter cunctaStatuum Imperii juraPersonalia, quæ possident, *hoc præcipuum jus* esse censeo, quòd Principes & Status Imperii *ad Comitia Imperii* vocentur, ibi sessionem & votum habeant, eisque intersint, non solùm tanquam Consiliarii, sed etiam tanquam Principales, ut de summa Imperii deliberent & statuant. R. A. zu Augspurg/ *de Anno* 1548. §. wo aber jemand. Paurmeist. *de Iurisd. lib. 2. cap. 2.* Arnis. *de Iur. Maj. lib. 2. c. 4. num. 17.* Gail. *lib. 1. Obs. 21. n. 9.* Stephan. *lib. 1. de Iurisdict. part. 1. c. 7. n. 1.* Reink. *lib. 1. cl. 4. c. 1. n. 24.* Dn. Limn. *lib. 9. Iur. Publ. c. 1. num. 48.* Arum. *de Comit. cap. 4. per tot.* [Dn. Stamler. *de reservat. Imper. §. 30.*]

2. Hinc vulgò dicitur: Proceres Imperii, magnam Imperii administrandi partem, præsertim in Comitiis, obtinere; Carpzov. *de Leg. Reg. German. c. 1. sect. 11. num. 14. & 15.* Besold. *in Thesaur. Pract. lit. R. verb.* Reichstag. Quod in compendio quasi explicat Sever. Monzamban. *de Statu Imp. Germ. c. 5. fol. m. 95.*

Ubi

Ubi Dn. Pacific. à Lapide *in Strictur.* [Hæc Imperii Germanici *Comitia* insignem arguunt Germanorũ Procerum libertatem, quâ cuilibet Ordinum Imperii libera relicta sunt Vota. Unde Politicus quidam Comitia nominat, Conventus Gentium Liberarum, in ipsa summa potestate inter se concurrentium. Vide Dn. Fridberg. *ad Burgold. part. 3. Dissert. 3. num. 2.* In hisce enim plurimum momenti consistit, sivè ad evertendum, sivè ad mutandum, sive ad conservandum Germanorum Imperiũ. Vide Addit. *ad Rumelin. part. 2. dissert. 3. thes. 3.*]

3. Comitia indicit solus Imperator, cui, tanquam Capiti Imperii, hoc reservatum est; at non nisi cum consensu Electorum, secundum legem Imperatori in electione dictam. [Dn. Limn. *in Addit. lib. 9. cap. 1. ad. num. 15.* Quod latiùs examinat Dn. Stamler. *dict. tract. §. 26.* Tempus autem, quô consensus Electorum ad indicenda Comitia requisitio cœperit & ènata fuerit, ad tempora *Caroli V.* reduco, quod patet ex *Capitulatione Carolina art. 12.* Attamen

men hoc anteà non erat præcisè necessitatis vel obligationis, sicuti patet ex Reformatione *Imp. Friderici III. de Anno* 1442. *in pr.* Vide Carpzov. *ad Capitul. c. 5. sect.* 1. *num.* 7. Dn. Stamler. *de reservat.* §. 26. *num.* 7. Limn. *ad Capitul. Carol. V. art.* 12. *Obser. num.* 1.]

4. Frequentiora autem Comitia, quàm temporibus præteritis celebrata fuerunt, multi in rebus publicis versati Viri prudentes desiderant: Ea præcipuè de causa, quòd metu Comitiorum in officio contineantur illi, qui Imperatoris gratiâ & potestate abuti solent & possunt, dum Comitia velut repagulũ contra Magnatum potentiam existunt. Addit. ad Rümelin. *p. 2. dissert. 3. th. 1. fol. 437.*

5. Rariora è contrario malunt ex Aulo-Politicis nonnulli, qui Imperatori, Comitia fugienda esse, suadere solent: Per ea enim Cæsaris dicta factáque censuræ subjici, vimque Principatus, juxta Tacitum 1. *Annal.* 6. resolvi perhibent: *Eamq;* (juxta Eundem) *conditionem esse Imperandi, ut non aliter Majestatis ratio constet, quàm si uni reddatur.* *Capitulat.* Ferd. II. *art.* 10. Reichs-Abschied. *de Anno* 1576.

1576. §. als haben. ibi: mit Rath und Beliebung. *& passim in Receß.* Schleidan. *lib.* 1. *Comment.* Paurmeister. *d. lib.* 1. *num.* 19. Goldast. in Politischen Reichs-Handlungen. 22. Carpzov. *dict. tract. c.* 5. *sect.* 1. *per tot.* Arum. *d. tract. cap.* 3. *num.* 16. [Et hanc Comitiorum raritatem (dum *ab Anno MDCXIII.* usq; ad annum *MDCXLI.* nulla fuerint indicta Comitia) Evangelici Ordines in Cõventu Pacis Osnabruggensis inter Gravamina sua retulerunt. Vide Fridberg. *ad Burgold. in Not. Imper. Germ. part.* 3. *Dissert.* 3. *num.* 3. De incommodis intermissionis Comitiorum *Universalium* vide Dn. Hærden. *in Fundam. Imper. R. part.* 5. *cap.* 5. *&* 6.]

6. Vocantur Principes cæteriq; Imperii Status per Edictum Speciale, singulis Statib⁹ Imperii transmissum, quô, quis *dies* & *locus* Comitiis futurus sit, continetur. Daniel. Otto. *de Jur. Public. cap.* 13. Bertram. *de Comit. concl.* 20.

7. *Locus* in arbitrio Imperatoris est, qui tamen per Capitulationem *Artic.* 10. sapienter adstringitur; ne extra Germaniæ fines Comitia agat. Vide Carpz. *d. tract. cap.* 5. *num.* 31. Just. Schüz. *in Jur. Publ.*

Publ. part. 1. *disput.* 10 *thes.* 6. *lit. E.* Dn. Limn. *ad Capitulat. Carol. V. art.* 12. *n.* 8. Plerumque autem Imperatores Comitia *in præcipuis Imperii Civitatibus*, propter majorem rerum affluentiam, celebrare ſolent. Carpzov. *dict. c.* 5. *sect.* 6. *num.* 17. Schüz. *dict. disp.* 10. *thes.* 5. *lit. D.* [Dn. Knipſchilt. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 24. Ubi diſputat; *An alibi, quàm in Civitate Imperiali, Comitia celebrari poſſint?* Ac cenſet, quòd non facilè ab obſervantia Imperii recedi debeat.]

8. Vocantur Imperii Status, tam Eccleſiaſtici quàm Seculares. I. Eccleſiaſtici; etiam illi, qui à Pontifice nondum inſulati ſunt: Buxtorff. *ad A. B. th.* 18. *lit.* 6. Limn. *lib.* 3. *de Iur. Publ. c.* 3. *n.* 40. cujus hanc reddit rationem Gailius; quoniam Eccleſiaſticis Imperii Ordinibus jura Imperialia competunt, non ut Eccleſiaſticis, ſed ut Imperii Romano-Germanici Principibus; quô intuitu Feuda quoque ab Imperatore recognoſcere tenentur. Andr. Gail. *lib.* 1. *Obſerv.* 30. *num.* 8. Mynſing. *Cent.* 5. *Obſerv.* 58. Reinking. *lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 9.

9. II. Se-

9. II. Sede vacante, vocatur Capitulum. *arg. c. cùm Olim. 14. c. his, quæ, X. de maj. & obed. Arumæ. de Comit. c. 4. n. 105.* Quoniam, sede per mortem Episcopi vacante, Capitulum in juribus, Episcopo competentibus, tam secularibus, quàm spiritualibus succedit. Jacob. Sbrozzi, *tr. de potest. Vicar. lib. 1. quæst. 9. per tot.* Augustin. Barbosa *in d. c. cum Olim. 14. num. 3. de major. & obedient.* Aloys. Ricc. *decis. prax. Eccles. 472. & seqq.*

10. III. Principe seculari minorenni existente, ejus nomine vocatur *Tutor* aut *Curator*. Limn. *lib. 9. de Iur. Publ. c. 1. n. 51.* Exempla refert Bertram. *de Comitiis thes. 41.*

11. IV. Majorennis, etiam ante petitam ab Imperatore intra annum *investituram*, vocandus est; Ita *Anno* 1608. *Iohannes Fridericus Dux Würtembergiæ*, post plurium contradictionem, sessionem in Comitiis obtinuit. Exempla vide apud Buxtorff. *ad Aur. Bull. thes. 85.* Rümel. *part. 1. ad Aur. Bull. dissert. 6. coroll. 2.* Bertram. *de Comit. thes. 40.* Limnę. *lib. 9. d. Publ. c. 1. num. 52.* [Qui argumenta pro & contra in *Additionibus* adducit *ad num. 52.*

11. Quod

12. Quæritur autem; *Si Princeps Imperii, durantibus Comitiis, moriatur, An successor ejus, ante investituram à Cæsare obtentam, sessionem prædecessoris per Ablegatos, missô mandatô, continuare possit?*

Quod *Affirmatur*; & quidem meritò. Nam jus *loci* & *voti*, ei competit, qui Electoratum, Principatum aut Comitatum possidet. Aur. Bull. *c. 20.* In terminis Baronum Regni Neapolitani hoc asserit Mastrill. *decis. 18. num. 4. part. 1.* Cùm jus dandi votum, sit fructus jurisdictionis. Nicol. Mil. *in Repertor. V. Canonicus* Decian. *respons. 8. n. 228.* Quod exemplo Electoris Palatini *Friderici IV.* illustrat & latiùs deducit Arumæ. *d. Comit. c. 7. num. 125.*

13. V. Solus Princeps Primogenitus ad Comitia vocatur, ubi Jus Primogenituræ viget; ast ubi divisioni Provinciarum locus est, quilibet investitus de suo Ducatu aut Comitatu admittitur, modò Ducatus iste aut Comitatus in Matricula Imperii extet. Darmit dem Reich an seinen Stifften nichts abgehe. Reichs-Abschied zu Speyer *Anno* 1570. §. Nachdem auch nach

nach Bertram. *d. lib. thes.* 41. Limn. *d. cap.* 1. *num.* 54.

14. *Ecclesiastici Reformati* ad Comitia hucusque nondum admissi fuerunt, quamvis Archi-Episcopi Magdeburgensis Legatus aliquoties, maximè verò in Comitiis Ratisponensibus *An.* 1594. & 1613. celebratis, graviter se opposuerit; Hujus controversiæ decisio dependere visa fuit **von dem Geistlichen Vorbehalt:** *Iurene, an injuria?* hoc factum; inter dubia Imperii aliquando decidenda rejectum fuit. Vide Reink. *classe* 4. *cap.* 9. *num.* 29. Arum. *de Comitiis cap.* 4. *n.* 109. Crani. *de pace Relig. part.* 1. *probl.* 10. & 11. Vietor. *d. Exem. concl.* 32. Veruntamen *per Publicam Pacem Osnabruggensem*, *Art.* 20. aliquot Archi Episcopatus Imperii, hactenus ab Augustanæ Confessioni addictis Principibus possessi, pro bellica satisfactione, ab Imperatore & Ordinibus Imperii *sub Titulo Ducatus* concessi fuerunt, ac imposterum pro Secularibus Feudis Imperii censentur, **und seynd nunmehr** secularisiret **worden.** Hôc igitur mediô lis hæc sopita fuit, bonis hisce ad ad primævam naturam reversis. [Quod

jure

jure factum fuisse, non vanis rationibus meritò deducit Dn. Am. Er. Mauritius cum Dn. Rothmahl. *in tr. de Secularisat. bonor. Ecclesiast. cap. 4. & 5.* A quibus non omninò alienus esse videtur Caramuel. *de Pace licita per tot.*]

[14. B. Præter Electores & Principes Imperii tam Ecclesiasticos, quàm Politicos, vocantur quoq; ad Comitia *Civitates Imperiales immediatæ*, non Universali sed particulari, ad quamlibet Civitatem emanante Rescripto evocatorio, quæ postmodùm per suos Deputatos, singulari mandato instructos, veniunt; Ad quos nominatim quoque Cæsarea propositio dirigitur Gremp. & Hieron. ad Agnum *in Consil. singul. de Civit. Sess. fol. m. 5.* Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 2. n. 29. 30. & 31.*]

15. Principes & Imperii Status ad Comitia vocati, *comparent humiliter*, Sie erscheinen gehorsamlich / propriis sumptibus, & quidem *personaliter*, non tanquam nudi Consiliarii Imperii, sed Archontes, ut perquàm diligenter Imperii Rom. Germ. negotia deliberent. Aur. Bull. *cap. 12. Recess. Imp.* zu Regenspurg. *de Anno*

Anno 1576. §. Wann dann ibi: Sie seynd schuldig deß Heiligen Röm: Reichs fürfallende Sachen mit Fleiß zu berathschlagen. Warem. à Fridberg. *ad Burgold. part*. 1. *Diss*. 10. *num*. 8.

16. Quòd si personaliter comparere impediantur, *Nuncios seu Ablegatos suos* mittere possunt, cum mandato & quidē pleno, mit vollmächtigem Gewalt. [Besold. *de Legatis cap*. 3. *n*. 2. *in Oper. Pol*. Quod ex tabulis Comitiorum Imperii clarè patescit; Ubi missi ad locum, Comitiis destinatum, à Statibus Imperii, sub nomine & qualitate Legatorum frequentissimè veniunt. Dn. Hahn & Jungker. *de Legatis*, §. 59.]

17. Quæritur autem hîc; *An Ablegatus Principis Imperii ægritudine præventus, aut alia de causa impeditus, tertium quendam ad proferendum Domini sui Votum in publico substituere possit*. Legatum Vicarios, non alios quàm filios, dare posse, respondit Marcianus *in l. sciendum*. 4. § 4. *concordat. l. filius*. 7. *D. de legation*. Marsaler. *de Legat. lib*. 2. *c*. 9. Auth. Comitiolog. *part*. 3. *dis*. 3. *num*. 47. Econtrariò etiam alios, præter filios, Legato pro

 vicariis

vicariis ſubſtituere licere, conſtat ex *l. ſi abſenti*. II. *in fin. l. Vicarius*. 13. *D. dict. tit.* Nullum verò Legationis Vicarium admittere vult Herm. Kirchner. *de legat. lib.* I. *cap.* 5. *num.* 32. [Gottlieb ab Hagen in hac Quæſtione reſpondet: **Wir dürffen hierinnen kaum Ja ſagen/ zumahlen auff den Reichs-Tägen.** *in Comitiolog. part.* 3. *Diſſert.* 3. *n.* 48.] Sanè, Ego ita cenſeo; Si Legatus Principis Imperii in mandato ad Comitia clauſulam *ſubſtitutionis* inſertam habeat, eamque Directorio Imperii demonſtret, non dubito, quin talis ſubſtitutus ad *ſeſſionem* & *votum* in Senatu Imperii admittatur. Vid. Dn. Cruſ. *de jur. præcedent. lib.* I. *cap.* II. *n.* 13. qui latè hanc quæſtionem deducit. De qua ſuprà quoque *c.* 13. *num.* 25.

18. Hi ſi legitimè citati, omninò non compareant, ſuo damno emanent, nec minùs quàm præſentes, Comitiorum ſanctione ligantur. **R. A. zu Regenſpurg** de Anno 1541. §. **Wir auch Churfürſten** in verbis: **Und was** publicirt **wird / daß die Abweſende gleich zu halten und zu vollziehen verbunden ſeyn. R. A** de Anno 1542. §. **Auff welchen.** Arniſ. *de Jur. Majeſt. lib.* I.

cl. 5.

cl.5.c.8.n.29. Limn. *lib.9. de Jur. Publ. c.1.n. 93.* latè Arum. *de Comit. c.5.n.41.* Rümelin. *ad Aur. Bull. p.2. thes. 11. ubi Additiones meæ.*

19 In *Castellæ Regno*, Vasalli ad Comitia vocati non comparentes, absentiæ suæ rationem legitimam reddere tenentur, nisi in pœnam incidere velint; referente Johann. Baptist. Larrea *allegat. fiscal. 53. num.2. & seqq.* Anton. Diana *Resol. moral. part.1. tract.3. de Parlamento Resol.23.*

20. Comparitione factâ, sequitur *Sessio ac Consultatio*; At quoniam Imperium Romano-Germanicum constat Capite & Membris, ideò jus, ac summa Comitiorum dividitur *in duos semisses* ex æquo, quorum unum Cæsar, alterum Ordines universi habent, ad hoc, ut in Comitiis æqualis potestas Statibus cum Imperatore in decernendo competat. Paurmeist. *de Jurisdict. lib.2. c.2. num.34. ac cap.4. num.159.* Sicuti hoc constat ex communi clausula Recessibus Imperii annexa: **Demnach so haben Wir Uns mit den Ständen/und Sie sich hinwiderum mit Uns verglichen.** Besold. *de Statu Imper. subaltern. cap.2. num.5. in Oper. Polit.*

[Unde scribit Dn. Fridberg. *Ergo Imperator & Status Imperii (qui junctim pro una persona habentur) in negotiis Comitialibus sunt exæquatæ potestatis, adeóq; cùm potestate sint saltem in præcipuis æquales, Respublica Imperii Rom. Germanici, meritò censeri debet Mixta.* Dn. Fridberg. *ad Burgold. part. 2. dissert. 5. num. 3.* Dn. Textor. *de Rat. Stat. cap. 2. fol. 35.* Quamvis dissentiat Dn. Stamler. *de Reservat. §. 15.*]

21. Ordinum semissis *in tres sextantes* dividitur, juxta *Triplex* Imperii Consilium; scilicet, *Electorum, Principum & Civitatum*, in die Reichs Räth.

22. *Electores universi*, der gantze Chur-Fürsten Banck/ *unum* habent *Sextantem*, seu *duo* vota. Vid. latè Arumæ. *de Comitiis c. 7. n. 58. & seqq.* [Der erste Rath ist der Chur-Fürsten; allwohin der König in Böhem nicht gehöret/ auch nicht beruffen wird/ noch ein suffragium auf den Reichs-Tägen hat. Hagen. *in Comitiolog. part. 3. dissert. 4. num. 58.*

23. *Alterum Sextantem*, id est, *duo* vota, occupat *Consilium Principum*, der Fürsten-Banck. Quò etiam Prælati, Comi-

Comites & Barones comprehenduntur, qui viritim, vota edicunt, ea tamen collectivè sumpta, curiatim pro duobus votis reputantur, habito respectu, ad tria totius Imperii Collegia. Vide Arumæ. *dict. c. 7. n. 87. & seqq.* Auth. Comitiol. *dict. dissert. 4. n. 74.*

24. *Ultimum Sextantem* habet *Consilium Civitatum Imperialium*, der Städt Banck/ quod in *duo* Scamna, den Rheinischen und Schwäbischen dividitur. Vid. Arumæ. *d. tr. cap. 7. n.* 145. Auth. Comitiolog. *part. 3. dissert. 4. n. 84.* [Quæ non tantùm *Votum Consultativum*, sed etiam *Votum Decisivum* in Comitiis obtinent. Quod latè deducit Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 2. num. 69. &* 11. Comitiolog. *part. 3. dissert. 4. num. 97.*]

25. *Conclusione* in Electorum Senatu factâ, eandem Principum Senatui aperiunt; quam si probat, res plana est; si reprobat, nova consultatio initur, quâ finitâ, Principes Electoribus referunt, quid sibi videatur; quod si consentiunt, vel dissentiunt, *Civitatum Legati* ad commune Baleuterium vocantur, ibi in præsentia utriusque Senatus, in

quo consentiant vel dissentiant *Electores* *& Principes*, ipsis indicatur, qui posteà, sibi quid videatur, per *Syndicum* aperiunt, ac vel uni accedunt, vel in tertiam abeunt partem; ac tamdiu disceptant, donec certi quid concludatur. [Dn. Limnæ. *in Addit. lib. 9. cap.* 1. *num.* 195. *& seqq.*]

26. Ita ut in Comitiis, non Personarum vel Ordinum, sed *Classium sivè Curiarum* vincat numerus. Hæc Statuum sententia, Imperatori per Deputatos refertur; Cui si Imperator accedat, res confecta est: Sin minus, excipiendo, replicando, duplicando, tamdiu disputatur, donec consors sententia oriatur. Quæ latiùs vide apud Paurmeist. *lib.* 2. *de Iurisd. cap.* 2. Wehner. *in Obs. verb.* Reichstag. Reinking. *lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 8. Fischer. *in discurs.* wie es auf den Reichstägen hergehe. Limn. *lib. de Iur. Publ. cap.* 1. *num.* 152 *& seqq.* Arumæ. *de Comit. cap.* 7. [latè Gotlib. ab Hagen. *in Comitiolog. part.* 3. *dissert.* 4. *num.* 111. *& seqq.*]

27 Factâ *Conclusione*, constitutio hæc ab *Electore Moguntino* in formam Re-

cessus

cessus redigitur, ac publicè coram Deputatis Imperatoris & Statuum prælegitur; Quô peractô, *duo Exemplaria* authenticâ formâ conficiuntur, & ab Imperatore & cunctis Imperii Statibus subscribuntur & obsignantur, quorum *Unum* apud Electorem Moguntinum, in deß Reichs Cantzley / deponitur & asservatur; *Alterum* verò in Aulâ Imperatoris, deß Reichs Hof-Rath / quod Viennæ est, custoditur. Et hæc conventio, *Constitutio Imperii* vocatur, deß Heil. Reichs Abschied. Vide Leheman. *in Chron. Spirens. lib. fin. c. 124. n. 8. & passim*. Dn. Limn. *dict. cap. 1. num.* 196. Arumæ. *de Comitiis cap. 1. n. 94. & seqq.* [Comitiolog. *part. 3. dissert. 4. num. 108. & seqq. n. 118. Quid verò sentiendum sit, de Codice Recessuum Imperii, qui Moguntiæ typis expressus reperitur?* Sanè, hunc magnâ imperfectione laborare deprehēdit Dn. Limnæ. *in Addit. ad lib. 9. c. 1. num.* 225.]

25. *Quid si Ordines Imperii inter se dissentiant, nec pluralitate votorum rem decidere queant*, und können sich nicht vergleichen? *Imperator* authoritatem suam interponere, ac rem decidere aliquoties

 con-

12. Quæritur autem; *Si Princeps Imperii, durantibus Comitiis, moriatur, An ſucceſſor ejus, ante inveſtituram à Cæſare obtentam, ſeſſionem prædeceſſoris per Ablegatos, miſsô mandatô, continuare poſſit?*

Quod *Affirmatur*; & quidem meritò. Nam jus *loci & voti*, ei competit, qui Electoratum, Principatum aut Comitatum poſſidet. Aur. Bull. *c. 20.* In terminis Baronum Regni Neapolitani hoc aſſerit Maſtrill. *deciſ. 18. num. 4. part. 1.* Cùm jus dandi votum, ſit fructus jurisdictionis. Nicol. Mil. *in Repertor. V. Canonicus* Decian. *reſpons. 8. n. 228.* Quod exemplo Electoris Palatini *Friderici IV.* illuſtrat & latiùs deducit Arumæ. *d. Comit. c. 7. num. 125.*

13. V. Solus Princeps Primogenitus ad Comitia vocatur, ubi Jus Primogenituræ viget; aſt ubi diviſioni Provinciarum locus eſt, quilibet inveſtitus de ſuo Ducatu aut Comitatu admittitur, modò Ducat⁹ iſte aut Comitatus in Matricula Imperii extet. Darmit dem Reich an ſeinen Stifften nichts abgehe. Reichs-Abſchied zu Speyer *Anno* 1570. §. Nachdem auch nach

nach Bertram. *d. lib. thes.* 41. Limn. *d. cap. num.* 54.

14. *Ecclesiastici Reformati* ad Comitia huc usque nondum admissi fuerunt, quamvis Archi-Episcopi Magdeburgensis Legatus aliquoties, maximè verò in Comitiis Ratisponensibus *An.* 1594. *&* 1613. celebratis, graviter se opposuerit; Hujus controversiæ decisio dependere visa fuit **von dem Geistlichen Vorbehalt:** *Iurene, an injuria?* hoc factum; inter dubia Imperii aliquando decidenda rejectum fuit. Vide Reink. *classe 4. cap. 9. num.* 29. Arum. *de Comitiis cap. 4. n.* 109. Crani. *de pace Relig. part.* 1. *probl.* 10. *&* 11. Vietor. *d. Exem. concl.* 32. Veruntamen *per Publicam Pacem Osnabruggensem, Art.* 20. aliquot Archi Episcopatus Imperii, hactenus ab Augustanæ Confessioni addictis Principibus possessi, pro bellica satisfactione, ab Imperatore & Ordinibus Imperii *sub Titulo Ducatus* concessi fuerunt, ac imposterum pro Secularibus Feudis Imperii censentur, **und seynd nunmehr** secularisiret **worden.** Hôc igitur mediô lis hæc sopita fuit, bonis hisce ad ad primævam naturam reversis. [Quod jure

jure factum fuiſſe, non vanis rationibus meritò deducit Dn. Am. Er. Mauritius cum Dn. Rothmahl. *in tr. de Secularisat. bonor. Eccleſiaſt. cap. 4. & 5.* A quibus non omninò alienus eſſe videtur Caramuel. *de Pace licita per tot.*]

[14. B. Præter Electores & Principes Imperii tam Eccleſiaſticos, quàm Politicos, vocantur quoq; ad Comitia *Civitates Imperiales immediatæ*, non Univerſali ſed particulari, ad quamlibet Civitatem emanante Reſcripto evocatorio, quæ poſtmodùm per ſuos Deputatos, ſingulari mandato inſtructos, veniunt; Ad quos nominatim quoque Cæſarea propoſitio dirigitur Gremp. & Hieron. ad Agnum *in Conſil. ſingul. de Civit. Seſſ. fol. m.* 5. Dn. Knipſchilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 2. n. 29. 30. & 31.*]

15. Principes & Imperii Status ad Comitia vocati, *comparent humiliter*, Sie erſcheinen gehorſamlich / propriis ſumptibus, & quidem *perſonaliter*, non tanquam nudi Conſiliarii Imperii, ſed Archontes, ut perquàm diligenter Imperii Rom. Germ. negotia deliberent. Aur. Bull. *cap. 12. Receſſ. Imp.* zu Regenſpurg. *de Anno*

Anno 1576. §. **Wann dann** ibi: **Sie seynd schuldig deß Heiligen Röm: Reichs fürfallende Sachen mit Fleiß zu berathschlagen.** Warem. à Fridberg. *ad Burgold. part.* 1. *Diss.* 10. *num.* 8.

16. Quòd si personaliter comparere impediantur, *Nuncios seu Ablegatos suos* mittere possunt, cum mandato & quidẽ pleno, **mit vollmächtigem Gewalt.** [Besold. *de Legatis cap.* 3. *n.* 2. *in Oper. Pol.* Quod ex tabulis Comitiorum Imperii clarè patescit; Ubi missi ad locum, Comitiis destinatum, à Statibus Imperii, sub nomine & qualitate Legatorum frequentissimè veniunt. Dn. Hahn & Jungker. *de Legatis*, §. 59.]

17. Quæritur autem hîc; *An Ablegatus Principis Imperii ægritudine præventus, aut alia de causa impeditus, tertium quendam ad proferendum Domini sui Votum in publico substituere possit.* Legatum Vicarios, non alios quàm filios, dare posse, respondit Marcianus *in l. sciendum.* 4. § 4. *concordat. l. filius.* 7. *D. de legation.* Marsaler. *de Legat. lib.* 2. *c.* 9. Auth. Comitiolog. *part.* 3. *dis.* 3. *num.* 47. Econtrariò etiam alios, præter filios, Legato pro

 vicariis

vicariis substituere licere, constat ex *l. si absenti*. 11. *in fin. l. Vicarius*. 13. *D. dict. tit.* Nullum verò Legationis Vicarium admittere vult Herm. Kirchner. *de legat. lib*. 1. *cap*. 5. *num*. 32. [Gottlieb ab Hagen in hac Quæstione respondet: **Wir dürffen hierinnen kaum Ja sagen/ zumahlen auff den Reichs-Tägen.** *in Comitiolog. part.* 3. *Dissert*. 3. *n*. 48.] Sanè, Ego ita censeo; Si Legatus Principis Imperii in mandato ad Comitia clausulam *substitutionis* insertam habeat, eamque Directorio Imperii demonstret, non dubito, quin talis substitutus ad *sessionem* & *votum* in Senatu Imperii admittatur. Vid. Dn. Crus. *de jur. præcedent. lib*. 1. *cap*. 11. *n*. 13. qui latè hanc quæstionem deducit. De qua suprà quoque *c*. 13. *num*. 25.

18. Hi si legitimè citati, omninò non compareant, suo damno emanent, nec minùs quàm præsentes, Comitiorum sanctione ligantur. **R. A. zu Regenspurg** de Anno 1541. §. **Wir auch Churfürsten** in verbis: **Und was** publicirt **wird / daß die Abwesende gleich zu halten und zu vollziehen verbunden seyn. R. A** de Anno 1542. §. **Auff welchen.** Arnis. *de Jur. Majest. lib*. 1.

el. 5.

cl.5.c.8.n.29. Limn. *lib.9. de Jur. Publ. c.1.n.93.* latè Arum. *de Comit. c.5.n.41.* Rümelin. *ad Aur. Bull. p.2. thes.11. ubi Additiones meæ.*

19. In *Castellæ Regno*, Vasalli ad Comitia vocati non comparentes, absentiæ suæ rationem legitimam reddere tenentur, nisi in pœnam incidere velint; referente Johann. Baptist Larrea *allegat. fiscal. 53. num. 2. & seqq.* Anton. Diana *Resol. moral. part. 1. tract. 3. de Parlamento Resol. 23.*

20. Comparitione factâ, sequitur *Sessio ac Consultatio*; At quoniam Imperium Romano-Germanicum constat Capite & Membris, ideò jus, ac summa Comitiorum dividitur *in duos semisses* ex æquo, quorum unum Cæsar, alterum Ordines universi habent, ad hoc, ut in Comitiis æqualis potestas Statibus cum Imperatore in decernendo competat. Paurmeist. *de Jurisdict. lib.2. c.2. num.34. ac cap.4. num.159.* Sicuti hoc constat ex communi clausula Recessibus Imperii annexa: Demnach so haben Wir Uns mit den Ständen/und Sie sich hinwiderum mit Uns verglichen. Besold. *de Statu Imper. subaltern. cap.2. num.5. in Oper. Polit.*

I 2 [Unde

[Unde scribit Dn. Fridberg. *Ergo Imperator & Status Imperii (qui junctim pro una persona habentur) in negotiis Comitialibus sunt exæquatæ potestatis, adeòq; cùm potestate sint saltem in præcipuis æquales,* Respublica Imperii Rom. Germanici, meritò censeri debet *Mixta.* Dn. Fridberg. *ad Burgold. part. 2. dissert. 5. num. 3.* Dn. Textor. *de Rat. Stat. cap. 2. fol. 35.* Quamvis dissentiat Dn. Stamler. *de Reservat. §. 15.*]

21. Ordinum semissis *in tres sextantes* dividitur, juxta *Triplex* Imperii Consilium; scilicet, *Electorum, Principum & Civitatum*, in die Reichs Räth.

22. *Electores universi*, der gantze Chur-Fürsten Banck / *unum* habent *Sextantem*, seu *duo* vota. Vid. latè Arumæ. *de Comitiis c. 7. n. 58. & seqq.* [Der erste Rath ist der Chur-Fürsten; allwohin der König in Böhem nicht gehöret / auch nicht beruffen wird / noch ein suffragium auf den Reichs-Tägen hat. Hagen. *in Comitiolog. part. 3. dissert. 4. num. 58.*

23. *Alterum Sextantem*, id est, *duo* vota, occupat *Consilium Principum*, der Fürsten-Banck. Quò etiam Prælati, Comi-

Comites & Barones comprehenduntur, qui viritim, vota edicunt, ea tamen collectivè sumpta, curiatim pro duobus votis reputantur, habito respectu, ad tria totius Imperii Collegia. Vide Arumæ. *dict. c. 7. n. 87. & seqq.* Auth. Comitiol. *dict. dissert. 4. n. 74.*

24. *Ultimum Sextantem* habet *Consilium Civitatum Imperialium*, **der Stádt Banck**/ quod in *duo* Scamna, **den Rheinischen und Schwábischen** dividitur. Vid. Arumæ. *d. tr. cap. 7. n.* 145. Auth. Comitiolog. *part. 3. dissert. 4. n. 84.* [Quæ non tantùm *Votum Consultativum*, sed etiam *Votum Decisivum* in Comitiis obtinent. Quod latè deducit Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 2. num. 69. &* 11. Comitiolog. *part. 3. dissert. 4. num. 97.*]

25. *Conclusione* in Electorum Senatu factâ, eandem Principum Senatui aperiunt; quam si probat, res plana est; si reprobat, nova consultatio initur, quâ finitâ, Principes Electoribus referunt, quid sibi videatur; quod si consentiunt, vel dissentiunt, *Civitatum Legati* ad commune Baleuterium vocantur, ibi in præsentia utriusque Senatus, in

quo consentiant vel dissentiant *Electores & Principes*, ipsis indicatur, qui posteà, sibi quid videatur, per *Syndicum* aperiunt,, ac vel uni accedunt, vel in tertiam abeunt partem; ac tamdiu disceptant, donec certi quid concludatur. [Dn. Limnæ. *in Addit. lib. 9. cap.* I. *num.* 195. *& seqq.*]

26. Ita ut in Comitiis, non Personarum vel Ordinum, sed *Classium sivè Curiarum* vincat numerus. Hæc Statuum sententia, Imperatori per Deputatos refertur; Cui si Imperator accedat, res confecta est: Sin minus, excipiendo, replicando, duplicando, tamdiu disputatur, donec consors sententia oriatur. Quæ latiùs vide apud Paurmeist. *lib.* 2. *de Iurisd. cap.* 2. Wehner. *in Obs. verb.* Reichstag. Reinking. *lib.* I. *class.* 5. *cap.* 8. Fischer. *in discurs.* wie es auf den Reichstägen hergehe. Limn. *lib. de Iur. Publ. cap.* I. *num.* 152 *& seqq.* Arumæ. *de Comit. cap.* 7. [laté Gotlib. ab Hagen. *in Comitiolog. part.* 3. *dissert.* 4. *num.* III. *& seqq.*]

27. Factâ *Conclusione*, constitutio hæc ab *Electore Moguntino* in formam Recessus

cessus redigitur, ac publicè coram Deputatis Imperatoris & Statuum prælegitur; Quô peractô, *duo Exemplaria* authenticâ formâ conficiuntur, & ab Imperatore & cunctis Imperii Statibus subscribuntur & obsignantur, quorum *Unum* apud Electorem Moguntinum, **in deß Reichs Cantzley**/ deponitur & asservatur; *Alterum* verò in Aulâ Imperatoris, **deß Reichs Hof-Rath**/ quod Viennæ est, custoditur. Et hæc conventio, *Constitutio Imperii* vocatur, **deß Heil. Reichs Abschied.** Vide Leheman. *in Chron. Spirens. lib. fin. c.* 124. *n.* 8. *& passim.* Dn. Limn. *dict. cap.* 1. *num.* 196. Arumæ. *de Comitiis cap.* 1. *n.* 94. *& seqq.* [Comitiolog. *part.* 3. *dissert.* 4. *num.* 108. *& seqq. n.* 118. *Quid verò sentiendum sit, de Codice Recessuum Imperii, qui Moguntiæ typis expressus reperitur?* Sanè, hunc magnâ imperfectione laborare deprehēdit Dn. Limnæ. *in Addit. ad lib.* 9. *c.* 1. *num.* 225.]

28. *Quid si Ordines Imperii inter se dissentiant, nec pluralitate votorum rem decidere queant,* **und können sich nicht vergleichen?** *Imperator* authoritatem suam interponere, ac rem decidere aliquoties

consuevit Vide R. A. de Anno 1544. §. Als wir aber. R. A. de Anno 1555. §. Und nach dem R. A. de Anno 1596. §. Da dann die Sachen. Vide Bertram. *de Comitiis th.* 74. Reinking. *lib. cl. 2. cap. 5. n. 45.* Arumæ. *de Comitiis. cap. 8. num. 84.* Donawertische Erinnerung. *pag. 61.* Benedict. Carpzov. *de leg. Regia German. cap. 5. sect. 8. num.* 16. *& seqq.* Et hoc Imperatoris officio incumbere putat Author Comitiolog. *part 3. dissert. 4. num. 99.*

29. Cui tamen à Principibus cæterisque Imperii Statibus quandoq; contradici novum non est. Et hoc non sine ratione. Vide R. A. de Anno 1545. §. Und Wir Churfürsten. R. A. de An. 1567. §. Als sie aber. Paurmeist. *de Jurisd. cap. 2. num. 63.* Otto *de Jur. Publ. cap. 13. pag.* 501. Goldast. *in Replic. pro Imper. contr. Gretsi. cap.* 11. *pag.* 105. Lampad. *de Constit. Imper. part. 3. cap. 8. n.* 14. latissimè Rümelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 3. thes.* 19. *per tot. Ubi Additiones meæ.* Quod distinctione inter regulam & exceptionem dirimendum esse censet Limn. *lib. 9. de Jur. Publ. cap. 1. num.* 173. Verùm adi Rümelin. *dict. thes.* 19. Burgold. & cum

eo

eo Fridberg. *de Notit. Imper. Germ. part. 3. Dissert. 3. n. 2.* Ubi tradit: *Certè, si illa potestas Cæsari concederetur, haberet ille, quasi in manibus, omnem Comitiorum vim & auctoritatem, & non nisi Dicis gratia, Imperii Conventus instituerentur.* Hæc ille.]

[29. B. Sanè non pauci Comitiorum defectus, à publici juris Peritis recensentur, quæ scopum utilitatis publicæ impediunt, vel languescere efficiunt. Hi, ut emendentur sanctione Pragmatica, multi desiderant Patriotę, & libertatis Germanicę amantes. Inter tales defectus recensetur quoque nimia deliberationum & conclusionum procrastinatio, adeò ut præsentia Comitia inaudito Imperii Germanici exemplo, ultra quinquennium continuâ serie perdurent. Hujus procrastinationis causas aliis examinandas relinquo, quas magis mente ęvolvere quàm literis mandare publicis placet. Vide interim Fridb. *ad Notit. Imp. Germ. Burgoldi part. 3. Dissert. 3. num. 4.* Hasce Comitiorum extensiones falsè irridet Monzamban. *de Imper. Germ. cap. 5. n. 2.*

CAPUT XVI.

De Principum & Statuum Imperii Militandi libertate, ab antiquo usitata & semper libera.

1. Libertati Principum & Statuum Imperii Romano Germanici non minima etiam *hæc* adscribitur, quòd illi exteris Regibus ac Principibus possint operam suam *Militando* addicere; Habent enim Principes, Comites, Nobiles, aliivè generosi animi Viri in Germania, jus quoddam peculiare, ut ad comparandam gloriam & honorem, more à Majoribus accepto, Exterorum Regum bellis pro lubitu interesse & militiæ peregrinæ nomen dare possint; Ita ferente innatâ Germanorum *Libertate*, quam testatur Constitutio Imperialis *in Recess. Imper. Spirens. de Anno* 1570. §. Denselben in verbis: Wie es im Heiligen Reich Teutscher Nation, von Alters / ein löbliche Gestalt Teutscher Freyheit ist / umb Ehr und Ruhm / mit Ritterlichen Thaten / frembden Potentaten zu dienen; Doch ohne Beleidigung deß Vatterlands und dessen Ange-

Angehörigen. Vide quoq; die Fußknechts-Bestallung. §. Denselben Wir/ &c. apud Goldast *pag.* 11. Politischer Reichshandlungen. *pag.* 282. Et hanc libertatem contestantur quoque Paurmeist. *lib.* 1. *de Iurisd. cap.* 3. *num.* 22. Nolden. *de Nobil. cap.* 17. Dn. Limnæ. *lib.* 4. *de Iur. Publ. cap.* 8. *num.* 13. Dn. Schüz. *in Colleg. Iur. Publ. disp.* 6. *thes.* 23. *lit. A. vol.* 1. David Mævius *ad Jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 2. *art.* 1. *num.* 6. Idem de immediatis Imperii *Nobilibus* disertè asserit Dn. Hippol. à Treisbach. *de Jur. præced. Ordin. Equest. quæst.* 2. *num.* 161. Libertatis hujus varia exempla invenies apud Historicos passim, veluti penes *Sabellicum*, *Nauclerum*, *Thuanum*, *Le Dupleix*, *Jean de Serres*, *Briani*, *Tartagnotta*, *Guicciardinum & alios*. Nullum enim bellum in Europa sine Germanis strenuis, Heroibus ac Viris Generosis confectum esse, testatur Dn. m. p. Lans. *in Consult. pro German.*

2. Quæritur autem; *An hæc militandi libertas Principibus aliisq; illustribus Imperii viris competat absq; præcedente Imperatoris licentia & consensu habito?* Quod Ego (salvâ Cæsareá Majestate & Authoritate

ritate) *Asserendum* esse censeo. Quoniam rigore dicti Recess. Imp. *de An.* 1570 hæc militandi libertas ab antiquissima Germaniæ consuetudine dependet. Quidquid autem jure libertatis fit, alterius consensum minimè requirit. Ac frustrà precibus impetratur, quod jure conceditur. Siquidem verbum *Liberè* inducit jus faciendi actum suâ naturâ, *spontè*, & *absq;* Superioris authoritate. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 975. *n.* 22. & 43.

3. Quæ libertas Principibus aliisvè exoticorum Regnorum illustribus Viris & generosis animis minimè competit. Nam in Regno *Neapolitano* nullus Titulatus, veluti Baro vel Comes, sine Regis licentia militandi causa Regno exire valet. Mastrill. 4. *de magistr. cap.* 13. *num.* 11. *Angliæ & Daniæ* Nobiles, ne Regno quidem, sine venia Regis exire audent. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 58.

4 Hanc militandi libertatem cum ipso Germanorum genere proditam esse censeo; Præcipuè verò antiquissimæ Germaniæ Nobilitati proprium fuit, teste Tacito: *Juvenibus* (inquit ille) *scuto framea-*

frameaque initiatis, turpe ac probrosum erat, domi desidere, & melioris ætatis robur otio inhonesto deterrere; Igitur plerique Nobilium adolescentum petebant ultrò eas nationes, quæ tum bellum gerebant; quia ingrata genti quies; pigrum & iners videbatur, sudore acquirere; quæ possis sanguine parare. Corn. Tacitus. *de Morib. German. c. 13. & 14.* Unde Vetustus Poëta *Gastus* canit. **Was solle ein junger Ritter/der nicht Ritterschafft begehrt.** *Apud* Melch. Goldast. *in Parænet.* W*insbeck. fol.* 401. & 402.

5. Hinc sub *Romanis* stipendia meruisse Germanos tradit Annæ. Flor. *lib.* 4. *cap.* 2. Cęsaris *Augusti, Imperatoris* custodes à latere erant Germani, utpote Gens fidei commissæ potentior; teste Tacito *histor. lib. 3. in princip.* Qui dimissâ Calagurritanorum cohorte, in eorum vicem Germanos in custodes sui corporis collegit. Sueton. *in August. cap.* 29. Tacit. *Annal. lib. 1.* In Herodis satellitio Germanos numeratos fuisse, legimus apud Joseph. *Histor. lib.* 17. [Rationem hanc Scriptores adscribunt, quòd Germani, ipso terræ suæ solo & cœlo

cœlo acriùs animantur. Ac *Nicephorus Gregoras* tradit, Septentrionales Meridionalibus semper fortiores, & ab iis invictos, extitisse. Niceph. *lib. 4. histor. cap. 14.* Vide Bernegger *ad Tacit. German. Quæst. 158.* Besold. *de natur. Popul. cap. 6.*]

6. Imò Germani non semper, ut Prętoriani, sed frequentiùs uti Auxiliatores à Romanis vocati, donisque delecti fuerunt, ac integris quandoque Legionibus conscripti eorum stipendia merebantur. Vide Joseph. *histor. judaic. lib. 19. cap. 1.* Herodian. *histor. lib. 8. fol. m. 167. & 180.*

7. *Comites quoque de Tubingen* (qui ante paucos annos adhuc inter Imperii Status numerabantur) devastationi Hierosolymitanæ interfuisse, testatur Senatus Tubingensis *in Deductione Orig. Civitat. Tubing. ad Illustr. Ducem Würtemberg. Ulricum*, authoritate diplomatis Imper. *Vespasiani* quod inter Comitum Tubingens. Archiva adhuc custoditum fuisse asseritur.

8. *Eberhard de Würtemberg* Comes Parisiensis *Anno 893. Carolo Simplici Galliarum Regi* militabat cum titulo, *du Grand Maistre*

Maistre de France; Familiarum *Brandenburgicæ & Bavaricæ*, ut & alia exempla vide apud Jean. Le feron *au Catalogne des grandes Maistres de France.* Henninges *in Geneal, passim.* Caspar Lerch *de Equestr. Ordin. German. fol. m. 142. & passim.* Besold. *in Thesaur. Pract. lit. R. Verb.* Ritter. 67.

9. Hæc libertas dum ab *Imperatore Carolo V.* restringeretur, inter Ordinum gravamina relata, *ac Ferdinando I. Imperatori Anno MDLII.* oblata fuit. Vide Johan. Sleidan. *Comment. lib. 20. & 24.* Josiam Nolden. *d. cap. 17. n. 125.* Melch. Goldast. in Reichshandlungen. *par. II. cap. 12. fol. m. 382.*

10. Quod tamen meritò *limitatur* I. Si Rex aut Princeps exterus Imperium invadere tentet, quô casu Germanica Nobilitas contra salutem Imperii nullô jure apud Exteros, veluti Imperii hostes Stipendia mereri potest. Reichs-Abschied zu Speyer / *de Anno* 1544. § und wie wol Wir ibi: Unsere und deß Reichs Mit-Glieder. Quoniam omnes charitates, ipsa Patria, unâ complectitur. Cicero 1. *Offic.* Caball. *resolut. crim. cas. 294. num. 17.*

Novar.

Novar. *decis.* 130. *num.* 10. [Hinc videmus, quòd S. Cæsarea Majestas, toties quoties Edicta & Rescripta avocatoria promulgare soleat.]

11. *Declaratur* II. hæc assertio; Ne quis militem cogat in auxilium alterius, inconsultò, & sine permissu Imperatoris: Scilicet, cùm fortassis ipsa Patria nostra, Germania, militibus opus habere possit. Reichs-Abschied de anno 1570 *in cap. Extraordin. fin.* §. zum andern soll das Teutsche. in verbis: Sondern vor allen Dingen desselben (Vatterlands) Wolfahrt und besten schaffen und befördern. Reichs-Abschied/ de anno 1580. §. ferners obwol. *cum §. seqq.*

12. Quoniam nemini licet in fraudem civilium munerum, Nomen alteri dare. Per text. *in l. 2. C. qui milit. non poss. lib. 12. tit. 34.* Cùm exinde causa Reipublicæ deterior reddatur. Text. *in l. cura extruendi. 4. §. fin. D. de muner. & honor.* Qua de causa Plato *lib. 7. de legib.* tradit: Plus juris esse Reipublicæ in liberos quàm Parentibus ipsis. Baro Enenckel. *de privileg. Parent. & liber. Privileg. 1 c. 12. num. 25.* Francisc. de Amaya, *in l. certa 4.*

num. 18.

num. 13. *C. de jur. fiſc. lib.* 10. Vide Gail. *de Pac. Publ. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 34. Arum. *volum.* 4. *diſcur.* 20. Zieriz. *ad Conſt. Crim. art.* 129. *in fine.* De hac integra materia latiùs Ego egi in diſcurſu meo M. S. de Militandi libertate Imperii Procerum.

Caput XVII.

De Fœderum Jure, Principibus & Statibus Imperii competente.

1. OMnis ævi uſus & experientia edocuerunt, verum eſſe illud *Ariſtotelis* effatum, cùm inquit: Uti *quisq; Principatus opibus maximè & poteſtate excellit, bonis tamen Amicis maximè indiget.* Ariſtot. *Ethicor. lib.* 8. *ac Polit. lib.* 2.

2. Quælibet enim Reſpublica, utcunque potens ac benè ordinata, ſuam habet debilitatem; *Non è potenza ninguna che non habbia il ſuo contrapeſo & la ſua debolezza, anch' il Turco, hà il ſuo oſſo da rodere.* Sicuti ſolebat dicere *Carolus V.* apud Boter. *Nei detti memorabili fol.* 68. Mouchembert. *es Eſſe Politiq; lib.* 1. *Aphoriſm.* 2.

3. Unde provenit haud dubiè Jus

Fœderum. De qua materia vid. tract. integr. W*arenmũd. ab* Ehrenberg. Besold. *in Oper. Polit. ac* Fesch. *in disp. Basil.*

4. Quod jus aliàs nemini, nisi *Absolutis Regibus*, *competere, indubitatum est.* Vide Besold. *de fœder. cap.* 3. *n.* 1. Jacob. Van der Graef. *de Regalib. seu ad l. non dubito. D. de captiv. & postlim. cap.* 56. [Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 58. Rümelin. *ad A. B. part.* 2. *dissert.* 4. *thes.* 34. ubi Ego latè *in Additionib.*]

5. In Imperio Romano Germanico, omni jure licitum est Imperii Principibus ac Statibus, ad conservandam pacem publicam, ac pro defensione corporis, & bonorum, cùm quis timet, se spoliatũ iri, & pro sua cujusq; securitate *inter sese* fœdera inire. Aur. Bull. *cap.* 15. Reichs-Abschied *de Anno* 1529. §. und als im Abschied. *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 9. §. so jemands. Jas. *consil.* 86. *n.* 1. *vol.* 3. Schrad. *de Feud. p.* 10. *Sect.* 10. *num.* 27. Warenmund. ab Ehrenberg. *de Fœder. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 13. Mynsing. *lib.* 6. *Obs.* 2. *num.* 10. Arum. *ad Aur. Bull. disc.* 6. *th.* 4. Buxtorf. *ad Aur. Bull. concl.* 98. *lit. h.* Carpzov. *ad Capitul. cap.* 6. *sect.* 1. *per tot.* Additione

ac

ad Rümelin. *part. 2. ad Aur. Bull. disput. 4. concl. 16. lit. B.* [Quod Jus aliquoties in controversiam vocatum, ast tandem per Instrumentum Pacis *art. 8. §. Gaudeant.* corroboratum fuit. Quem *§. explicat* Dn. Fridberg. *ad Burgold. part. 3. dissert. 2 num. 4.* Vide Pacific. à Lapide *ad Monzamban. cap. 2. §. 4. fol. m. 352.*]

6. Ideò nil frequentiùs in Historicis Germaniæ legitur, quàm fœdera Principum & Civitatum. Christ. Lehmann. *in Chron. Spir. passim.* Sambson. Herzog. *in Chron. Alsatiæ passim.* Carpzov. *d. l. sect. 5. & 6.* Dn. Limn. *lib. 4. de Iur. Publ. cap. 8. num. 16.* [Exempla varia recenset ipse Burgold. *dict. dissert. 2 §. 4.* latissimè per exempla Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib. 2 cap. 23. n. 9. & seqq.*]

7. Quòd confœderationis jus in specie quoque *libero Equestri Ordini* Imp. der Freyen Reichs Ritterschafft in Schwaben/ Francken und Rhein competit, per Ordinationem *Liber. Equestr. Ord. An. 1562. ab Imp. Ferd. I* Confirmatã, *in princip.* Besold. *de fœder. cap. 3 num. 8.* Nolden. *de Nobilit. c. 17. num. 153.* Dn. à Treisbach *de præced. Equest. quæst. 2 n. 159.*

 [Dissen-

[Dissentit cum Dn. Conringio Fried berg. *ad Burgold. in. Notit. Imp. G. part. 3 dissert. 2. num. 4.*

8. Hoc Jus pangendi fœdera *Civitatibus quoq; Liberis* competit, eaque ve cum Principibus, vel maximè inter s contrahere possunt. Fesch. *de fœder. conclus. 8. lit. C* Besold. *eod. tr. c. 3. num.* 8. quo jus jam ante *Aur. Bull.* constitutionem habuerunt. Sicuti refert Abbas Trithemius: *Hisce* (inquiens) *temporibus magna & firmissima inter Civitates Imperiales Confœderatio facta est, quæ etiam Principibus potentissimis in exordio suo formidabilis videbatur: Ac sæpè tales Confœderationes, quas Ligas, vulgariter* Bun *appellabant, non solùm inter Civitates, se etiam inter Principes juratas & confirmata legimus & quotidiè fieri videmus.* Abba Thrithem. *in Chron Hirsaug. sub Abba Wignand. 34. fol. m. 301.* [Imò ipse *Carolus IV.* Imperator cum A. & B. Civitat *Eslingensi* Anno *MCCCLXX.* fœdus particulare inivit, sicuti ex fœderis instrumento publico constat, relato à Dr Knipschilt. *dict lib. 2. cap. 23. num. 6.*]

9. Veruntamen in omni Principum

& Sta

& Statuum Imperii confœderatione, *tacitè & ipso jure* excepta censetur, salus & incolumitas Imperii ac Imperatoris, etiamsi nulla hujus fiat mentio. Juxta *c. venientes. d. jurejur. c. 7. & 55. ubi gl. & Dd. Feud. 2.* Modest. Pistor. *consil. 12. num. 6. volum. 2.* Anton. Quett. *cons. num. 15.* Reinking. *lib. 2. cl. 3. c. 3. num. 17.* Martin. Mager. *de Advocat. armat. c. 6. num. 198.* Quod ingessit jam olim Speculum Saxonicum, hisce formalibus: Wo Fürsten und Herrn mit Eyden zusammen schwören/ sie scheiden dann das Reich drauß/ so haben Sie wider das Reich gemißhandelt. Sächß. Land. *lib. 2. artic. 1. ubi Glossa Germ.* Waremund. ab Ehrenberg. *d. tract. lib. 2. num. 231.* Arum. *de Comitiis. c. 1. num. 27.* Carpzov. *dict. tract. c. 1. sect. 6. num. 10.* [Vide Dn. Fridberg. *ad Burgold. dict. part. 3. dissert. 2. num. 4.*] Cùm Imperii Status investituram petentes jurent, daß Sie nie wollen in dem Rath seyn / da ichtwas wider Käiserl. Maj. Person/ Ehr/ Stand und Würde/ oder das Römische Reich gehandelt würde. Ehrenberg. *d. tract. c. final. num. 236.* Ludolph. Schrader. *de feudis part. 6. c. 2. 5. & 6.*

Formulam hanc vide apud Besold. *de Stat. Reipubl. subaltern. cap. 3. n. 2. in oper. Polit.*

10. Tutius tamen est, ut semper Imperator expresse excipiatur, ad evitandas malevolorum odiosas interpretationes, de conspirationib⁹ illicitis, quæ subsequi possunt. Menoch. *cons. 28. num.* 14. Killiger. *de Ganerb. disc. 15. num. 67.* Schrad *de feud. p. 10. sect. 10. num. 27.* Fesch. *de fœder. concl. 17. lit. c.* Limn. *lib. 4. de Iur. Publ. c. 8. num. 26.* Crusius *de indiciis part. 1 c. 85.* Dn Knipschilt. *dict. lib. 2. c. 23. n. 30.* [Hinc fœderis Smalcaldici Ordines Imperii, *à Francisco I.* Galliarum Rege de fœdere cum eo ineundo sollicitati, *Wilhelmum Bellajum*, Legatum dimittebant, quòd Cæsarem sibi in petito fœdere excipiendum fore, constanter asseverabant. Sleidan. *comment. lib. 9.* Thuan. *histor. lib. 2.* De hâc sivè expressâ sive tacitâ Cæsaris exemptione, vide latè Fridberg. *ad Burgold. dict. part. 3. dissert. 2. num. 4.*]

11. Considerate item agunt quidam Imperii Principes & Status, qui causas, scopum & finem in fœderibus, per se licitis

citis, ad Imperatorem referunt, confirmationemque insuper petunt; *Tum*, ut evitetur omnis sinistra suspicio. *l. 1. ubi* Br. ac Dd. *C. de his, qui per metum judic. non appell.* Reus. *lib. 1. Cons. 3. n. 64.* Cluten. *in Paradox. thes. 7.* *Tùm*, ut id, quod per se validum est, plus roboris acquirat. Bl. *in l. adversus. num. 3. C. si adv. rem jud. post Dec. & Dd.* Gail. *lib. 2. Observat. 1. num. 8.* Johann. Baptist. Larrea *allegat. fiscal. part. 2. cap. 73. per tot.* Ita Lubecenses, fœdus cum Belgis initum, *Imp. Rudolpho II.* confirmandum obtulerunt, Arum. *p. 2. disc. 28. th. 12.*

12. Quæritur autem; *An in Fœderibus Statuum Imperii, authoritas, consensus, declaratio ac confirmatio Imperatoris sit necessitatis, ut ex defectu horum fœdera sint illicita?* Quod negandum esse, censeo; modò ad pacem vel utilitatem Imperii publicam, aut defensionem sui suorumvè contracta sint. Jas. *d. cons. 86. num. 1. vol. 3.* Martin. Mager *d. advoc. arm. cap. 6. num. 197.* Idque solidè deducit Killig. *de Ganerb. disc. 15. num. 10.* post plures Coler. *de Jur. Imper. Concl. 72. & seqq.* Limn. *4. de Jur. Publ. cap. 8. num. 17.* Superfluum

fluum enim est, precibus impetrari, quod jam lege permissum est. *l.1. pr. D. ad Municip. l. un. C. de Thesaur. lib. 10. c. contra. dist.* 100. Decian. *cons. 63. num.* 18. *lib. 3.* Socin. *cons. 92. num.* 17. *lib.* 1. Arnis. *de Jur. Majest. lib.* 1. *cap.* 4.

13. Suę tamen dispositioni Imperatoria Majestas reservat, de contractis inter Principes Imperii fœderibus cognoscere, eaquè declarare: Aur. Bull. *cap.* 15. Ibi: *donec de hisce aliud duxerimus ordinandum.* Killiger. *dict. discurs.* 15. *n.* 33. Limn. *dict. loc. num.* 20. Quô intuitu *Belgarum & Magdeburgensium* fœdus ab Imperatore *Matthia* 1614. impugnatum fuit.

14. Ast hodie *laxior potestas* contrahendi fœdera, Principibus & Statibus Imperii per pacem Osnabruggensem competit, quibus jus faciendi fœdera pro sua conservatione perpetuò liberum existit. Adeò ut satis temerariè tradere videatur *Comitiologus ille Hagensis*, aliàs Principum & Statuum Imperii juris & libertatis censor satis invidiosus, dum scribit: **Wann mans recht betrachtet / so seynd** generaliter **im Reich keine**

con-

confœderationes zugelassen weder den Reichs-Ständen unter sich selbsten / noch mit frembden Potentaten: Es seye dann Sach daß der Käiser darein consentire. Auth. Comitiolog. *part. 4. Caus. Diminut. Imperii. 6. num. 7.* [Quasi in Hagensis istius arbitrio & potestate constitutum sit, suâ cerebrinâ & sinistrâ interpretatione, Principum Imperii Jura & Libertatem avitam tantâ sanguinis effusione propugnatam & per Instrumentum Pacis denuò expugnatam convellere & destruere.] Vide Besold. *de fœder. cap. 3. num. 7.*

15. Majus est dubium; *An Principes & Status Imperii cum exteris fœdera inire queant?* Sanè hujusmodi Fœderum cum Exteris exempla plurima in Imperio extant; Adeò ut Principes Germaniæ *quadraginta septem* fœdera cum Galliæ Rege contraxisse referat Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9.* Waremund. ab Ehrenb. *de Fœder 2. cap. 2.* Johan. Sleidan. *lib. 17. Histor.* Certè tot tantosque Germaniæ Principes ignorantiæ Juris Imperii, ac contemptus Cæsareæ Majestatis incusare quis auderet? Proinde si talia fœdera

 funda-

fundentur in pacis & libertatis publicæ conservatione, nec vergant in detrimentum Imperii, utique pro validis censenda sunt cum Carpzov. *ad Capitul. cap. 6. sect. 2. num.* 14. Waremund. ab Ehrenb. *d. tract.* 1. *cap. f. n.* 238. Dn. Limn. *lib. 4. de Jur. Publ. cap. 8. num.* 16. Besold. *de fœder. cap. 3. num.* 8. [latè Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 28. Qui hoc jus pangendi fœdera, etiam cum Exteris, variis exemplis illustrat.

16. Proinde cùm præteritis temporibus, à quibusdam *Aulo-Politicis* hæc confœderandi libertas Principibus ac Statibus Imperii ab antiquo possessa, cum maxima Germaniæ Libertatis diminutione in dubium vocaretur; Ideò *in Instrum. Pac. Anno* 1648. Osnabruggi confecto, omnes istæ malevolorum objectiones, sequentibus verbis amputatæ fuerunt: *Cumprimis verò Jus faciendi* inter se & cum Exteris *fœdera, pro sua cujusque conservatione ac securitate singulis Statibus perpetuò Liberum esto: Ita tamen ne ejusmodi Fœdera sint contra Imperatorem & Imperium, pacemquè ejusdem publicam*

licam. Instrum. Pacis Cæsar. Suec. *art.* 8. §. *Gaudeant.* Quamvis Author Comitiolog. huic paragrapho sinistrà interpretatione insultet. *dict. part.* 4. *caus. Diminut. Imper.* 6. *num.* 7. [Eundem tamen vindicat Fridberg. ad Burgold. *part.* 3. *Notit. Imp. Germ. Dissert.* 2. *num.* 4.

[16. B. Sanè in bellis Civilibus, cum Exteris, præsertim Regibus potentioribus, Imperii Statibus non tutum est Fœdera pangere, eavè non nisi in extrema necessitate, penitus fugienda. **Dann es nicht gut solche Gäste zu laden / deren der Wirth nicht mächtig ist.** Richter. *in Axiomat. Polit.* 248. & 256. Reinking. *in Bibl. Polit. axiom.* 202. Hoc summè quoq; dissuadet Fridberg. *ad Burgold. part.* 1. *Dissert.* 1. *num.* 38. Quod olim tempore Imperii Romani, experti sunt illi, qui cum Romanis Fœdera cõtraxerunt: De quibus Cicero alicubi scribit: *Noster Populus Sociis defendendis, terrarum* jam omnium potitus est. Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 36. Magis item periculosa sunt Regum exterorum fœdera, si vicini sint, & potentiâ prævaleant,

leant, cum quibus vix quidpiam boni expectandum est. Besold. *de fæder. c. 4. num. 13. in fin.*]

17. Quęritur autem, *an hacce confœderationis Libertas, etiam ad Nobiles quoque Imperii immediatos se extendat?* Et hoc meritò affirmatur juxta tradita Killiger. *de Ganerbinat. disc. 15. num. 15. per text.* der confirmirten Orden der freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben. Imper. Ferd. I. Anno 1561. Ibi: Gesellschafft und Verbündnuß zu machen. Nolden. *de Nobilit. cap. 17. n. 153.* latiùs Dn. à Treisbach. *de præcedent. Origin. Equestr. Quæst. 2. num. 159.* Hi enim iisdem ferè privilegiis fruuntur, quibus Imperii Status gaudent; Adeò ut quod in Principe die Lands-Fürstliche: in Nobilibus immediatis die Adeliche Obrigkeit/ valeat. Andr. Gail. *lib. 2. Obs. 62. num. 3.* Joh. Meichsner. *Tom. 2. decis. Camer. 8. num. 2. lib. 1.* Reinking. *lib. 1. Class. 2. cap. 10.* latè Dn. Christoph. Besold. *de Statu Reipubl. subaltern cap. 6. per tot.* Dn. Kreidenmann. *tract.* von deß freyen Teutschen Adels in Schwaben / Francken und Rheinstrohm Stadt und Land. latè *per tot.* [Dissentit

Dn.

Dn. Conring. *ad Lampad. part. 3. cap. 20. num. 12.* Dn. Fridberg. *ad Burgold. dict. part. 3. Dissert. 2. num. 4.* Qui etiam Civitatibus Imperii Jus fœderum denegant; Illis tamen satisfieri potest ex traditis Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imp. lib. 2. c. 23. num. 4. & seqq. & n. 17. & seqq.* Qui contrariis respondet.]

CAPUT XVIII.

De Iure Clientelari Principum & Statuum Imperii; Protectionis Jus vulgò dictum.

1. QUandoquidem Naturâ ita comparatum est, ut dum Imperia mortalia sunt, ac mutationibus obnoxia, alius *Potentior*, quandoque *Inferiorem* urgeat ac premat; igitur suppressus alterius æquè Potentis aut Potentioris opem quærit: Et hic qui posteà potentior, & ista accessione virium auctior fit, conjunctis viribus damna illata propellit, ac Clientem suum defendit. Jacob. Vander Grœf. *de Regal. cap. 59. num. 4.*

2. Pro-

2. Proinde Gentium mores, & Imperantium necessitas, Jus Protectionis introduxit: Quod patrocinii *Jus antiquissimum* est, ejusque; vestigia in Jure Civili passim, præsertim verò *in Cod. Tit. Ut nemo ad suum Patrocinium suscipiat Rusticanos*, reperiuntur. Besold *de Fæder. cap. 5. num 7. & 8.* Ac *in Thesaur. Pract. Verb.* **Schutz und Schirm.** Vide de hac materia *tr. absolut.* Martin Mager. *de advoc. armat.* Dn. Knipschilt. *Civit. Imp. lib. 2. cap. 24. per tot.*

3. In Imperio Romano-Germanico Principibus, ac Ordinibus Imperii, hoc Jus Clientelare, seu Advocatiæ, **die Schirms-Gerechtigkeit** tam activè, quàm passivè competit. *Activè* voco, quà Status Imperii, alterum Statum Imperii imbecilliorem unà cum suo territorio in protectionem recipit, cum pacto defendendi contra injustam invasionem. Constit. *Pac. Publ. de Anno 1548.* **von den Echtern.** *c: qui Advocatiam. de pac. tenend. & ejus viol. arg. l. metum. 9. §. 1. D. quod met. caus.* [Ac Consuetudo Imperii, quâ tenuiores Status vel Civitates, ut à vi potentiorum tuti sint, in fidem & clien-

clientelam recipimus, ab ipsis naturalibus defensionum principiis profluit Fridberg. *ad Burgoldum. part. 2. Dissert. 16. num. 1.*]Hujus protectionis ac Clientelæ Principum ac Statuum Imperii plurima tàm vetera quàm recentiora exempla passim in Imperio Romano occurrunt. Schurff. *in cons. Germ. tom. 4. cons 47.* Rosenthal. *de Feudis part. 1. c. 4. concl. 14. num. 3.* Knichen. *de jure territor. cap. 5. num. 498.* Bruning. *de Homag. concl. 10.* Wahremund. ab Ehrenberg. *de fœder. cap. 4. n.* 15. Gail. *lib.* 2. *Observ. 55.* [Quæ ut brevitatis causa libenter præteream, hoc tantùm addo, quòd Comes Würtembergiæ *Eberhardus*, cognomine, rixosus der Greiner/ Viginti quatuor Civitates Imperiales Circuli Suevici, in protectionem tempore *Carol. IV.* Imperatoris, susceperit; Sicuti Annales Würtembergicæ hoc comprobant. Imò etiam Monasteria quoque & quidem minora, suos habuerunt Protectores, quorum Jus, Advocatia Ecclesiastica vulgò, Kasten-Vogtey indigitatur; Et nihil aliud est, quâm jus defensionis & protectionis. Mager. *de advocat. cap. 1.*

cap. 1. *n.* 67. *& seqq.* Besold. *de fœder. c.* 5. *num.* 8. latè Ego *in Archologia. c.* 14. Ubi varia *de Advocatia & Advocatis Monasteriorum*, **von Kasten Vogteyen**/ *succinctè ex antiquitate Germanica tradidi.* Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *c.* 24. *num.* 12. *& seqq. ac num.* 35.]

4. Clientela autem in Imperio Romano-Germanico vel est *Temporanea*, **Temporal-Schutz**/ ad determinatū tantùm tempus suscepta. Vel *Hæreditaria*, **Erb-Schutz**/ ad hæredes seu successores in Ducatu transiens; Qualem Clientelam *Comes Palatinus Neoburgicus* **die Erb Kasten-Vogtey** in cænobio **Kaischeimb** respectu Comitatus Greisbachensis sibi vindicat. Frider. Mindan. *de mandat. lib.* 5. *c.* 14. *num.* 2. Besold. *de Iure fœder. c.* 5. *num.* 8. Vide *Acta Neob.* **der Keischheimischen** *subjection.*

5. Obligatur autem Patronus protegere & *defendere* suos clientes unà cum terris, pagis ac omnibus bonis, cujuscunquè generis, **mit allen ihren Städten/ Schlössern/ Gütern und Unterthanen.** *arg. l. pro Officio.* 20. *C. de Administr. tutor.* Udalr. Zas. *consil.* 7. *num.* 6. *lib.* 1. Mager. *de*

Advo-

Advocat. c. 11. *num.* 102. Vide Concordata civium Erphordensium, cum Ducibus Saxoniæ apud Limn. *lib.* 4. *de Jur. Publ. c.* 8. *num.* 35. contra omnem injustum invasorem, undecunque etiam offensio aut vis immineat. *l. non dubito.* 7. §. 1. ibi: *Sive fœdere comprehensum est, ut alter alterius majestatem comiter conservaret, hoc enim adjicitur, ut intelligatur, alterum Superiorem esse, non ut intelligatur, alterum non esse liberum. D. de Captiv. & postl. junct. l.* 1. *C. quand. lic. unic. sine jud. se vind.* Modest. Pistor. *cons.* 43. *num.* 20. Martin. Mager. *dict. c.* 11 *num.* 115. Semper tamen exceptô Imperatore. [Sicuti enim in quolibet fœdere; ita quoque in fœdere Clientelari Imperium & Imperator excipitur.] *per cap. venientes. c. petitio. de Jurejur.* Hartman. Pistor. *lib.* 2. *quæst. Feud.* 77. *num.* 31. latè pro more Mager. *d. tr. c.* 13. *num.* 275.

6. Non autem intelligitur Protectio vel jus Clientelare adversus se ipsum, scilicet, si *Lis* inter Patronum & clientes, intuitu juris clientelaris, oriatur; cùm ordinata charitas incipiat à se ipso. *arg. l. præses.* 6. *ibi; cum durum sit & crudelitati*

 proxi-

proximum. ubi Br. Bl. & Salyc. C. de servit. & aqua. latè Johan. Igneus *in l. 1. §. si sibi. D. ad SCt. Syllan.* Pruckmann. *cons. 13. n. 65.* Dn. m. Præc. Bocer. *de Iur. Domin. & Vasall. l. 1. c. 4. num. 52.* [Mager. *de jur. advocat. c. 13. num. 3. & seqq.*]

7. *Quid si in tabulis protectionis extant,* hæc verba; contra quoscunque, **wider männiglich** / *An Patronus teneatur Clientes defendere contra suos propinquos & necessarios*, veluti contra *liberos & fratres?* Affirmativam sententiam Doctores communiter tenent. *arg. cap. 1. de nov. form. fidel. 2. F. 7. c. ult. hic fin. lex.*

8. Siquidem Protectio, faciendi stipulationem in se habet, quæ dividi non debet. *l. stipulationes. 72. l. in executione. 85. §. 2. D. de verbor. obligat.* Bartol. *in auth. Hoc ita. C. de duob. reis.* Simon. Pistor. *cons. 6.* Kohl. *de Serv. Vasall. p. 3. n. 4. & seqq.* Rittershus. *de Feud. lib. 2. cap. 1. quæst. 28.* Mind. *lib. 2. d. mand. cap. 14.* Mager. *de Advoc. armat. cap. 13. num. 139. & 260.* Dissentit latè Dn. m. Bocer. *tr. de Jur. Domin. & Vasalli lib. 1. cap. 4. n. 67. & seqq.* [Rationes addit Dn. Martin. Rümelin.

melin. 2. *ad Aur. Bull. Dissert. 5. thes. 13.* Ubi Additiones meæ.

9. *Quid si duo sint Patroni confœderati ac consanguinei; An* Unus *contra* Alium *Civitatem defendere teneatur?* De quo dubio in facti contingentia consultus fuit *Simon Pistoris*, Saxoniæ Jure-Consultus, qui *Affirmativè* respondit. *Consil. 19. per tot. inter Consilia* Modestini Pistoris filii *vol. 1.*

10. Ex ea ratione, quòd stipulatio faciendi seu protegendi sit individua, quæ in solidum est præstanda. *arg. l. si plures. 38. l. inter tutores. 36. D. de admin. tut. ac l. stipulationis. 42. D. d. Verb. Oblig. l. 3. §. f. D. de duob. reis.* Pistoris responsum adprobant Hoppinck. *de Jure protection. thes. 24. lit. B.* Besold. *de fœder. cap. 5. n. 11.* Quod latè disputat. Mager. *de Advoc. cap. 13. num. 370.* Eosque sequitur Martin. Rümelin *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 5. thes. 12.* Ubi Ego *in Additionibus.*

11. *Limita* tamen hanc quæstionem; Nisi inter Patronos antiquior Confœderatio præcesserit, in protectionem receptioni; Cùm regulariter semper excepta in-

pta intelligatur antiquior Confœderatio. *arg. c. Imperialem §. illud. 2. feud. 55. l. in Operis. 27. D. locat.* Papæ. *decis. 551. n. 10.* Arum. *vol. 1. de Iur. Publ. disc. 3. thes. 7.* Gerhard. *ad Instit. 17. in parerg.* Rosenth. *de feud. c. 8. concl. 16.* Vide P. F. Mind. *lib. 2. de Mandat. cap. 14. num. 8.*

[11. B. Quid verò dicendum in casu converso; *Si Protector duos diversos habet Clientes, qui sibi ipsis invicem bellum movent, cuínam ille auxilium ferre debet?* Sanè Protector omne studium impendere tenetur, ut partes belligerantes in concordiam reducat. Quòd si præter omnem adhibitam diligentiam, nihil proficere possit, ad exemplum Domini feudi, neutrum adjuvandum esse existimo. *per cap. denique. caus. 14. Quæst. 5.* Rosenthal. *de feud. c. 6. conclus. 12. num. 9.* Schrader. *eod. tr. part. 5. num. 95.* Ita in terminis protectionis Höpping. *de Iur. clientel. conclus. 42. lit. C.* Mager. *dict. cap. 13. num. 432.* Dissent. Georg. Everhard. *consil. 56. n. 74. vol. 1.*]

12. Defendit Patronus, non tantùm scriptis, sed & legationibus, intercessionibus, imò etiam armis. *c. imperialem.*

2. *f.*

2. f. 55. c. brevi. d. jurejur. Gail. 2. *Observ.* 54. *num.* 2. Bruning. *d. Homag. concluf.* 13. *in fin.* P. F. *M.* 2. *d. Mandat. c.* 14. *num.* 24. Mager. *d. Advocat. arm. cap.* 10. *n.* 225. Non autem Patron⁹ plus juris contra gravantem habet, quàm ipse Cliens. Exinde fluit, quòd in causis, ubi cliens jure experiri debet, non liceat patrono arma sumere; Nec ubi cliens licitè offendi potest, scilicet Banno Imperiali notatus, Patrono fas sit eum defendere. Menoch. 2. *A. I. Q. cas.* 494. *num.* 13. Bocer. *de jur. Dom.* 1. *cap.* 4. *num.* 48. Maul. *d. homag. tit.* 11. *num.* 12. Besold. *cap.* 5. *num.* 10.

13. Nec succurrit patronus, nisi requisitus; exemplo judicis *l. ad peremptorium.* 68. *D. d. judic.* 2. *f.* 7. *§. licet.* 2. *f.* 26. Bocer. *d. tr. cap.* 4. *num.* 3. Rosenthal. *d. feud. cap.* 8. *concl.* 26. P. F. *M.* 2. *d. Mand. cap.* 14. *num.* 32. [Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 62.] Nisi Protector sciat Clientib⁹ magnum imminere periculum aut eos obsideri. *d. §. licet.* 2. *f.* 26. *arg. l.* 1. *in fin. D. de act. empt. c. eumq́. d. R. I. in* 6. Schrad. *d. feud. p.* 6. *c.* 6. *num.* 38. Rosenth. *d. concluf.* 26. *num.* 7. Maul. *d. homag. tit.* 11. *num.* 15.

 (Vel

leant, cum quibus vix quidpiam boni expectandum est. Besold. *de fœder. c. 4. num. 13. in fin.*]

17. Quæritur autem, *an hæcce confœderationis Libertas, etiam ad Nobiles quoque Imperii immediatos se extendat?* Et hoc meritò affirmatur juxta tradita Killiger. *de Ganerbinat. disc. 15. num. 15. per text.* der confirmirten Orden der freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben. Imper. Ferd. I. Anno 1561. Ibi: Gesellschafft und Verbündnuß zu machen. Nolden. *de Nobilit. cap. 17. n. 153.* latiùs Dn. à Treisbach. *de præcedent. Origin. Equestr. Quæst. 2. num. 159.* Hi enim iisdem ferè privilegiis fruuntur, quibus Imperii Status gaudent; Adeò ut quod in Principe die Landes-Fürstliche: in Nobilibus immediatis die Adeliche Obrigkeit / valeat. Andr. Gail. *lib. 2. Obs. 62. num. 3.* Joh. Meichsner. *Tom. 2. decis. Camer. 8. num. 2. lib. 1.* Reinking. *lib. 1. Class. 2. cap. 10.* latè Dn. Christoph. Besold. *de Statu Reipubl. subaltern cap. 6. per tot.* Dn. Kreidenmann. *tract.* von deß freyen Teutschen Adels in Schwaben / Francken und Rheinstrohm Stadt und Land. latè *per tot.* [Dissentit

Dn.

Dn. Conring. *ad Lampad. part. 3. cap. 20. num. 12.* Dn. Fridberg. *ad Burgold. dict. part. 3. Dissert. 2. num. 4.* Qui etiam Civitatibus Imperii Jus fœderum denegant; Illis tamen satisfieri potest ex traditis Dn. Knipschilt, *de Civitat. Imp. lib. 2. c. 23. num. 4. & seqq. & n. 17. & seqq.* Qui contrariis respondet.]

CAPUT XVIII.

De Iure Clientelari Principum & Statuum Imperii; Protectionis Jus vulgò dictum.

1. QUandoquidem Naturâ ita comparatum est, ut dum Imperia mortalia sunt, ac mutationibus obnoxia, alius *Potentior*, quandoque *Inferiorem* urgeat ac premat; igitur suppressus alterius æquè Potentis aut Potentioris opem quærit: Et hic qui postéà potentior, & ista accessione virium auctior fit, conjunctis viribus damna illata propellit, ac Clientem suum defendit. Jacob. Vander Grœf. *de Regal. cap. 59. num. 4.*

2. Pro-

2. Proinde Gentium mores, & Imperantium necessitas, Jus Protectionis introduxit: Quod patrocinii *Jus antiquissimum* est, ejusque; vestigia in Jure Civili passim, præsertim verò *in Cod. Tit. Vt nemo ad suum Patrocinium suscipiat Rusticanos*, reperiuntur. Besold *de Fœder. cap. 5. num 7. & 8.* Ac *in Thesaur. Pract. Verb.* Schutz und Schirm. Vide de hac materia *tr. absolut.* Martin Mager. *de advoc. armat.* Dn. Knipschilt. *Civit. Imp. lib. 2. cap. 24. per tot.*

3. In Imperio Romano-Germanico Principibus, ac Ordinibus Imperii, hoc Jus Clientelare, seu Advocatiæ, die Schirms-Gerechtigkeit tam activè, quàm passivè competit. *Activè* voco, quà Status Imperii, alterum Statum Imperii imbecilliorem unà cum suo territorio in protectionem recipit, cum pacto defendendi contra injustam invasionem. Constit. *Pac. Publ. de Anno 1548.* von den Echtern. *c. qui Advocatiam. de pac. tenend. & ejus viol. arg. l. metum. 9. §. 1. D. quod met. caus.* [Ac Consuetudo Imperii, quâ tenuiores Status vel Civitates, ut à vi potentiorum tuti sint, in fidem & clien-

clientelam recipimus, ab ipsis naturalibus defensionum principiis profluit Fridberg. *ad Burgoldum. part. 2. Dissert. 16. num. 1.*]Hujus protectionis ac Clientelæ Principum ac Statuum Imperii plurima tàm vetera quàm recentiora exempla passim in Imperio Romano occurrunt. Schurff. *in cons. Germ. tom. 4. cons 47.* Rosenthal. *de Feudis part. 1. c. 4. concl. 14. num. 3.* Knichen. *de jure territor. cap. 5. num. 498.* Bruning. *de Homag. concl. 10.* Wahremund. ab Ehrenberg. *de fœder. cap. 4. n. 15.* Gail. *lib. 2. Observ. 55.* [Quæ ut brevitatis causa libenter prætеream, hoc tantùm addo, quòd Comes Würtembergiæ *Eberhardus*, cognomine, rixosus der Greiner/ Viginti quatuor Civitates Imperiales Circuli Suevici, in protectionem tempore *Carol. IV.* Imperatoris susceperit; Sicuti Annales Würtembergicæ hoc comprobant. Imò etiam Monasteria quoque & quidem minora, suos habuerunt Protectores, quorum Jus, Advocatia Ecclesiastica vulgò, Kasten-Vogtey indigitatur; Et nihil aliud est, quâm jus defensionis & protectionis. Mager. *de advocat. cap. 1.*

cap. 1. *n.* 67. *& seqq.* Besold. *de fæder. c.* 5. *num.* 8. latè Ego *in Archologia. c.* 14. Ubi varia *de Advocatia & Advocatis Monasteriorum*, von Kasten Vogteyen/ *succinctè ex antiquitate Germanica tradidi.* Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *c.* 24. *num.* 12. *& seqq. ac num.* 35.]

4. Clientela autem in Imperio Romano-Germanico vel est *Temporanea*, Temporal-Schutz/ ad determinatū tantùm tempus suscepta. Vel *Hæreditaria*, Erb-Schutz/ ad hæredes seu successores in Ducatu transiens; Qualem Clientelam *Comes Palatinus Neoburgicus* die Erb Kasten-Vogtey in cænobio Kaischeimb respectu Comitatus Greisbachensis sibi vindicat. Frider. Mindan. *de mandat. lib.* 5. *c.* 14. *num.* 2. Besold. *de Iure fæder. c.* 5. *num.* 8. Vide *Acta Neob.* der Keischheimischen *subjection.*

5. Obligatur autem Patronus protegere & *defendere* suos clientes unà cum terris, pagis ac omnibus bonis, cujuscunquè generis, mit allen ihren Städten/ Schlössern/ Gütern und Unterthanen. *arg. l. pro Officio.* 20. *C. de Administr. tutor.* Udalr. Zas. *consil.* 7. *num.* 6. *lib.* 1. Mager. *de*

Advo-

Advocat. c. 11. *num.* 102. Vide Concordata civium Erphordensium, cum Ducibus Saxoniæ apud Limn. *lib.* 4. *de Jur. Publ. c.* 8. *num.* 85. contra omnem injustum invasorem, undecunque etiam offensio aut vis immineat. *l. non dubito.* 7. §. *1.* ibi: *Sive fœdere comprehensum est, ut alter alterius majestatem comiter conservaret, hoc enim adjicitur, ut intelligatur, alterum Superiorem esse, non ut intelligatur, alterum non esse liberum. D. de Captiv. & postl. junct. l.* 1 *C. quand. lic. unic. sine jud. se vind.* Modest. Pistor. *cons.* 43. *num.* 20. Martin. Mager. *dict. c.* 11 *num.* 115. Semper tamen exceptô Imperatore. [Sicuti enim in quolibet fœdere; ita quoque in fœdere Clientelari Imperium & Imperator excipitur.] *per cap. venientes. c. petitio. de Jurejur.* Hartman. Pistor. *lib.* 2. *quæst. Feud.* 77. *num.* 31. latè pro more Mager. *d. tr. c.* 13. *num.* 275.

6. Non autem intelligitur Protectio vel jus Clientelare adversus se ipsum, scilicet, si *Lis* inter Patronum & clientes, intuitu juris clientelaris, oriatur; cùm ordinata charitas incipiat à se ipso. *arg. l. præses.* 6. *Ibi: cum durum sit & crudelitati*

 proxi-

proximum. ubi Br. Bl. & Salyc. C. de servit. & aqua. latè Johan. Igneus *in l. 1. §. si sibi. D. ad SCt. Syllan.* Pruckmann. *conf.* 13. *n. 65.* Dn. m. Præc. Bocer. *de Iur. Domin. & Vasall. l. 1. c. 4. num. 52.* [Mager. *de jur. advocat. c. 13. num. 3. & seqq.*]

7. *Quid si in tabulis protectionis extant*, hæc verba; contra quoscunque, **wider männiglich**/ *An Patronus teneatur Clientes defendere contra suos propinquos & necessarios*, veluti contra *liberos & fratres?* Affirmativam sententiam Doctores communiter tenent. *arg. cap. 1. de nov. form. fidel. 2. F. 7. c. ult. hic fin. lex.*

8. Siquidem Protectio, faciendi stipulationem in se habet, quæ dividi non debet. *l. stipulationes. 72. l. in executione. 85. §. 2. D. de verbor. Obligat.* Bartol. *in auth. Hoc ita. C. de duob. reis.* Simon. Pistor. *cons. 6.* Kohl. *de Serv. Vasall. p. 3. n. 4. & seqq.* Rittershus. *de Feud. lib. 2. cap. 1. quæst. 28.* Mind. *lib. 2. d. mand. cap. 14.* Mager. *de Advoc. armat. cap. 13. num. 139. & 260.* Dissentit latè Dn. m. Bocer. *tr. de Jur. Domin. & Vasalli lib. 1. cap. 4. n. 67. & seqq.* [Rationes addit Dn. Martin. Rümelin.

melin. 2. *ad Aur. Bull. Dissert.* 5. *thes.* 13. Ubi Additiones meæ.

9. *Quid si duo sint Patroni confœderati ac consanguinei; An* Unus *contra* Alium *Civitatem defendere teneatur?* De quo dubio in facti contingentia consultus fuit *Simon Pistoris*, Saxoniæ Jure-Consultus, qui *Affirmativè* respondit. *Consil.* 19. *per tot. inter Consilia* Modestini Pistoris filii *vol.* 1.

10. Ex ea ratione, quòd stipulatio faciendi seu protegendi sit individua, quæ in solidum est præstanda. *arg. l. si plures*. 38. *l. inter tutores*. 36. *D. de admin. tut. ac l. stipulationis*. 42. *D. d. Verb. Oblig. l.* 3. *§. f. D. de duob. reis*. Pistoris responsum adprobant Hoppinck. *de Jure protection. thes.* 24. *lit. B.* Besold. *de fœder. cap.* 5. *n.* 11. Quod latè disputat. Mager. *de Advoc. cap.* 13. *num.* 370. Eosque sequitur Martin. Rümelin *ad Aur. Bull. part.* 2. *dissert.* 5. *thes.* 12. Ubi Ego *in Additionibus*.

11. *Limita* tamen hanc quæstionem; Nisi inter Patronos antiquior Confœderatio præcesserit, in protectionem receptioni; Cùm regulariter semper excepta in-

pta intelligatur antiquior Confœderatio. *arg. c. Imperialem §. illud. 2. feud. 55. l. in Operis. 27. D. locat.* Papæ. *decis. 551. n. 10.* Arum. *vol. 1. de Iur. Publ. disc. 3. thes. 7.* Gerhard. *ad Instit. 17. in parerg.* Rosenth. *de feud. c. 8. concl. 16.* Vide P. F. Mind. *lib. 2. de Mandat. cap. 14. num. 8.*

[11. B. Quid verò dicendum in casu converso; *Si Protector duos diversos habet Clientes, qui sibi ipsis invicem bellum movent, cuínam ille auxilium ferre debet?* Sanè Protector omne studium impendere tenetur, ut partes belligerantes in concordiam reducat. Quòd si præter omnem adhibitam diligentiam, nihil proficere possit, ad exemplum Domini feudi, neutrum adjuvandum esse existimo. *per cap. denique. caus. 14. Quæst. 5.* Rosenthal. *de feud. c. 6. conclus. 12. num. 9.* Schrader. *eod. tr. part. 5. num. 95.* Ita in terminis protectionis Höpping. *de Iur. clientel. conclus. 42. lit. C.* Mager. *dict. cap. 13. num. 432.* Dissent. Georg. Everhard. *consil. 56. n. 74. vol. 1.*]

12 Defendit Patronus, non tantùm scriptis, sed & legationibus, intercessionibus, imò etiam armis. *c. imperialem.*

2. *f.*

2.f.55.c.brevi.d.jurejur.Gail.2.Observ.54. num.2. Bruning. d. Homag.concluf.13.in fin. P.F.M. 2.d.Mandat. c.14.num.24.Mager. d. Advocat.arm.cap.10.n.225. Non autem Patron⁹ plus juris contra gravantem habet, quàm ipse Cliens. Exinde fluit, quòd in causis, ubi cliens jure experiri debet, non liceat patrono arma sumere; Nec ubi cliens licitè offendi potest, scilicet Banno Imperiali notatus, Patrono fas sit eum defendere. Menoch. 2. A.I.Q.cas.494.num.13. Bocer. de jur. Dom. 1.cap. 4. num. 48. Maul. d. homag. tit.11.num.12. Besold. cap.5.num.10.

13. Nec succurrit patronus, nisi requisitus; exemplo judicis l. ad peremptorium. 68.D.d.judic. 2.f.7.§.licet.2.f.26. Bocer.d.tr.cap.4.num.3. Rosenthal. d. feud.cap.8.concl. 26. P.F.M. 2. d. Mand. cap.14.num.32. [Dn. Knipschilt. de Civitat. Imper. lib.2.cap.24.num.62.] Nisi Protector sciat Clientib⁹ magnum imminere periculum aut eos obsideri. d.§.licet.2.f.26.arg.l.1. in fin D.de act. empt.c.eumq.d.R.I.in 6. Schrad.d.feud. p.6.c.6.num.38. Rosenth. d.conclus.26. num. 7. Maul.d. homag. tit.11.num.15.

[Vel nisi aliud in pactis Clientelaribus conventum fuerit. Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *c.* 24. *num.* 62. Alias *Limitationes* refert Dn. Pr. Besold. *de fœder. c.* 5. *num.* 10.]

14 Fit autem Protectio non sumptib⁹ patroni, sed Clientis. *arg. l. sed & si.* 11. §. 1. *ibi: periculo & impensis actoris. D. ad exhibend.* Gail. 2. *Observ.* 54. *num.* 2. Rosenth. *d. feud. c.* 8. *concl.* 24. *num.* 2. Köpp. *Observ. feud.* 6. *num.* 47. P. F. *M.* 2. *d. Mandat. c.* 14. *num.* 25. Nisi pacto ac conventione Clientelari aliter sit conventum. *l.* 1. §. *si convenit. D. depos. l.* 1. *D. d. pact. l.* 34. *D. R. I.* [Quod latiùs deducit Dn. Besold. *dict. tr. c.* 5. *num.* 20. *in princip.*]

15. Ac quamvis Clientes certum salarium Protectori annuatim solvant, ein gewiß Schirm Geld / prout hodie Clientes solent, Schurf. *c.* 3. *cons.* 23. Rosenth. *d. tr. c.* 4. *concl.* 14. *num.* 3. [Sicut jam olim tempore Romanorum, Clientes Patronis pecuniam in præmium & recognitionem protectionis solvebant; teste Halicarnass. *lib.* 2. Plutarch. *in Romul.* Arnisæ. *lib.* 1. *de Iur. Majest. c.* 3. *num.* 2.] Exinde tamen non præsumitur

con-

conventio, sumptus defensionis de suo fieri debere, *arg. l. idemq́; 10 §. idem. 9. D. mand.* P. Frid. Mind. 2. *d. mandat. c.* 14. *n.* 8. Quæritur autem, *An Protector ad defensionem Clientum absq; Imperatoris concessione arma sumere possit?* *Affirmatur per Ord. Camer.* 2. *tit.* 9 §. 2. *l.* 1. & 2. *C. quand. liceat unicuiq;*. Rosenth. *d. feud. c.* 5. *conclus.* 20. *num.* 12. ut & Mager. *d. advoc. armat. c.* 11. *num.* 254.

16. Illud notandum, nullum Principem Imperii posse alterius Statûs *subditos* in Protectionem recipere, *sine Domini consensu*, vetantibus id Imperii Constitutionibus. Aur. Bulla. *tit.* 15. Reichs-Abschied zu Speyer *de Anno* 1529. *tit.* Ordnung deß Landfriedens. §. wie auch Chur-Fürsten/ ibi: daß keiner deß andern Unterthanen in andern Schutz und Schirm/ &c. Reichs-Abschied *de Anno* 1544. §. und damit. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1544. §. doch soll kein Stand. Et hoc acriter disputatum fuit in causa Electoris *Moguntini* contra Civitatem *Erphordensem*. Apud Johan. Meichsner. *tom.* 2. *decis. Camer.* 3. *num.* 6. Adrian. Gylman. *Symphor. tom.* 1. *Tit.* 2. *num.* 121. *fol. m.* 105.

[Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 24. num. 36. & seqq.*]

17. **Dann hierdurch dem Lands-Herren Eingriff geschicht.** Subditos enim tueri ac defendere, ad ordinarium Magistratum pertinet. *l. illicitas. 6. §. ne potentiores. 2. D. de Offic. præsid.* Nicol. Boer. *decis.* 304. *num.* 6. Surd. *cons.* 289. *num.* 3. Zasius *cons.* 7. *num.* 5. *lib.* 2. Maulius *de Homag. tit.* 11. *num.* 7. Stephani *lib.* 2. *de Jurisdict. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 108. Reinking. *lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 4. *num.* 59. Proinde quàm benè tradit *Franciscus Salgado de Somoza: Ita proprium Regis est Officium, defendere subjectos & Vasallos, ut sit attributum naturale inhærens visceribus regiminis, & qualitas infixa ossibus & indivisibilis, & substantia diadematis inseparabilis, ita ut Protectio & Regimen unum & idem judicentur indissolubile, quod à regimine separari nequit, nisi Regnum tollatur. Cùm protectio & defensio subditorum simul cum Regno ortæ sint.* Francisc. Salgado *de regia protection. part.* 1. *c.* 2. *n.* 28. *& seqq.* Idem Joseph. Sesse. *tr. de Inhibitionib. cap.* 8. *§.* 3. *sub num.* 70. [Quamvis dissentiat Höpping. *d. jur. protect. conclus.* 28. *lit. B.*

Cujus

Cujus tamen argumentis respondet Dn. Knipschilt *dict. c. 24. num. 38. & seqq.*]

18. Quod si Dominus seu Magistratus Ordinarius subditos suos protegere negligat, ab illis in Camera Imperiali denegatæ justitiæ accusari potest. Teste Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mandat. c. 14. n. 15.* [Quô casu, non minus adhuc dum subditis superest jus implorandi alterius Potentioris protectionem & defensionem. Wesenbec. *consil. 48. n. 24.* Mager. *dict. cap. 6. num. 344.* Dn. Knipschilt. *dict. cap. 24. num. 42. in Limit. 3.* Ego ad Rümelin. *p. 2. Aur. Bull. Dissert. 4. thes. 5.*]

19. Sequitur *Passivum Ius Clientelare*, quod dicitur, cùm Imperii Status, *veluti Civitas vel Abbas Imperii*, se cum subditis & bonis, in protectionem alterius Principis confert. Ita *plurimæ Civitates Imperiales*, quædam etiam Monasteria immediata, suos habent Patronos. Matth. Wesenbec. *cons. 33. num. 27. & seqq. Cons. Marp. 19. num. 145. vol. 3.* Dn. Limn. *l. 4. Iur. Publ. cap. 8. num. 72.* Ruland. *part. 4. de Commiss. lib. 2. cap. 3. num. 12.* [Erasm. Chockier. *tr. Singul.*

de Advocat. Daniel. Heider. *in tract.* von Reichs-Vogten. *lit. K. fol.* 43.]

20. Et hæc Protectoris assumendi Libertas, *Nobilibus quoque immediatis*, in den drey Craisen/ Schwaben/ Francken und Rhein/ competit, qui sese cum subditis suis & pagis, alterius potentioris protectioni committere possunt. Mager. *dict. tract. d. advoc. armat. cap.* 6. *num.* 98. Dn. à Treisbach. *de praeced. Equestr. Ordin. Quæst.* 2. *num.* 160. Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 6.

21. Quæritur autem; *An Statui Imperii permissum sit, etiam non requisitô Imperatoris consensu, Protectorem alibi quærere & assumere?* Et hoc est, quod asseritur. Quoniam sese defendere, ac sibi & bonis suis consulere, quærendo Defensorem, jure naturali licitum est. *per l. ut vim.* 3. *D. de justit. & jur. tot. tit. Quando liceat unicuique sine judic. Vbi* Perez & *Tulden.* Quod confirmatur per R. A. zu Augspurg. *de Anno* 1555. §. Es soll auch kein Stand. Ita tradunt Wesenbec *consil.* 43. Speckhan. *cap.* 3. *q.* 35. *in princ. n.* 2. Post Menoch. Paurmeist. & alios Otto *de Iur. Publ. cap.* 11. *f.* 410. Mager. *de Ad-*

voc.

voc. arm. cap. 6. num. 66. & seqq. n. 186.
Gylman. *Tom.* 1. *Symphor. part.* 1. *tit.* 2.
n. 144. *& passim.* Assentit Francisc. de
Amaya. *in Cod. ad l. cunctis.* 2. *num.* 8. *&*
9. *C. de excusat. mun.* [Dissentit Hopping.
de jur. protect. thes. 32. *lit.* C.]

22. *Ast, An Status Imperii Protectio-
nem Peregrini Principis assumere possit?*
Majorem videtur habere difficultatem.
Dubiam reddit mentem, *Caroli V.* inter-
dictum prohibitorium Bruxellis *Anno
M.D.XLVIII.* publicatum. Apud Ru-
ding. *Cent.* 1. *Observ.* 45. Sanè ego Pere-
grini Regis patrocinium non facilè
vel nunquam implorandum esse sum-
mè consulerem, cum eô ipsô Imperato-
riæ Majestati non parùm præjudicetur,
qui generalis omnium protector exi-
stit. *per l. illicitas.* §. *potentiores. D. de offic.
Præsid.* Besold. *de fæder. cap.* 5. *n.* 8. VVa-
remund. ab Ehrenb. *lib.* 1. *de Fæder.
cap.* 2. *num.* 579. Præsertim cùm Pere-
grinorum Principum protectiones val-
dè periculosæ, ac aliquando propriæ li-
bertati exitiosæ existant. [Dann auß sol-
chen Schirmherrn/werden endlich Sturm-
herrn. Dn. Knipschilt. *dict. l.* 2. *c.* 24. *n.* 44.

Ita

Ita *Hyrcani* protectio *à Pompejo* obtenta, Populum Judaicum primum *tributarium* fecit; Qui restituto Hyrcano in Regnum & Pontificatum, Judæis stipendio, seu annuô censu impositô; Procuratorem eis, Antipatrum quendam Ascalonitem præposuit. Sulpit. Sever. *Sacr. Histor. lib. 2. cap. 7. Ubi Drus. in notis.*] Et hoc adeò verum est, ut exterorum protectiones magis *Occidentem quàm Orientem*, imò casum ipsum respiciant. Ideò Comitiologus scribit: Daß der Baum frembder Protection, und Assistenz, mehr Occidentalische als Orientalische Früchte bringe. Auth. Comitiolog. *part 4. Caus. Dimin. Imper. 6. n.* 39. [Imprimis autem omnibus, celeberrimarum Imperii Civitatum, nota sunt fata, *Cameraci, Tulli & Verduni*, quę cùm in Clientelam Regis Galliæ se olim dedissent, posteà sub plausibili Advocatię titulo, ab Imperio avulsę sunt. Wehner. *in metamorph. Rerumpub. cap.* 18. Dn. Fridberg. *ad Burgold. part. 2. Dissert.* 16. *sub num.* 1. Vide alia exempla apud Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap.* 24. *num.* 45.]

23 Ve-

23. Verùm cùm honesta sit omnis ratio expediendæ salutis, Cicer. *pro Mil. l. ut vim. 3. D. de Iustit. & Iur.* Marius Giurba *consil. decis. crim. 17. num. 32.* Et casus necessitatis de non licito, faciat licitum, cùm ab omni dispositione exceptus sit. *per text. in l. 1. ibi: nisi necessitas suaserit. C. de oper. Libert.* Francisc. Salgado *de Regia protect. part. 1. cap. 2. § 1. n. 108. & seqq.* Freudenberg. *de rescript. morat. conclus. 6. num. 51.* Acac. de Ripoll. *Var. Resol. 11. num. 102.* Ideò Imperator si absens sit, aut aliis bellis irretitus, vel gravioribus detentus negotiis, aut loci incommoditate impediatur, ut St. Imp. auxilium ferre non possit, Majestatem Imp. non lædere censetur is, qui in Potentioris protectionem sese committit; Quia jam dudum obtinuit; Schirms-Gerechtigkeit/ gibt keine Obrigkeit. Protectio nullam omninò tribuit jurisdictionem. *cap. ex parte. c. recepimus. de Privileg. ibi: Clientes liberi sunt. l. non dubito. 7. § 1. D. de Captivis.* benè Jas. *cons. 57. vol. 3. per tot.* Menoch. *lib. 2. Arbitr. jud. Quæst. cas. 584. num. 4.* Meichs. *tom. rer. Jud. lib. 2. decis. 4. num. 146.* Gail. *lib. 2.*

Observ.

Observ. 54. num. 2. Brautlach. *in Sylab. Consult. Q. V. per tot.* Nec quempiam jurisdictione eximit. Ruland. *part. 4. de Commiss. lib. 2. cap. 3. n. 12.* P. F. *M. 2. de Mandat. cap. 14. num. 8.* Wesenbec. *cons. 48. num. 23.* Reinking. *lib. 1. cl. 5. cap. 4. num. 76.* [Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. c. 24. num. 64. & seqq.*] Quamvis hoc axioma rejiciat, imò irrideat Comitiolog. *in part. 4. caus. Diminut. 6. num. 16. & seqq.* Non observans diversitatem facti & juris.

24. Proinde etiamsi Imperii Status Protectorem aliquem, etiam Extraneum, sibi elegerit, Imperialis tamen Majestas nihilominus obstricta manet, eundem jure Magistratus contra omnem vim defendere. Maul *de homag. tit. 11. n. 12.* P. F. *M. l. 2. de Mandat. cap. 14. num. 13.* Et hanc quæstionem latè pro & contra discutit Martin. Mager. *dict. tract. cap. 6. num. 66. & seqq.* Ac quamvis dissentiat Wilhelm. Becker *in Synops. Iur. Publ. lib. 1. cap. 8.* Attamen ejusmodi prætensa dubia declaravit *Instrumentum Pacis art. 8. §. Gaudeant.* Ut id, quod apud quosdam forsitan ex certo respectu in dubium vo-

um vo-

um vocatum fuerat; Nunc publicâ Imperii lege indubitatum effectum sit. [Vide Dn. Fridberg. *ad Burgold. part.* 2. *Dissert.* 16. *num.* 1. Ubi notabiliter tradit: *Fatendum est, in nobili protectionis jure insigne Principum latere interesse & commodum; Nam in protectionis pactione, versatur præjudicium veri Domini, cujus obedientia & authoritas paulatim imminuitur, Protectoris verò augetur.*]

25. Sanè Clientes patrocinium semel susceptum, illo pertæsi sine justa causa, invito protectore, excutere nequeunt. *arg. l. f. D. d. pact.* Petr. Frid. Mind. 2. *d. mand. cap.* 14. *n.* 28. Nisi ubi in initiò renunciatio reservata fuerit. *arg. l.* 7. *§. quin imò. D. d. t.* id quod acriter disputatum fuit in causa Palatini Neob. contra Monasterium Keisiheimb. *Anno* 1609. *Vide in ead. caus. deduction*-Schrifft. Ita etiam Wetzlar civitas, cùm se Hassiæ patrocinio eximere vellet, armis repressa fuit. Besold. *de fœder. cap.* 5. *num.* 15.

26. Imò causam esse sufficientem ad privandam libertatem, tradit Bodin. 5. *d. Republ. cap.* 6. Quô jure *Verdunos, Metenses, Tullosq;* in provinciæ formam redactos

redactos fuisse, ipse asserit; Ast jam dudum apparuit, etiàm apud Gallos optimum jus esse, *le droit de bien seance*; quod in ration'e Status, *dans la raison d' Estat*, fundatur. Quando tamen, alterâ parte invitâ tollatur protectio, vide Card. Zarabell. *cons.* 123. Bes. *d. cap.* 5. *num.* 15.

27. Cæterùm hoc insuper admonendum est, quoniam *Peregrinorum* Protectio & Clientela valdè periculosa existit; Siquidem in impari fœdere, infusum Libertatis venenum latet, dum alterius Populi Majestatem comiter agnoscere tenemur. Jacob. Vander Græf. *de Regalib. cap.* 50. *num.* 5. Primus quippe post Protectionem gradus est, *Invasio*, Ita ut tandem Inferiores, Potentioris Protectoris Imperio cedant. Gregor. *lib.* 11. *de Republ. cap.* 11. *n.* 6. Bodin. *lib.* 5. *de Republ. cap.* 6. *n.* 587. P. F. Mind. *d. cap.* 14. *n.* 4. [Adeò ut *Campanella* jus protectionis inter modos acquirẽdi civilem potestatem legitimos censeat, & referat; Dum scribit: Qui protegit, aut adjuvat, naturâ Dominus fit illius, quem protegit vel adjuvat, sicut homo factus Dominus

aqui,

equi, dum illum contra cervum adjuvit. Campanella *de Monarch. Hispan. c. 9.*]
De quo nostri ævi calamitas, multa pro testimoniis suggerit exempla; Vide Vietor. *de Exempt. concl.* 20. Ziegl. §. *Landsassi. num.* 103. Wehn. *in Metamorph. Rerumpubl. cap.* 18. Ideò Principis Potentioris protectionem difficillimè eligendam esse consulerem. [Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 24. n. 44. & seqq.*]

28. Quòd si tamen præsens necessitas aliud suadeat, hasce cautelas observa:

I. Ut patrocinium sit *Gratuitum*, [Quò sumptuum & expensarum clientelariū repetitioni obex ponatur.] *arg. l.* 1. *D. mandat.* Reinking. *lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 4. *th.* 90. [Contra quàm censet Mager. *dict. tr. cap.* 9. *num.* 340.]

II. *Literæ Protectoriæ*, Schirm-Brieff curiosè & attentè ad evitandam sinistram interpretationem concipiantur. [Quæ vulgò Tabulæ Clientelares vocantur.] Regn. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 86. Auth. Comitiolog. *part.* 4. *caus. diminut. Imper.* 6. *num.* 10 [Dn. Knipschilt. *dict. c.* 24. *num.* 47. & 48]

III. *Reversalia* petantur à Protectore.

 Bodin.

Bodin. *lib.* 5. *de Republ. cap.* 6. *num.* 584.
[Ita in pactis Clientelaribus *Anno* 1523. *Quedlinburgi* conventis prospectum fuit: daß die Stadt Hildesheimb/in Hertzog Erichs zu Braunschweig Schutz und Schirm seyn solle/ doch also/ daß Er Sie bey allen ihren Privilegien/ Gnade und Freyheiten ungehindert und ohnbetrübt verbleiben lasse. apud Lezner. *in Chron. Dassel. cap.* 37.]

IV. Ut omnia hæc *à Successore* ratihabeantur ac confirmentur. arg traditorum Gail. *lib.* 2 *Observ. c.* 1.

V. Ut Patrocinium, non in perpetuum, sed ad tempus, suscipiatur & *brevi tempore* terminetur. Chockier. *lib.* 2. *thes. Polit. cap* 11. Knipschilt. *d. c.* 24. *num.* 56.

VI. Patronus quandoque *mutetur*; vel Clientes ad tempus absque Protectore permaneant. Besold. *de fæder. cap.* 5. *num.* 16.

VII. Ne permittatur Patrono, *Fortalitia* extruere, vel Clientelares Arces præsidiô militari munire. Bodin. *d. c.* 6. *num.* 585. Knipschilt. *dict. c.* 24. *num.* 58.

VIII. Opportunè tandem admonendi sunt Clientes, ne nimiùm Patrono cui-

cuiquam *confidant. Finga si di fidarsi, mà non si fida del compagno duo.* Cannonhier. *lib. 3. dell. introd. cap. ult.* Unde Hispani in ore habent: *Devemos hablar como los mas, y sentir como los menos.* Juan. de S. Maria *in Republ. Christian. cap. 30. § 1. fol. m. 129.* Nam in causis Status, *E bene sòspettare in tutte le cose, non per tralasciarle tutte, mà per cauttellarsi in tutto.* Acutè Malvezz. *in Romul.* Quò potentes, etiamsi velint, nocere non possint. Vide Reink. *l. 1. cl. 5. c. 4. num. 91.* Caspar. *Bra*gaccia *nel Ambasciat. lib. 3. c. 7.* Has tamen Cautelas falsè irridet. Auth. Comitiolog. *dict. part. 4. caus. 6. & seqq.* Utpote quæ facilimè potentiâ Patroni exteri, *& par le droict des Canons*, sicuti dicere solebat *Henricus IV.* Galliarum Rex, convellantur.

29. Sed quæritur; *An Princeps aut Status mediatus, aut Civitas Municipalis, insciô Dominô, Protectorem eligere possit?* graviter disceptatum fuit in causa *Meinz* contra *Erffurt.* De qua disputatione vide Gylman. *Tom. 2. Symph. part. 1. tit. 2. Vot. 1. num. 141.* Ac communiter obtinuit *Negativa sententia*, per Recess.

Imper. Spir. *de Anno* 1541. §. Und da-mit. *Aur. Bull. tit.* 16. Protectio enim & tuitio subditorum, ac totius territorii custodia ad Ordinarii Magistratus officium pertinet. *per l. illicitas. 6. §. ne potentiores. 2. D. de offic. præsid.* Surd. *Consil.* 289. *num.* 3. Francisc. Salgado. *de regia protect. part. 1. c. 2. num.* 82. *& seqq.* Unde vulgò dicimus: Schutz und Schirm der Unterthanen/ gebühret allein dem Erbherrn/ der Uber die Unterthanen alle Botundssig-keit hat. Zasius. *lib. 2. cons. 7. num. 5.* Quod latè deducit Mager. *de Advocat. armat. cap. 6. n. 244. & seqq.* qui *sub n. 296.* contrariis respondet. *P.* F. *Mind. lib. 2. Mandat. cap.* 14. *num. 4.* Ruland. *part. 4. d. Commissar. lib. 2. cap. 3. num.* 14. Dn. Bocer. *de Jurisdict. cap. 8. num. 97.* Rümelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 5. thes. 9. Vbi mea Addit.* Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap.* 24. *num. 40.*

30. Nisi hoc jus alicui *ex Præscriptione* vel *Privilegio* competat. Recess. Imper. de Anno 1555 §. Es soll auch. Vietor. *de Exempt. concl.* 20 Maul. *de Homag. tit.* 11. *num.* 4. *Aut* urgentissima aliqua subsit causa, in *ratione naturali* fundata; Wesen-

Wesenbec. *d. consil. 48. n. 23.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. concluf. 99. lit. f.* Reinking. *lib. 1. cl. 5. cap. 4. num. 80.* Prout in causa *Meinz contra Erffurt*, variæ causę protectionem excusantes adductæ, ast ex hoc capite omnes rejectæ fuerunt. Vide Gylman. *d. l. n.* 144. Ruland *d. cap. 3. n. 15.* [Alias *Limitationes* subjungit Dn. Knipschilt *dict. cap. 24. num.* 42. *&* 43.]

Caput XIX.

De Iure mittendi Legatos, Principibus & Statibus Imperii competente.

1. QUod Homini est *Loquela*, hoc sunt in Imperio *Legationes*: Quâ ratione non inconcinnè Legati à Guicciardino *Oculi, aures, & manus longæ* Regum & Principum dicuntur. Guicciard. *Histor. Ital. lib.* 15. Dn. Juncker. *sub Dn. Hahn. de Legation. thes. 7. & seqq.*

2. Ac quod maximum est, non pacis modò bellique Denunciatores, verùm etiam partium miserrimè dissentientium felicissimi Conciliatores existunt.

istunt. Jacob. van der Græf. *de Regalib. cap. 27. num. 3.*

3. Quorum necessitate nulla unquam Respublica carere potuit, ac hoc jus mittendi Legatos nemini aliàs, nisi Absoluto Regi ac Principi competit. Vide *tract.* Besold. *de Legatis cap.* 1. Marsalaer. Alber. Gentil. Bragaccia & alios *de Legatis.* Dn Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 25 *num.* 7.

4. In Imperio Romano Germanico, *Principes & Status Imperii* hoc singulare jus habent ab antiquo, ut liberè per *Legatos* tàm in Imperio, quàm extra Imperium agere, eosque mittere & recipere possint. Herm. *Kirchn. de Legat. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 13. *& seqq.* Reinking. *lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 6. *num.* 50. Bull. *in q. quib. comp. Jus. nob.* Otto. *de jur. Publ. cap.* 14 *fol.* 364. Et hoc jus Principibus Imperii competit, sive sint Principes Politici sive Ecclesiastici. Kirchner. *dict. cap.* 3. *num.* 31. Sive sint Duces, Marchiones, sive Comites Imperii. Maul. *de jur. Conduc. tit.* 2. *num.* 23. Sive Civitates Imperii liberæ. Dn. Knipschilt. *de jur. Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 1. Dn. Juncker. *dict. Dissert. thes.* 59.

5. In

5. In Imperio Romano-Germanico, Principes & Imperii Status mittunt Selectos Viros ad Comitia indicta; ad Deputatos Imperii Conventus: ad Aulam Imperatoris: vel ad se invicem, qui olim Nuncii, veluti in Aurea Bulla *passim* vocati, hodiè **der Ständ Gesandten und Bottschafften/** nominantur. Recess. Imper. *de Anno* 1555. §. **Darauff dann.** §. **So haben sich.** & *passim.* Reinking. *d. l. num.* 50. *& seqq.* Knipschilt. *d. cap.* 25. *n.* 8. Dn. Juncker. apud Dn. Hahn. *dict. dissert. thes.* 40. *& seqq.*

6. Hoc jus etiam *Nobilibus* Imperii immediatis, trium Circulorum *Sueviæ, Franconiæ, & Rheni,* non ut Singulis, sed ut Universis, competere, experientia quotidiana contestatur. teste Herman. Kirchner. *de Legat. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 56. Jos. Nolden. *de Nobilit. cap.* 17. *num.* 145. *& seqq.* Dn. à Treisbach. *de jure præced. ordin. Equestr. Quæst.* 2. *n.* 164. [Juncker. *dict. Disput. thes.* 70.]

7. Quæritur autem; *An proscripti Imperii Status, qui pro Rebellibus habentur à quibusdam, Legatos mittere possint?* Sunt qui hoc *Negant, arg. l. Sunt quidam.* 17. §.

 1. D.

1. *D. de Pœnis. l.* 5. §. 1. *D. de Capit. diminut. l.* 19. §. 4. *D. de Captiv. & postlim. reversf. Ord. Camer. p.* 2. *tit.* 9. Sichard. *ad l.* 1. *num.* 3. *C. de hæred. instit.* Gail. *de P.P. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 21. Mynsing. *dec.* 2. *resp.* 20. *& lib.* 3. *Observ.* 52. Rasch. *de Legat. concl.* 11. *&* 23. Ideò eorum ablegati plerumque carceri mancipantur. Vide Alber. Gentil. *lib.* 2. *de Legat. cap.* 7. Kirchner. *de legat. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 38. [Ita sub prætextu rebellionis *Florentinus Montmerancius Baro de Montigni*, à Belgicis Provinciis in Hispaniam *Anno MCLXVI.* ablegatus inibi captus, & ultimo supplicio affectus fuit. teste Johan. Dickson. *in Specul tragic. fol.* 104.]

8. At *ne media reconciliationis & excusationis*, Principibus & Statibus, ab Imperatore dissentientibus adimantur; Ideò eorum Deputati repellendi non sunt, præsertim si de *Innocentia* sua docere velint: *arg. l. absentem.* 5. *& d. l.* 17. §. 1. *ibi*: *quæ verò jurisgentium sunt, habent. D. de pœn. c. Pastoralis. de sent. & re jud.* Sichard. *ad d. l.* 1. *num.* 12. *C. de hæred. instit.* Gail. 2. *de P.P. cap.* 7. Gylman. *tom.* 3. *Symph. verb. Salvus conductus.* Ma-

ger. *de*

ger. *de Advoc. armat. cap. 8. num.* 98. Vide omninò Dn. Beſold. *de legat. c.* 3. *num.* 3.

9. Sanè quoniam Legati *pro Pace* veniunt, *pro Pace* loquuntur: Propter publicam ablegantis utilitatem mittuntur, ac *perſonam publicam* ſuſtinent; Ideò variis privilegiis, *ex jure Gentium* promanantibus gaudent & fruuntur: de quibus vide Alber. Gentil. *de Legat.* 2. *c.* 22 Hottoman. *de legat. c.* 5. Le Vayer. *eod. tr. c.* 5. Bragaccia. *nel Ambaſſ. lib.* 3. Beſold. *de legat. c.* 6. *per tot.*

10. Quorum præcipua ſunt; I. ut *in jus vocari* nequeant, in cauſis & negotiis ante legationem geſtis, ſed jus revocandi domum habeant. *arg. l.* 2. *D. de in jus voc. l.* 2 §. 3. & 4. *l.* 8. *l.* 39 § *f.* ubi *Br.* & *Bl.* *de judic.* Vide Umm. *in Proceſſ. diſp.* 10. *num.* 7. Schrad. *de feud. p.* 10. *ſect.* 1. *n.* 16. & *ſeqq.* 5. *num.* 193. Petr. Peck. *de Iur. Siſtendi. c.* 5. *num.* 9. Dn. Knipſchilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 19.

11. II. Propriam habeant *Juriſdictionem*, in ſuos Domeſticos, famulos & Officiales, *l.* 1. *C. de Off. proconſ.* Paſchal. *de legat. cap.* 77. Hottomann. *eod. tr. cap.* 4. *num.* 13. Knipſchilt. *dict. cap.* 25. *num.* 18.

In quo casu benè distinguit Besold. *de legat. cap. 5. num. 26.*

12. III. Legatorum personæ omni Gentium jure semper *inviolabiles ac sanctæ* reputētur, ac plenâ securitate, etiam apud hostes, gaudeant. *l. f.* ibi: *Sancti habentur legati. D. de legation.* Quod Tacitus *Hostium jus, & sacra legationis, & fas Gentium* vocat, *lib. 1. Annal.* Hugo Grot. *de Jur. belli lib. 2. cap.* 18. *num. 6.* Becht *de Salvo conductu. thes.* 173. *& seqq.* Dn. Knipschilt. *dict.* 25. *num.* 14.

[12. B. Omnis namque antiquitas tam *Græca* quam *Romana* sanctè de Legationum immunitate loquuntur. Magnifica vox est Ciceronis de Aruspicum responsis: *Sic sentio, jus Legatorum cum hominum præsidio munitum, tum etiam, divino jure esse vallatum.* Augustum habemus testimonium Julii Cæsaris: *Nomen Legati, apud omnes Nationes, sanctum inviolatumq́ semper fuit.* Cæsar. *de bell. Gall. lib. 3.*

Quod agnoscit quoque Statius Papinius:

— — *Legati*
Sanctum sunt populis per sæcula nomen.

Vide Juncker apud Hahn. *de legat. thes.* 109

109. & 126. Vander Græf. *de jur. Majest. cap.* 27. *num.* 3. Petr. Ærod. *in tr. incomparabili, Rer. Iudicat. lib.* 10. *tit.* 15. *cap.* 10.

[12. C. Quæritur autem; *Quid si Legatus in officio deliquerit, An & à quo sit puniendus?* Sanè placet *Distinctio* Dn. Besoldi, *in tr. de Legatis*, dum adhuc noster esset, conscriptus; *An deliquerit contra officium Hominis, An contra officium Legati; Priori* casu Legatum remittendum esse ad Dominum, ut eum debitâ pœnâ afficiat, censeo; *Posteriori* verò casu, nihil vetat, quin contra eum, tanquam publicum hostem, jure belli animadvertere liceat. Audiamus Quintilianum Oratorem: *An existimas, hanc Legatis dari peccandi licentiam, ut quæcunque scelera in Officio commiserint, cum his omnibus, hac una lege decidant? ô nimiùm invidendam hujus Legationis conditionem, si tibi, & fasinam remisit & legem.* Quintilian. *declamat.* 12. Proinde *Persarum* Legatos *à Macedoniis* injustè occisos dicit Herodotus, quòd Persicis assueti moribus, liberiùs cum fæminis versarentur, & illecebrem manum in sinum injecerint matrimonialem, Herodot. *hist. lib.* 5. Besold. *de*

Legat.

Legat. cap. 5. num. 21. Kirhner. *eod. tr. lib.* 2. *c. n.* 126. Dn. Wurmser. *disc.* 4. *l. P. Q.* 9. Diss. Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. c.* 25. *num.* 33. latè Dn. Juncker. *dict. dissert. thes.* 134. *& seqq.*]

13. Dubium aliud oritur: *Annè privilegia haccè Veterum Romanorum, bodiè quoq; absolutorum Principum legatis competentia, etiam Imperii ac Principũ Statuum legatis competant?* Et hoc in Legatis, ad Exteros Principes missis, certum esse, meritò asseritur. Matth. Bortius apud Arum. *in Iur. Publ. discurs.* 1. *Legation. thes.* 8. *vol.* 1. Herman. Kirchner. *de legatis lib.* 1. *c.* 3. *uum.* 18. Kinschot. *respons.* 19 *num.* 7.

14. Idem ex prærogativa amplissimæ Nationis Germanicæ, in Legatis *ad se invicem* missis, statuit. Anton. Hering. *de Fidejuss. c.* 7. *num.* 559. Consentit Bortius *dict. discurs. thes.* 14. Quod præjudicio corroborat Carpzov. *decis. Illustr.* 78. *num.* 6. *& seqq.*

15. Attamen in Legatis, *ad Cæsaream Aulam* missis, aliquatenus ambigit Arumæ. *de Comit. c.* 5. *num.* 53. Præcipuè quòd Camera aliquando, propter arre-

stum

ſtum Legati *Marchionis Badenſis, ad Comi-*
tiſſam de Limpurg miſſi mandata ſine
clauſula auff die Bierfäll denegaverit.
Adrian Gylman. *Tom.* 3 *Symph. verb. le-*
gatus. Becht. *de ſecurit. concl.* 177. Quod
ego ita abſolutè æquitati conſenta-
neum non eſſe cenſeo.

16. Elegantem adhuc ſubjicio ca-
ſum, ſcilicet, *ſi Conſiliarius Principis extra*
Provinciam peregrè mittatur, ac per aliquot
menſes gravia negotia Domini ſui expediat,
An præter conſuetum, etiam extraordina-
rium inſuper ſalarium, petere poſſit? Caſus
hic *Bruxellis* in perſona Adami von der
Düſſen contigit ac à Fiſcali Cameræ di-
ſputatum fuit. Aſt prædictus Adamus
in ſua petitione tandem victoriam ob-
tinuit, referente Steph. Nathen. *de juſtit.*
vulner. part. 2. *tit.* 3. *c.* 6. *num.* 4.

17. Et hoc non ſine ratione: Cre-
ſcente enim labore & vigilia, ſalarium
quoque creſcere debet. *per text. in l. duo-*
rum. 49. *D. de oper. libert. junct. l. fin. C. de*
Princip. agent. in reb. Quoniam *tàm* Labor
quàm pecunia diviſionem recipiunt *l.*
ſuo amico. 10. *pr. D. de annuis legat.* Me-
[illegible]ch. *lib.* 2. *Arbitr. caſ.* 223. *per tot.* [Ac
creſcen-

crescente labore, debet etiam duplicari salarium, *l. his scholaribus 1. 4. C. de erogat. milit. annon. Novell. 8. c. illud.* sicuti multis casibus illustratur à Surdo *consil.* 86. *n. 1.* Gail. 1. *Observ.* 44. *num,* 8. *& seqq.* Steph. Gratian. *decis.* 101. *num.* 15.] Quod non uno in loco inculcat Cassiodorus; *Dignum est* (inquit) *ut fructus laborum sequantur vota fidelium: Benè moderatrix omnium rerum antiquitas consideravit, ut laboris sui pretia recipiant, qui publicis utilitatibus obsecundant.* Herm. Stam. *de servit. person. lib* 2. *c.* 12. *num.* 11. Carol. Schriban. *in Polit. Christian. lib.* 1. *c.* 27. *per tot.* latè Dn. Jacob. Gothfred. *de salario c. 8. num. 3.*

Caput XX.

De Judicio & Iudice, Principum & Statuum Imperii.

1. CUm difficile sit ut cujus *Persona* dispicitur, ejus *dignitas* suspiciatur, sicuti de Præside Provinciæ tradit Jure Consultus Callistratus *in l. Observandum, 19. D. de offic. Præsid.* Anton.

ron. Faber. *in Rational. ad l. 1. princip. D. d. postuland.*

2. Ideò Principes & Status Imperii ratione judicis & judicii, *Plurima habent Singularia* jura dignitatis suæ tuendæ gratia concessa & inveterato usu obtenta. *arg. lib. 1. in pr. D. d. postul.* Jason. *in l. debitoribus. 31. num. 6. D. de Re Judic.* Gail. *lib. 1. Observ. 1. num. 17.*

3. Nam I. immediati Principes, Comites, Barones Imperii citati ab Imperatore *extra* limites Imperii se sistere non tenentur, ex antiquissimâ consuetudine, & privilegio, de quo Cranz. *lib. 10. Rer. Sax. Ord. Camer. 2. tit. 7.* Denais. *de jur. Cam. tit. 141.* Schwanman. *de jur. Cam. p. 2. tit. 3.* Stephan. *libr. 2. de jurisdict. par. 1. c. 1. n. 209.* Gryphiander. *de Weichbild. cap. 60. n. 15.* Ad quod etiam in ipsa Capitulatione, Imperatores noviter electi, adstringuntur: Kein Stand deß Reichs mit Tagleistung ausserhalb Reichs Teutscher Nation zu fordern. *Capitul.* Ferdinand. III. *art. 13.* Mager. *de Adv. armat. cap. 15. num. 186. Ita Elector Brandenburgicus & Neoburgicus Comes Palatinus*, in causa Gülich, Pragam citati

non

non comparuerunt. Dn. Limn. *lib.* 4. *jur. Publ. cap.* 8. *num.* 87. Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap.* 9. *sect.* 3. *& seqq.* [Quibus tamen Imperator *Rudolphus II.* in particulari responso contradixit, teste Dn. Limnę. *in addit. ad dict. cap.* 8. *n.* 87. Id quod dependet ab hac Quæstione; *An Bohemia, ac in ea consistens metropolis Praga, sit pars Germaniæ?* Quod *Affirmando* operosè deducit Goldast. *de Regn. Bohem. lib.* 1 *cap.* 2. *num.* 6. Dn. Dieterich. *ad Aur. Bull. tit.* 7. *in pr.* Dissentit Arumæ. *de Comitiis cap.* 4. *num.* 43.]

4. II. Principum & Statuum Imperii *Procuratores* non præstare tenentur juramentum calumnię in Dominorum animas; quorum dignitas omnem suspicionem malitiæ excludit. Schrad. *de feud. p.* 10 *sect.* 3. *num.* 77. Setser *de juram. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 100. Surd. *decis.* 18. *num.* 11. Gail. 1. *Observ.* 90. Myns. 1. *Obs.* 74. Græv. 1. *Conclus.* 90. Anton. del Re *de jur. calum. cap.* 18. *num.* 3. [Rationes pro & contra *vide in Nomologia c.* 5. *num.* 2. *&* 3.]

5. Quod tamen in Statuum Imperii judiciis, respectu Subditorum & Vasallorum

fallorum tantùm verum esse censeo. Vide Ruland. *p.* 1. *de Commiss. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 10. Dn. Harprecht *ad §. Ecce enim.* 1. *Inst. de pœnis tem. litig.* 51. Frid. Niger. Cyriac. *controv. forens. cap.* 13. *num.* 53. *& passim.*

6. III. Judicem quod attinet, Principes & Status Imperii, *judices habent Augustissimos*: Et quidem meritò. Magnę enim causæ, Magnos requirunt judices, sicuti dicitur. *in l. non distinguimus.* 32. *§. de liberali.* 7. *D. de recept. & qui arbitr.* Andr. Gail. *lib.* 1. *Obs.* 29. Reinking. *lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 19. *num.* 1. [Ac apud *Romanos*, Senatores tantùm à Senatoribus judicati fuerunt, tradente Petr. Ærod. *in Pandect. Rer. ab omni ævo judicat. lib.* 2. *tit.* 8. *cap.* 22.]

7. Ast ordines Imperii, diversum quandoque habent Judicem pro *ratione & diversitate causarum.*

8. Hinc IV. *in causis feudalibus* regalem dignitatem annexam habentibus, **Als da seynd Hertzogthumb / Grafschafften.** Adrian. Gylm. *l.* 1. *decis. Camer.* 64. *num.* 120. [Quæ nostro idiomate **Fahnen Lehen.** aut in antiquis Germaniæ

N tabulis

tabulis Vanlehen vocantur.] Si controversia oriatur inter Imperatorem, & Principem Vasallum Imperii *in Petitorio*, *Pares Curiæ* seu Imperii Convasalli immediati competentes sunt judices. *per cap. un. in pr. l. 2. f. 22. §. ult. l. 1. f. 22.* De quo im Schwaben-Spiegel. *lib. 1. cap. 23.* sequentia leguntur: Krieget der König mit jemand umb Gut oder ander Ding/ daß deß Reichs ist / da sollen übersprechen/ die Fürsten und Grafen/ die Freyen/ und deß Reichs Dienstmanne. [Quod Judicium vocatur Das Mann: oder Lehen-Gericht. Besold. *in thes. Pr. V.* Mann-Gericht. Et hoc tam ratione naturali quàm civili consentaneum est; Cùm enim Dominus in propria causa non possit esse judex: jurisdictionem Paribus Curiæ, meritò jura feudalia tribuūt. Dn. Struv. *de feudis cap. 16. thes. 5. num. 1.* Et ante eum latè Schrader. *eod. tr. part. 10. sect. 7. num. 22.* & 40. Non obstante Aureæ Bullæ Constitutione *in tit. 5. §. final.* Rosenthal. *de feud. c. 12. concl. 3.* Vult. *eod. tr. lib. 2. num. 23* Mynf. 4. *Obs. 89.* Hartm. Hartm. *Observ. Camer. tit. 24. Observ. 21. & 22.* Dn. Bocer. *de jurisd. cap.*

cap. 3. num. 56. Coler. *de Iur. Imper. concl.* 24. Dissentit aliquatenus Sonsbeck *de feudis part. 14. num. 19. & 82.*

9. Quòd si inter duos, pluresvè *Convasallos seu Status Imperii*, lis existat de feudo Regali privativè abjudicando, **so einem Theil gäntzlich/ und endlich abgesprochen werden solle.** Jure feudali *solus Imperator* seu Consilium Imperii Aulicum, quod Imperatorem & Imperium repræsentat, cognoscit, ex lege Conradi *in pr. lib. 2. F. 24. ac §. præterea. lib. 2. F. 55. arg. l. non distinguimus. 32. §. de liberali 7. D. d. recept. & qui arbitr.* [Et hęc quidē cognitio Imperatori nostro competit, non tantummodò, quatenus immediato Feudi Domino & ob meram facultatem; sed quia horum Ducatuum, Comitatuum, & similium causæ, salutem pariter & periculū Reipublicæ Germanicæ attingunt, quib⁹ ut probè prospiciatur, nemo magis sollicitus esse debet, vigore Imperialis Officii, quàm Cæsarea Majestas. Reinking. 1. *cl. 4 cap. 29. num. 85. & seqq.* Dn. Stamler. *de reservat.* §. 38. *num. 2.*]

10. Et hoc quidem adeò verum est,

ut Imperator *Cameram Imperialem* penitus excludat. Reichs-Abschied *de An. 1521. tit.* der Röm. Käiserl. Majestät Regiment. Ord. Cam. *p. 2. tit.* 7. Rosenth. *de feud. cap. 12. concl. 1. num. 27.* Gail. 1. *Obs. 1. n.* 31. Heigius *1. quæst. 9. n. 49.* P. F. Mind. *de Proceß. lib. 1. cap. 19. num.* 18. Arum. *tom. 4. Iur. Publ. dissert.* 11. Magenhorst. *ad Ord. Cam. p. 2. tit. 7.* [Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib. 2. cap. 33. num.* 149.] Quod variis exemplis & rationibus illustrat Coler. *de jur. Imper. concl. 23.* & Reinking. *lib.* 1. *Cl. 4. cap.* 19.

11. Quæ causæ Feudales (ut per modum *Ampliationis* hoc subjiciam) Imperatoris jurisdictionem adeò fundant, ut ne quidē *per præventionem* in Camera Imperiali litis pendētia inducatur, sed causæ Feudi Titulati ab ea avocari possint. [Quoniam Præventioni locus non est, quando Jurisdictio causarum, judici privativè concessa est. Menoch. *2. Præsumpt.* 18. *num.* 37. Fontanella. *decis.* 391. *num.* 2. Fr. de Tonturi. *de prævent. part.* 2. *c.* 45. *num.* 1.] Quô faciunt tradita Gail. *lib.* 1. *Obs.* 40. *num.* 6. Græven. 1. *Concl.* 29. *Consid.* 1.

12. Atta-

12. Attamen, non pauci ex juris Publici Consultis, Imperatori, *Pares Curiæ* adjungendos esse ac controversias hasce in *judicio Ducali*, decidi volunt, authoritate **deß Fürsten-Rechts.** Vigore cujus Imperator in causis, quæ Principum ac Ordinum Imperii Corpus, honorem & feuda concernunt, **in Sachen / so eines Fürsten Leib / Ehr und Lehenschafft betreffend /** non nisi cum Principibus Germaniæ, tanquam Assessoribus, judicare debeat; **Es soll seyn ein Recht mit Teutschen Fürsten besetzt.** Quod vide apud Goldast. *tom. 3. Constit. Imper. latin. fol. 441.* Ita censent post alios Ziegl. §. *Austrega. in pr. fol.* 47. Schrad. *de feud. p.* 10. *sect.* 2. *n.* 14. Lehemann. *in Chron. Spir. lib.* 2. *cap.* 9. Quod latissimè deducit Dn. Limn. *lib.* 2. *Jur. Publ. cap. 9. num. 32. & seqq. ac in Additionibus sub num.* 55. [Besold. *in Thesaur. Pract. verb.* **Fürsten-Recht /** Dn. Knipschilt. *de Criminali Iudicio agens, dict. tr. lib. 2. cap. 6, num.* 114. Hippolit. à Lapide *de Rat. Stat. part. 1. cap. 10. sect. 2. & seqq.* Dn. Conring. *ad Lampad. part. 3. cap.* 21. §. 20. Dn. Struv. *de feudis. c.* 16. *thes. 5. n. 3.* Klock. *vot. Cameral. 1. cap. 7.*]

 13. Hisce

13. Hisce tamen contradicunt Thom. Michael *de Jurisd. thes.* 28. Buxtorff. *ad Aur. Bull. thes. 62. lit. C. & D.* Quod latissimè deducit Reink. *lib. 1. class. 4. cap. 19 per tot.* Et quidem authoritate *Camer. Ord. part. 2. tit.* 7. Quibus accedit Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap. 9. sect. 12. n.* 27. Just. Schüz *de Vicar. Imp. conclus. 14.* [Ejusque Gener Dn. Stamler, *de Reservat. Imperat. § 38.* Ubi ille quàm operosè *Dn. Limnai* assertionem redarguit *ac* præjudicia varia adducit sub *num.* 14. Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap. 4. num. 47.*]

13 B. Veruntamen, ipsum Dn. Limnæum amplificè vindicat Burgoldus secundus, seu Dn. Fridberg. *ad Burgoldum part. 2. dissert. 20. num. 3. per tot.* Qui in medio hæc verba adjicit: *Ex hisce manifestum est, quod adulationis plenissimi sint, qui Iudicium illud* das Fürsten-Recht/ *inane figmentum vocare sunt ausi.* Sanè quidquid ex antiquitate historica disputari possit, hoc tamen *Negari* nequit, in historicis Germaniæ antiquis nil frequentiùs legi, quàm quòd jam à tempore *Otthonum* ad Imperatorem *Sigismundum*

mundum usque, Procerum Imperii contentiones de Feudis titulatis, ab Imperatore unà cum Statibus Imperii in Curiis solenniter habitis, fuisse dijudicatas. [Imò ab ipso Imperatore *Maximiliano I.* contētio de hęreditate Georgii Divitis, Bavariæ Ducis, *Anno MDIV.* ad Comitia futura rejecta, quæ & anno sequenti *Coloniæ* feliciter sopita fuit, Gerard. de Rhoo *histor. Austriac. lib.* 10. Cùm igitur judicatio causarum Principum, cum insigni Libertate Imperii conjunctum sit, ideò non modicum & Ordinum & Imperii interesse, in eo consistit, ut hoc Judicium Ducale in bonum usum revocetur. Vide Fridberg. *ad Burgold. dict. part.* 2. *dissert.* 20. *num.* 5. *per tot.* Quod in Regnis exoticis quoque observari, variis exemplis demōstrat. Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 125.]

14. Quæritur autem non incongruè; *An Imperator solus judicet de hisce feudis, exclusâ Camerâ,* etiam *in Possessorio?* hoc affirmatur; Ord. Cam. 2. *tit.* 2. Arum. *disc.* 3. *ad Aur. Bull. th.* 42. Leipold. *de Concur. Jurisd. quæst.* 5. Dn. Bocer. *de Iurisd. c.* 3. *num.* 64. Quod latè

 disputat

disputat Limnæ. *lib.* 2. *Iuris Publ. c.* 9. *n.* 78. Continentia enim causæ non est dividenda, ac finis Possessorii est principium Petitorii, nec modici præjudicii, sed magni momenti. *§. retinendæ. Inst. de Interd. l. exitus.* 35. *D. de Adquir. possess. l. nulli.* 10. *C. de Iudic.* Gail. 1. *Observ.* 7. *num.* 54. Capyc. Latro *decis.* 101. [latè Dn. Stamler. *de reservat.* §. 39. *num.* 2.] Dissentit Reinking. *lib.* 1. *Cl.* 4. *cap.* 19. *num.* 69. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *c. f. n.* 27.

15. Sed quid juris; *Si non de integro Ducatu vel Comitatu, sed de certa ejusdem parte controversia existat*? Et hoc casu cognitionem ad Imperatorem, exclusâ Camerâ Imperiali, pertinere, sunt qui asserunt. *arg. l. qua in tota.* 76. *D. de rei vindicat.* Paurmeist. *de jurisdict. l.* 2. *cap.* 5. *num.* 99. Cranius. *de Pac. Relig. part.* 3. *problem.* 1. *Connex.* 3. Reinking. *lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 19. *num.* 119. Autor. Actor. *Hessen contra Hessen in Duplica.* [Quod latè deducit Dn. Stambler. *dict. tr.* §. 39. *num.* 6.] Aliud censet Rosenthal. *d. feudis cap.* 12. *concl.* 1. *n.* 50. Auth. Duplicæ *Hessen contra Hessen. fol.* 140. & 204.

16. Quòd si Proceres Imperii de feudis non

dis non Regalibus, sive de feudis minoribus immediatis regalem dignitatem annexam non habentibus, contendunt, Camera Imperialis judex est Competens, juxta Schrad. *de feud. p.* 10. *sect.* 2. *num.* 71. Hartm. Hartm. *lib. Observ. tit. de feud. Observat.* 43. *num.* 2. Sixtin. 1. *de Regal. c. f. num.* 16. Rosenthal. *de feud. c.* 12. *concl.* 1. *num.* 30. Græven. 1. *Concl.* 29. *consid.* 1. Ita tamen, ut Imperator cum Camera hoc in casu concurrat. Gail. 1. *Obs.* 29. & 42. *num.* 3. Auth. *Præjud. Camer.* apud Gylman. *tom.* 3. *verb. Cæsari reservata fol.* 63. Reinking. *lib.* 1. *cl.* 4. *cap.* 19. *num.* 67. Quamvis dissentiat Leipold. *d. Concur. jurisd. c.* 6.

17. Quæritur: *An Status Imperii de feudis majoribus, scilicet Titulatis, repudiato Imperatore, in Arbitros compromittere possint?* Hoc negamus. Per Ordin. Camer. *part.* 2. *tit.* 7. ibi: **Uns vorbehalten haben.** *arg. cap. un.* 2. *f.* 46. §. *Illud.* 2. *f.* 15. ubi Gothofred. Borell. *de Compromiss.* §. 2. *gl.* 1. *num.* 124. Zasius *de feud. pr.* Gail. 1. *Obs.* 40. *num.* 6. Hartm. Hartm. *tit.* 54. *observ.* 34. Dn. Bocer. *de jurisd. c.* 3. *num.* 71. Reinking. 1. *cl.* 4. *c.* 19. *num.* 124. Quod pluri-

non comparuerunt. Dn. Limn. *lib. 4. jur. Publ. cap. 8. num.* 87. Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap. 9. sect. 3. & seqq.* [Quibus tamen Imperator *Rudolphus II.* in particulari responso contradixit, teste Dn. Limnę. *in addit. ad dict. cap. 8. n. 87.* Id quod dependet ab hac Quæstione; *An Bohemia, ac in ea consistens metropolis Praga, sit pars Germaniæ?* Quod *Affirmando* operosè deducit Goldast. *de Regn. Bohem. lib. 1. cap. 2. num. 6.* Dn. Dieterich. *ad Aur. Bull. tit. 7. in pr.* Dissentit Arumæ. *de Comitiis cap. 4. num. 43.*]

4. II. Principum & Statuum Imperii *Procuratores* non præstare tenentur juramentum calumnię in Dominorum animas; quorum dignitas omnem suspicionem malitiæ excludit. Schrad. *de feud. p.* 10 *sect.* 3. *num.* 77. Setser *de juram. lib. 3. cap. 3. num.* 100. Surd. *decis.* 18. *num.* 11. Gail. 1. *Observ.* 90. Mynf. 1. *Obs.* 74. Græv. 1. *Conclus.* 90. Anton. del Re *de jur. calum. cap.* 18. *num. 3.* [Rationes pro & contra *vide in Nomologia c. 5. num. 2. & 3.*]

5. Quod tamen in Statuum Imperii judiciis, respectu Subditorum & Vasallorum

sallorum tantùm verum esse censeo. Vide Ruland. *p.* 1. *de Commiss. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 10. Dn. Harprecht *ad §. Ecce enim.* 1. *Inst. de pœnis tem. litig.* 51. Frid. Niger. Cyriac. *controv. forens. cap.* 13. *num.* 53. *& passim.*

6. III. Judicem quod attinet, Principes & Status Imperii, *judices habent Augustissimos*: Et quidem meritò. Magnę enim causæ, Magnos requirunt judices, sicuti dicitur. *in l. non distinguimus.* 32. *§. de liberali.* 7. *D. de recept. & qui arbitr.* Andr. Gail. *lib.* 1. *Obs.* 29. Reinking. *lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 19. *num.* 1. [Ac apud *Romanos*, Senatores tantùm à Senatoribus judicati fuerunt, tradente Petr. Ærod. *in Pandect. Rer. ab omni ævo judicat. lib.* 2. *tit.* 8. *cap.* 22.]

7. Ast ordines Imperii, diversum quandoque habent Judicem pro *ratione & diversitate causarum.*

8. Hinc IV. *in causis feudalibus* regalem dignitatem annexam habentibus, **Als da seynd Hertzogthumb / Grafschafften.** Adrian. Gylm. *l.* 1. *decis. Camer.* 64. *num.* 120. [Quæ nostro idiomate **Fahnen Lehen**, aut in antiquis Germaniæ

tabulis Vanlehen vocantur.] Si controversia oriatur inter Imperatorem, & Principem Vasallum Imperii *in Petitorio*, *Pares Curiæ* seu Imperii Convasalli immediati competentes sunt judices. *per cap. un. in pr. l. 2. f. 22. §. ult. l. 1. f. 22.* De quo im Schwaben-Spiegel. *lib. 1. cap.* 23. sequentia leguntur: Kriegt der König mit jemand umb Gut oder ander Ding/ daß deß Reichs ist / da sollen übersprechen/ die Fürsten und Grafen/ die Freyen/ und deß Reichs Dienstmanne. [Quod Judicium vocatur Das Mann: oder Lehen-Gericht. Besold. *in thes. Pr. V.* Mann-Gericht. Et hoc tam ratione naturali quàm civili consentaneum est; Cùm enim Dominus in propria causa non possit esse judex: jurisdictionem Paribus Curiæ, meritò jura feudalia tribuūt. Dn. Struv. *de feudis cap.* 16. *thes.* 5. *num.* 1. Et ante eum latè Schrader. *eod. tr. part.* 10. *sect.* 7. *num.* 22. & 40. Non obstante Aureæ Bullæ Constitutione *in tit.* 5. §. *final.* Rosenthal. *de feud. c.* 12. *concl.* 3. Vult. *eod. tr. lib.* 2. *num.* 23. Mynſ. 4. *Obs.* 89. Hartm. Hartm. *Observ. Camer. tit.* 24. *Observ.* 21. & 22. Dn. Bocer. *de jurisd.*
cap.

cap. 3. um. 56. Coler. *de Iur. Imper. concl.* 24. Dissentit aliquatenus Sonsbeck *de feudis part. 14. num. 19. & 82.*

9. Quòd si inter duos, pluresvè *Convasallos seu Status Imperii*, lis existat de feudo Regali privativè abjudicando, **so einem Theil gäntzlich/ und endlich abgesprochen werden solle.** Jure feudali *solus Imperator* seu Consilium Imperii Aulicum, quod Imperatorem & Imperium repræsentat, cognoscit, ex lege Conradi *in pr. lib. 2. F. 24. ac §. præterea. lib. 2. F. 55. arg. l. non distinguimus. 32. §. de liberali 7. D. d. recept. & qui arbitr.* [Et hęc quidē cognitio Imperatori nostro competit, non tantummodò, quatenus immediato Feudi Domino & ob meram facultatem; sed quia horum Ducatuum, Comitatuum, & similium causæ, salutem pariter & periculū Reipublicæ Germanicæ attingunt, quib⁹ ut probè prospiciatur, nemo magis sollicitus esse debet, vigore Imperialis Officii, quàm Cæsarea Majestas. Reinking. 1. *cl. 4 cap. 29. num. 85. & seqq.* Dn. Stamler. *de reservat. §. 38. num. 2.*]

10. Et hoc quidem adeò verum est,

ut Imperator *Cameram Imperialem* penitus excludat. Reichs-Abschied *de An. 1521. tit.* der Röm. Käiserl. Majestät Regiment. Ord. Cam. *p. 2. tit.* 7. Rosenth. *de feud. cap. 12. concl. 1. num. 27.* Gail. 1. *Obs. 1. n.* 31. Heigius *1. quaest. 9. n. 49.* P. F. Mind. *de Process. lib. 1. cap. 19. num.* 18. Arum. *tom. 4. Iur. Publ. dissert.* 11. Magenhorst. *ad Ord. Cam. p. 2. tit. 7.* [Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib. 2. cap. 33. num.* 149.] Quod variis exemplis & rationibus illustrat Coler. *de jur. Imper. concl. 23.* & Reinking. *lib.* 1. *Cl. 4. cap.* 19.

11. Quae causae Feudales (ut per modum *Ampliationis* hoc subjiciam) Imperatoris jurisdictionem adeò fundant, ut ne quidē *per praeventionem* in Camera Imperiali litis pendētia inducatur, sed causae Feudi Titulati ab ea avocari possint. [Quoniam Praeventioni locus non est, quando Jurisdictio causarum, judici privativè concessa est. Menoch. *2. Praesumpt. 18. num.* 37. Fontanella. *decis.* 391. *num.* 2. Fr. de Tontuti. *de praevent. part.* 2. *c.* 45. *num.* 1.] Quô faciunt tradita Gail. *lib.* 1. *Obs.* 40. *num.* 6. Graeven. 1. *Concl.* 29. *Consid.* 1.

12. Atta-

12. Attamen, non pauci ex juris Publici Consultis, Imperatori, *Pares Curiæ* adjungendos esse ac controversias hasce in *judicio Ducali*, decidi volunt, authoritate deß Fürsten-Rechts. Vigore cujus Imperator in causis, quæ Principum ac Ordinum Imperii Corpus, honorem & feuda concernunt, in Sachen / so eines Fürsten Leib / Ehr und Lehenschafft betreffend / non nisi cum Principibus Germaniæ, tanquam Assessoribus, judicare debeat; Es soll seyn ein Recht mit Teutschen Fürsten besetzt. Quod vide apud Goldast. *tom. 3. Constit. Imper. latin. fol. 441.* Ita censent post alios Ziegl. §. *Austregæ. in pr. fol. 47.* Schrad. *de feud. p. 10. sect. 2. n. 14.* Lehemann. *in Chron. Spir. lib. 2. cap. 9.* Quod latissimè deducit Dn. Limn. *lib. 2. Jur. Publ. cap. 9. num. 32. & seqq. ac in Additionibus sub num. 55.* [Besold. *in Thesaur. Pract. verb.* Fürsten-Recht / Dn. Knipschilt. *de Criminali Iudicio agens, dict. tr. lib. 2. cap. 6, num. 114.* Hippolit. à Lapide *de Rat. Stat. part. 1. cap. 10. sect. 2. & seqq.* Dn. Conring. *ad Lampad. part. 3. cap. 21. §. 20.* Dn. Struv. *de feudis. c. 16. thes. 5. n. 3.* Klock. *vot. Cameral. 1. cap. 7.*]

N 3 13. Hisce

13. Hiſce tamen contradicunt Thom. Michael *de Jurisd. theſ.* 28. Buxtorff. *ad Aur. Bull. theſ. 62. lit. C. & D.* Quod latiſſimè deducit Reink. *lib. 1. claſſ. 4. cap. 19 per tot.* Et quidem authoritate *Camer. Ord. part. 2. tit.* 7. Quibus accedit Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap. 9. ſect. 12. n.* 27. Juſt. Schüz *de Vicar. Imp. concluſ. 14.* [Ejusque Gener Dn. Stamler, *de Reſervat. Imperat. § 38.* Ubi ille quàm operosè *Dn. Limnæi* aſſertionem redarguit *ac* præjudicia varia adducit ſub *num.* 14. Dn. Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap. 4. num. 47.*]

13 B. Veruntamen, ipſum Dn. Limnæum amplificè vindicat Burgoldus ſecundus, ſeu Dn. Fridberg. *ad Burgoldum part. 2. diſſert. 20. num. 3. per tot.* Qui in medio hæc verba adjicit : *Ex hiſce manifeſtum eſt , quod adulationis pleniſſimi ſint, qui Iudicium illud* das Fürſten-Recht/ *inane figmentum vocare ſunt auſi.* Sanè quidquid ex antiquitate hiſtorica diſputari poſſit, hoc tamen *Negari* nequit, in hiſtoricis Germaniæ antiquis nil frequentiùs legi, quàm quòd jam à tempore *Otthonum* ad Imperatorem *Sigiſmundum*

mundum usque, Procerum Imperii contentiones de Feudis titulatis, ab Imperatore unà cum Statibus Imperii in Curiis solenniter habitis, fuisse dijudicatas. [Imò ab ipso Imperatore *Maximiliano I.* contẽtio de hęreditate Georgii Divitis, Bavariæ Ducis, *Anno MDIV*. ad Comitia futura rejecta, quæ & anno sequenti *Coloniæ* feliciter sopita fuit, Gerard. de Rhoo *histor. Austriac. lib.*10. Cùm igitur judicatio causarum Principum, cum insigni Libertate Imperii conjunctum sit, ideò non modicum & Ordinum & Imperii interesse, in eo consistit, ut hoc Judicium Ducale in bonum usum revocetur. Vide Fridberg. *ad Burgold. dict. part.* 2. *dissert.* 20. *num.* 5. *per tot.* Quod in Regnis exoticis quoque observari, variis exemplis demõstrat. Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 125.]

14. Quæritur autem non incongruè; *An Imperator solus judicet de hisce feudis, exclusâ Camerâ,* etiam *in Possessorio?* hoc affirmatur; Ord. Cam. 2. *tit.* 2. Arum. *disc.* 3. *ad Aur. Bull. th.* 42. Leipold. *de Concur. Jurisd. quæst.* 5. Dn. Bocer. *de Iurisd. c.* 3. *num.* 64. Quod latè

 disputat

disputat Limnæ. *lib.* 2. *Iuris Publ. c.* 9. *n.* 78. Continentia enim causæ non est dividenda, ac finis Possessorii est principium Petitorii, nec modici præjudicii, sed magni momenti. *§. retinendæ. Inst. de Interd. l. exitus. 35. D. de Adquir. possess. l. nulli.* 10. *C. de Iudic.* Gail. 1. *Observ.* 7. *num.* 54. Capyc. Latro *decis. 101.* [latè Dn. Stamler. *de reservat. §. 39. num.* 2.] Dissentit Reinking. *lib.* 1. *Cl.* 4. *cap.* 19. *num.* 69. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *c. f. n.* 27.

15. Sed quid juris; *Si non de integro Ducatu vel Comitatu, sed de certa ejusdem parte controversia existat?* Et hoc casu cognitionem ad Imperarorem, exclusâ Camerâ Imperiali, pertinere, sunt qui asserunt. *arg. l. qua in tota. 76. D. de rei vindicat.* Paurmeist. *de jurisdict. l.* 2. *cap.* 5. *num.* 99. Cranius. *de Pac. Relig. part.* 3. *problem.* 1. *Connex.* 3. Reinking. *lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 19. *num.* 119. Autor. Actor. *Hessen contra Hessen in Duplica.* [Quod latè deducit Dn. Stambler. *dict. tr.* §. 39. *num.* 6.] Aliud censet Rosenthal. *d. feudis cap.* 12. *concl.* 1. *n.* 50. Auth. Duplicæ *Hessen contra Hessen. fol.* 140. *&* 204.

16. Quòd si Proceres Imperii de feudis non

dis non Regalibus, sive de feudis minoribus immediatis regalem dignitatem annexam non habentibus, contendunt, Camera Imperialis judex est Competens, juxta Schrad. *de feud. p.* 10. *sect.* 2. *num.* 71. Hartm. Hartm. *lib. Observ. tit. de feud. Observat.* 43. *num.* 2. Sixtin. 1. *de Regal. c. f. num.* 16. Rosenthal. *de feud. c.* 12. *concl.* 1. *num.* 30. Græven. 1. *Concl.* 29. *consid.* 1. Ita tamen, ut Imperator cum Camera hoc in casu concurrat. Gail. 1. *Obs.* 29. & 42. *num.* 3. Auth. *Præjud. Camer.* apud Gylman. *tom.* 3. *verb. Cæsari reservata fol.* 63. Reinking. *lib.* 1. *cl.* 4. *cap.* 19. *num.* 67. Quamvis dissentiat Leipold. *d. Concur. jurisd. c.* 6.

17. Quæritur: *An Status Imperii de feudis majoribus, scilicet Titulatis, repudiato Imperatore, in Arbitros compromittere possint?* Hoc negamus. Per Ordin. Camer. *part.* 2. *tit.* 7. ibi: **Uns vorbehalten haben.** *arg. cap. un.* 2. *f.* 46. §. *Illud.* 2. *f.* 15. ubi Gothofred. Borell. *de Compromiss.* §. 2. *gl.* 1. *num.* 124. Zasius *de feud. pr.* Gail. 1. *Obs.* 40. *num.* 6. Hartm. Hartm. *tit.* 54. *observ.* 34. Dn. Bocer. *de jurisd. c.* 3. *num.* 71. Reinking. 1. *cl.* 4. *c.* 19. *num.* 124. Quod pluri-

pluribus authoritatibus deducit Rosenthal. *d. tr. cap. 9. concl. 22. num.* Idem in Constitutionibus Regni utriusq; *Siciliæ* dispositum esse, tradit Hector Capyc. Latro. *decis.* 33. *num.* 1. *&* 8. Quamvis dissentiat Casp. Klock. *Consil.* 3. *Quæst.* 1. *per tot. annex. tr. de Contribut.* D. Struv. *de feudis cap.* 16. *thes.* 8.

18. V. *Ratione judicii in Causis matrimonialibus*, Imperii Principes & Status, qui *Pontificem Romanum* agnoscunt, coram Episcopo loci, aut ipsomet Pontifice, juxta gravitatē causæ, & gradus, non verò in Camera Imperiali, causas deducere tenentur. *c. 2. 3. extr. de judic. c. causam. extra de Offic. deleg.* Visitationis Abschied *de Anno* 1570. §. *fin.* Denais. *de jur. Cam. tit.* 187. Gail. 1. *Obs.* 112. *n.* 17. Præjudicia vide apud Gylman. *tom.* 3. *symph. verb. Matrimonium.* Dn. Bocer. *de jurisdict. cap.* 3. *num.* 34. *&* 40. Reinking. *lib.* 3. *cl.* 1. *c.* 10. *num.* 24.

19. Qui *Augustanam Confessionem* vel *Reformatam Religionem* profitentur, cùm per transactionem Passaviensem Jurisdictio Ecclesiastica in eorum territoriis sit suspensa; Herm. Vult. *ad l.* 1. *C. juris-*

jurisd. num. 131. Matth. Stephan. *de jurisd.* 2. *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 371. Anton. Faber. *tr. de religion. regend. lib.* 1. *cap.* 17. *per tot.* [Ubi de juribus & viribus matrimonii, principaliter quæstio est.] *Non* coram Imperatore, aut in Camera agitandæ sunt, prout Dn. Bocer. tradit *d. num.* 80. [Causæ enim matrimoniales, sive sint simplicis querelæ sive appellationis, per Decretum Imperatoris ex Camera exterminatæ sunt, per Memoriale Visitat. *de Anno* 1570. §. **Wann auch der Käyserlichen.** Gail. 1. *Observat.* 112. *in fin.* Denais. *Verb. Matrimoniales causa.* Roding. *in Pand. Camer. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 25. Dn. Blum. *in Procesf. Camer. tit.* 43. *n.* 15. Rationes adducit Dn. Warem. de Fridberg. *ad Burgold. part.* 2. *Differt.* 20. *n.* 13.] Nec coram *Austregis*; ut Mind 2. *de Mandat. c.* 10. *n.* 4. censet: Sed coram electis *Arbitris*, vel coram propriis Consiliariis (s. *Consistorio*, quod ita vocatur, constans ex prudentibus Theologis & piis Politicis, Stephan. *de Iurisd. Eccl. c.* 1. *num.* 14.) decidendas censeo; remissô prius ipsis solenniter omni fidelitatis juramentô, quô Principi suo obligati sunt.

arg.

arg.Ord.Cam.part.2.tit.4.&l.est receptum. 14. ubi Zaſ. *& Dd. D. de jurisd.* Quem modum imprimis practicabilem eſſe cenſeo cum Reinking.*lib.* 3, *cl.* 1 *cap.* 10. *num.* 50. [Ego latiſſimè de Diſpenſatione *in Gamologia cap.* 8. *num.* 6. *& ſeqq.* Et hic modus finiendi quæſtiones matrimoniales, ubi de vinculo perſonarum illuſtrium agitur, placet quoq; Dn. Fridberg. *dict. diſſert.* 20. *n.* 13.] Vide Schubhart. *de Auſtreg. Concluſ.* 5. *lit.* 6. Dn. Limn. *lib.* 4. *jur. Publ. cap.* 8. *num.* 96.

20. Quòd ſi Partes ratione judicis in unum convenire non poſſunt, ſolet Imperator ad inſtantiam unius vel alterius partis, *certos Commiſſarios* familiæ cujuſdam illuſtris, religioni A. C. addictos ordinare, qui de cauſa & controverſia cognoſcant; Sicuti quibuſdam *exemplis* hoc compertum eſt.

21. Quid juris verò; *Si quæſtio incidat inter Status Imperii, non de vinculo matrimonii, ſed de judicio poſſeſſorio, veluti de ſævitia maritali, vel de repoſcenda uxore?* Ordinarium Judicem adeundum eſſe cenſeo, qualis inter perſonas illuſtres Auſtregarum eſt Judex. *per Ordin. Camer.*

part

part. 2. tit. 4. Ibi: **Warumb und was Ursa-**
chen das wäre. Ubicunque enim in cau-
sa matrimoniali de possessione litigium
oritur, cognitio ad Judicem secularem,
seclusô penitus *Ecclesiasticô*, pertinet.
arg. c. post miserabilem. extr. de Usur. May-
nard. *Decis.* 27. Meichsn. *tom.* 3. *Decis.*
20. *n.* 81. Gædd. *de sequestr. cap.* 2. *n.* 41. post
Regn. Reusn. & alios Græv. *1. conclus.* 112.
consid. 1. Reinking. *d. c. 10. n. 20.* Præjudiciū
refert Anton. Tessaur. *decis.* 117. [Unde
in Camera Imperiali hodie instar regu-
læ observatur; quòd si non principales
personæ de vinculo, sed *Tertii* quidam,
forte ad effectum legitimationis & suc-
cessionis de matrimonio disceptent;
Aut de competentia Judicis, alimen-
tando partu, aut puellæ sequestratione,
quæstio incidat, Camera Imperialis in
hisce causis meritò cognoscit. Guilielm.
Roding. *in Pandect. Camer. lib. 1. tit.* 31.
num. 5. Alias *Limitationes* vide apud
Dn. Blum. *in dict. Process. Camer. tit.* 43.
num. 17.]

22. Quæritur etiam: *Quibus Ordi-*
nationibus, ratione matrimonii, Reformati
Nobiles immediati sint subjecti, aut **wer**

ihnen

ihnen *dispensire?* Quoniam propter suspensionem Jurisdictionis Ecclesiasticæ, Nobilesquoque immediati, Consistorium congregandi, potestatem habent; prout quotidiè videmus eos singulis ferè annis, Nobiles amicos, unum & alterum Ecclesiæ Pastorem, ac Jure-Consultum ad se vocare, Ehe-Gericht zu halten. Johan. Bidemb. *Quæst. Nobil. 9. n. 5.* Rudinger. *Observ. Camer. 37. cent. 4.* Ideò Consistorio suo causam decidendam tradere solent ac possunt. Fichard *Consil. 50. Quæst. 2. n. 7. Ac consil. 69. q. 3. vol. 2.* [Aliter *Dn. Bæckelman*, qui censet, præ cæteris mediis, ad dispensationem ritè obtinendam, ex natura potestatis, subjectionis nesciæ, tutiorem esse viam Compromissi *in Axioma. 8. Meditat.* 1. Quò faciunt optimè tradita Dn. Knipschilt. *de Civit. imper. lib. 2. cap. 3. n. 262.* Gamologia *cap. 8. num. 7.*]

23. VI. In *Criminalibus* causis Imperii Principes & Status, forum sortiuntur secundum genus delicti; Nam *Primò* in causis *fractæ Pacis publicæ* (veluti si Princeps Imperii contra Alterum arma sumat, inconsultô Imperatore, *Camera*

mera Imper. vel Imperator per Aulicum judicium judicat. *Ord. Cam. p. 2. tit 9. §.* **So jemand Hoch oder Nider.** Gail. 1. *de P. P. c.* 11. & *lib.* 1. *Observ.* 3. Mynsing. *cent.* 5. *Obs.* 58. post Denais. Mind. & alios Græven. *lib.* 1. *concl.* 3. [Besold. *de jur. majestat. cap.* 5. *num.* 7. Roding. *in Pandect. Camer. lib.* 1. *tit.* 7. Quo tamen casu, ad Banni declarationem, inconsultô Impe- ratore, perveniri non posse, usu Imperii introductum esse, attestatur Heig. *part.* 1. *Quæst.* 9 *n.* 29. Matth. Stephan. *lib.* 2. *de jurisd. part.* 1 *cap.* 1. *membr.* 2. *n.* 214. Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 124. Dissentit Dn. Fridberg. *ad Burgold. part.* 2. *Dissent.* 20. Qui hoc in casu judicium Ducale requirit, *sub n.* 13.]

24. *Secundò* In Criminib9 lęsę Majestatis ac banni Imperialis, cognitionem *in Comitiis*, suscipiendã esse, ob gravitatem causæ, censet Dn. Limnæ. *ad Capitul. Imp. Ferdin. III. art.* 30. verb. **Deß Heiligen Reichs.** *num.* 4. Rusdorff. *in Vindic. caus. Palatin. cap.* 20. *per tot.* [Donavert. informat. *fol.* 124. Dn. Fridberg. *ad Burgold. part.* 2. *Dissert.* 20. *num.* 13. *fol. m.* 204.]

[24. B.

[24. B. Proſcriptio enim Principis Imperii, præſertim potentioris, eſt res maximi momenti, in quo intereſſe, non ſolius Cæſaris, ſed totius Imperii, adeoque omnium Statuum vertitur. Executionem ſi ſpectes, ea absque belli motibus vix fieri poteſt, quod *regulariter* conſilium & conſenſum Statuum Imperii requirit. *Capitul. Carol. V. art.* 11. *Ferdinandi III. art.* 11. Dn. Limnæ. *ad Capitul. Ferd. III. art.* 30. *num.* 4. Quid ſi Princeps Imperii proſcriptus potentiâ aut affinitate exterorum Principum prævalet? Nunquam deerunt arma & manus auxiliares; Exinde ſine dubio prona bella civilia & inteſtina, peſtis cujusvis Reipublicæ. *Pejus eſſe bellum civile*, Favorinus dicebat, *Dominatu illegitimo*. Et Cicero: *Mihi pax omnis cum Civibus, bellô civili, videtur utilior.* Vide Hug. Grot. *de jur. bell. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 19. Quid Imperio Germanico profuerint, præteritæ Virorum illuſtrium proſcriptiones, in propatulo, eſt. Hinc fundi noſtri Germanici deplorabilis calamitas, quam vix integrô ſæculô, concoquere poſſumus.]

25. Alii

25. Alii hanc cognitionem ad minimum coram *Electoribus*, re publicè deliberatâ, fieri debere tradunt; tam efficaciâ Capitulationis *Imp. Ferdin. II. art. 26.* quàm ratione æquitatis. Cùm ex tali condemnatione periculosi motus plerumque oriantur. Heig. *part.* 1. *Quæst. 4. num. 44.* Nicol. Betſ. *de pact. famil. illuſtr. f. 448.* Zieriz. *de Prærog. Princip. lit. H. 7.* Arum. *in Iur. Publ. vol. 1. diſcurſ.* 11. *per tot.* Leheman. *in Chron. Spirenſ. lib. 7. cap.* 113. Limn. *lib. 4. Jur. Publ. cap. 8. n* 99. Et hunc judicandi modum, Procerum Germanorum libertatem requirere, infinitis exemplis confirmat Coler. *de Iur. Imp. theſ. 24.* Urgent hoc & literæ Electorum Saxonici & Brandenburgici ad Imperatorem *Ferd. II de dato* 12. *Martii Anno* 1623. apud Lündorpium *p.* 1. *f.* 1077. Carpz. *ad Capitul. cap.* 9. *ſect.* 9. *num.* 22. Adeò ut ſcribat Dn. Limnæus, quòd grave ſit auditu, *Ferdinandum II.* Imperatorem hunc articulum non probè obſervaſſe, prævalentibus Hiſpanorum conſiliis, in *Status* Hiſpanici amplificandi *Ratione*, fundatis.] Limn. *ad Capitul. Imp. Ferd. II. art. 26. &*

Capit. Ferd. III. art. 30. verb. deß Heiligen Reichs. *num.* 17.

26. Id quod alii *Limitant*; Nisi crimen læsæ Majestatis esset *notorium*, de quo Reichs-Abschied *de Anno* 1559. §. dieweil num. *& seqq.* Reinking. *lib.* 1. *Cl.* 5. *c.* 6. *num.* 147. Huic contentioni finem imposuisse videbatur Capitulatio Imp. *Ferdinandi III. art.* 30. scilicet ad proscriptionem Principis Imperii, Consilium insuper & consensum Electorum requirens, etiamsi crimen aliàs esset *notorium*. Praxis enim, quæ tempore *Ferdinandi II. Imp.* radices agere cœpit, Electores ad hoc permovit. Dn. Limn. *ad dict. Capit. art.* 3. *in pr.*

27. Veruntamen cùm hoc *Cæsareæ Capitulationis articulo* 30. Principum ac Statuum Imperii incolumitati, vigore antiquæ libertatis, plenariè haud provisum fuisset: ideò in Instrumento Pacis *Osnabruggi An.* 1648. editô, constitutum est, ut in proximis Comitiis de modo & ordine, in declarando uno vel altero Statu Imperii in Bannum, præter eum, qui aliàs in Constitutionib⁹ Imperii descriptus est, ex communi Principum & Statuum

Statuum consensu agatur & statuatur, quem adhuc expectamus. Instrum. *Pac. Imp. Suec. art. 8.*

28 Ceterum id in hoc crimine observandum est, quòd Reus læsæ Majestatis omnia sua bona amisisse intelligatur, statim à die commissi criminis. *l. ex judiciorum.* 20. *D. de publ. judic. l. Majestatis.* 6. *l. ult. C. ad L. Jul. Maj.* [Adeò ut hanc pænam quidam, etiam ad tempus cogitati criminis extendant.] *l. 3. & 4. C. eod.* Anton. Faber. *quæst. Cod. 6. def.* 8. Scip. Gentil. *d. Conjur. l.* 1. *cap. 7. verb. quas ex eo tempore.* Proinde ab illo die cassum & irritum censetur, quidquid hujus criminis Reus donando, testando vel alienando, ad alios transtulit. *d. l. quisquis. 5. §. 4. C. eod. l. donationes. 32. ff. de donat. A. B. tit. 24. §.* **Entledigung.** Sixtin. *2. d. Regalib. cap.* 20. *num.* 27. Scip. Gentil. *d. Conjur. d. lib.* 1. *cap. 2. verb. quorumlibet postremo.* [Addit. nostræ ad Rümelin. *ad A. B. p. 3. dissert.* 4. *thes. 4.*]

29. Ast ad auferendam possessionem, requiri sententiam condemnatoriam & declaratoriam, verius & æquius est. *l. res, quæ.* 22. *D. de jur. Fisc. l. ult. §. filiis.*

O 2 *C. d.*

C. *de bon. quæ liber.* Gigas. *d. tr. quæst. 25. num.* 5. Peregrin. 5. *de Jur. Fisc. tit. 1. num.* 171. Gail. 2. *de P. P. cap. 19. num. 13.* Bocer. *de Crim. læs. Maj. cap. 3. num. 31.* Harppr. *ad* §. 3. *num. 87. I. de publ. jud.* [Hâc tamen adjectâ declaratione, quòd Reus perduellionis, accusatione pendente, omnes fructus suos faciat, usque ad sententiam condemnatoriam. Franzk. *Quæst. 7. Decad.* 14. Tulden. *in Codic. lib.* 9. *tit.* 8. *num. 16.* Nam post contractum hoc crimen, perduellionis Reus, bonorum suorum dominus adhucdum existit, nec illa, nisi sententiâ condemnatoriâ amittit. *l. 1. §. quæsitum. 15. in pr. D. qui & à quib. manumit. l. fin. C. ad L. Jul. Majest.* Francisc. de Clapperiis *Caus. decis.* 32. *quæst. un. num. 11.* Carpzov. *in Pr. Cr. quæst.* 41. *num. 100. & seqq.* Vide Addit. *ad* Rümelin. *ad A. B. part.* 3. *dissert.* 4. *thes.* 5.]

30. Sed quęritur, *An Fiscus vindicet etiã bona, post condemnationem à Reo læs. Majestatis acquisita?* Aff. *arg. l. 2. C. de bon. proscript. d. l. quisquis. 5. §. fin. C. ad l. Jul. Maj. l. cum filii, 26. §. ult. D. de legat.* 2. Gabriel. *Comm. concl.* 24. *lib.* 7. Boeckelm. *in Vision. disq.*

disq. 4. num. 12. Bocer. *d. tr. c. 3. num.* 40. Harpp. *d.* §. *num.* 100. Dissentit [non sine ratione Alber. Gentil. *disputat.* 4. *ad d. L. Quisquis. Verb. Bona. fol. m.* 73.] Scip. Gentil. *de Conjur. lib.* 1 *cap.* 2. *verb. omnibus bonis.* [Addit. ad Rümelin. *ad A. B. 3. dissert.* 4. *thes.* 6.]

31. *Tertiò*, In Criminalibus causis, *propriè* sic dictis, *Primus est casus*, Quod si Status Imperii delinquāt in territorio alterius Status Imperii; *Quaritur, quid juris?* Variant Doctores; coram Domino territorii conveniri posse delinquentem, verius censeo. Quoniam delictum tribuit jurisdictionem in loco delicti, non attentô ullô dignitatis splendore; Modò pœna non sit corporis afflictiva. Auth. *qua in provincia. C. ubi de Crimin. arg. l. 3. de offic. Prasid.* Vult. *ad l. 1. C. ubi Sen. vel Clar. num.* 48. Simon. Pistor. *cons.* 19. *num.* 29. *vol.* 1. Gail. *de Pignorat. c.* 14. *num.* 3. Reinking. *l.* 2. *cl.* 2. *cap.* 18. *num.* 24. Benè Petr. de Tonduti *de pravent. p.* 2. *c.* 2. *num.* 21. Dissentit, ac judicium Austregarum agnoscere vult Schubhard. *de Austreg. thes.* 5. Aliter dissentit Scipio *lib.* 2. *decis. Camer.* 59. [Ac Mind. *de*

*Proceß.Camer.cap.9.num.*1. Quibus respondet Dn. Stamler. *de Reservat.* §. 37. *per tot.* Vide Dn. Limnæ. *lib.* 9. *I. P. cap.* 5. *num.* 63. Addit. *ad* Rümelin. *ad A.B.* 2. *Dissert.* 1. *thes.* 5.]

32. *Quid si Comes Condominus in Comitatu pro indiviso possesso delinquat?* Condominum in hoc casu nec judicem esse, nec cognitionẽ habere, sed Imperatorẽ adeundũ esse, censeo. Quoniam, individuarum rerum in jure, possessio est individua, ejusvè usus indivisus *l. cum certo.* §. *fin. D. Commod.* Ubi a. Jurisdictio pro indiviso possidetur, neuter eam per se contra Condominum exercere potest. Joh. Petr. Surd. *cons.* 47. *per tot.* Vinc. de Franch. *decis.* 274. Killing. *de Ganerb. disc.* 9. *num.* 1. Dissent. Bocer. *de Jurisd. cap.* 8. *n.* 24. Joan. Aloys. Ricc. *coll.* 2377.

33. *Secundus Casus est:* Quòd si delictum commissum sit contra ipsam territorii Domini personam, Imperatorem adeundum esse censeo. *arg. l. f.* §. 1. *C. ubi Sen. vel Clar. l. ille à quo.* 13. §. *pen.* ibi: *Principale auxilium implorandum. D. ad Senat. Trebellian.* Nemo enim simul Actor & Judex esse potest. *per l. apertissimi*

ſtini.16. ubi Auguſtin. Barboſa. *C. de ju-*
dic. Rümelin. *ad Aur. Bull. p. 2. diſſert.*
1. coroll. 5. lit. C. Fallent. 2. [Dn. Stamler.
dict. §. 37. de reſervat. ſub num. 8. cum
addita modificatione Dn. Fridberg. *ad*
Burgold. part. 2. Diſſert. 20. n. 13. fol. 205.]
Diſſentit Mind. 1. *Proceſſ. cap. 9. num. 1.*
& alii allegati à Limn. *lib. 9. jur. Publ.*
cap. 5. num. 36.

34. *Tertius verò eſt Caſus*; Si Imperii
Status in proprio territorio deliquerit,
Imperatorem, aut cui is hāc cauſam de-
legaverit, judicē eſſe verius eſt. *juxta d. l.*
fin. C. ubi Senat. vel Clariſſ. Ruland. *de*
Commiſſ. part. 1. lib. 2. cap. 3. n. 6. Mind. 1.
proceſſ. cap. 9. num. 6. Schubhard. *de Au-*
ſtreg. concl. 5. lit. a. Dn. Stamler. *dict. §. 37.*
ſub num. 3. Vide Additiones meas ad
Rümelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diſſert. 1. Co-*
roll. 5. lit. C.

35. *Quartus exiſtit Caſus*, ſi Princeps
aut Status Imperii tale delictum com-
miſerit, ex quo capitalis pœna veniat
imponenda, tunc integram cauſam ad
Imperatorem devolvendam eſſe, ut ab
eo determinetur, cenſeo. *pr. d. l. fin. Cod.*
ubi Senat. vel Clariſſ. Et hanc Ordinum

Imperii præcipuã libertatis Germanicæ prærogativam esse judico; Ita enim *in Speculo Suevico* constitutum legimus: **Aber über der Fürsten Leib und über ihr Gesind/soll niemand Richter seyn/dann der König.** apud Goldast. in Reichs-Satzungen. *tom. 1. fol. m.* 37. Caspar. Ziegler. §. *Austregæ. Concluſ.* 3. *num.* 12. *in fin.* Besold. *de jurisdict. Imp. Röm. cap.* 13. Addit. meæ ad Rümelin. *ad Aur. Bull. part.* 2. *differt.* 1. *Coroll.* 5. *in fin.*

36. Verùm quid juris; *Si Imp. Status Subditũ suum extrajudicialiter gravet?* Dist. Si Princeps, *tanquam Magistratus*, vi jurisdictionis subditum gravet, veluti indebita obsequia mandando, insolidas operas exigendo, vel pœnas pecuniarias imponendo, tunc subditus gravatus *Cameram Imperialem* adire potest. *arg. c. concernenti. de Appel. in* 6. R. A. *de Anno* 1594. §. **Wann aber von.** Gail. 1. *Observ.* 120. *num.* 1. Græv. 1. *concl.* 120. *n.* 1. Mind. 1. *de mandat. cap.* 13. *num.* 8. Ac 1. *Proceſſ.* 3. *cap.* 20. *ferè per tot.* [Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 33 *n.* 69. *& seqq.*]

37. Si verò *tanquam Pars*; ut, si lis oriatur *inter Dominum & Subditum Prin-*

cipis

cipis : *Austregæ* Judices erunt ; ne fraus fiat primæ instantiæ. Mynsing. 4. *Observ.* 43. *num.* 3. Roding. 1. *de jurisd. Cam. tit.* 23. *num.* 6. Gail. 1. *Observ.* 120. *num.* 3. Reinking. *p.* 2. *cl.* 2. *cap.* 16 *num.* 28. Præjudicia refert Guiliem. Scipio. *lib.* 1. *decis.* 118. & 120. Casp. Klock. *de Contribut. cap.* 18. *num.* 109.

38. *Limita* prædictam quæstionem, *Nisi* Princeps aut Status Imperii privilegio vel consuetudine obtinuerit, ne aliter à subditis, nisi coram propriis Consiliariis conveniatur. Mynsing. *cent.* 5. *Observ.* 5. Guilielm. Scipio *lib.* 2. *decis.* 8. De quo casu intellige Gail. 1. *Observ.* 1. *num.* 19. Mind. 1. *de Processf.* 17. *num.* 10. Quale privilegium habet Serenissimus Würtembergiæ Dux, quod vide apud Limn. *lib.* 5. *Jur. Publ. cap.* 16. *num.* 12. Quòd si Status Imperii privilegiô Austregarum careat, Ordinarius adeundus erit. Reinking. *lib.* 2. *cl.* 2. *cap.* 16. *num.* 12.

39. *In causis civilibus*, si Princeps vel Status Imperii, Nobilis vel etiam Privatus, Imperii Principem vel Statum convenire velit, *primò* omnium adire

O 5 tenetur

tenetur cujusque Principis ac Status *Austregas* à *Maximiliano I.* Imperatore constitutas, Ihre rechtliche Austräg. [Dn. Limnæ. 9. *Iur. Publ. cap. 5.* Gothlieb ab Hagen. *in Comitiolog. part. 5. fol. m.* 204. *& seqq.* Quô jure Austregarum, etiam Imperii Civitates gaudere, deducit Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imp. lib. 2. cap. 1. n. 55. & 84.*] Austregæ v. nihil aliud sunt, quàm *judices certorum quorundam Ordinum Imperii, coram quibus lites illorum Statuum & controversiæ civiles, proponuntur, & causâ cognitâ, deciduntur.* Schubhard. *in tr. de Austregis. in disput. Basil.* Rümelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 1. Coroll.* ubi meæ Addit. [Latè Dn. Stamler. *de reservat.* § *37. num. 4. & 5.* Friedberg. *ad Burgold. part. 2. dissert. 20. num. 14.*] Horum judicum Austr. octo Vias refert Ordin. Cam. *part. 2. tit. 2. & seqq.* de quibus etiam Mind. *lib. 1. de Proceß. cap. 16. n. 3. & seqq.* Gylman. *tom. 3. Symphor. verb.* Austräg. *Dn. m. Affin. & Pr.* Boecerus *claß. 6. disput. 2. th. 72.* Reinking. *lib. 2. cl. 2. cap. 16.* [Austregarum autem *ratio moralis* in eo consistere videtur, ut Statibus Imperii immediatis,

jus

jus quoque duarum instantiarum tri-
buatur, sicuti cuilibet *Privato* hoc be-
neficium competit. Dn. Stamler. *dict.* §.
37. n. 4. & 5. Dissentit Dn. Knipschilt.
de Civitat. Imper. lib. 2. cap. 33. *num.* 69.
& seqq.]

40. Quòd si *talis Status Imperii im-
mediatus*, jure Austregarũ non gaudeat,
judicem suum *in prima* instantia habet
Cameram Imperialem, vel propter con-
currentiam jurisdictionis, *Aulicum Judi-
cium* den Käiserl. Reichs Hof-Rath / ubi
omnes immediati conveniri solent. Vi-
de Herm. Vult. *ad l.* 1. *C. ubi Senat. vel
Clar.* Mind. 1. *de Process. cap.* 17. *n.* 9. Ste-
phan. 1. *de jurisd. part.* 1. *cap.* 3. *membr.* 3.
num. 25. *& seqq.* Gylman. *tom.* 3. *Symphor.
verb.* Außträg. [Dn. Knipschilt. *de
Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 69. Gra-
vamina Principum Imperii Evangeli-
corum, circa Judicium Aulicum & Ca-
meram Imperii in prætereundis Au-
stregis recenset Fridberg. *ad Burgold dict.
dissert.* 20. *num.* 14. *fol.* 209.]

41. Quid verò agendum, *si Princeps
extraneus*, *Imperii Principem vel Statum
convenire velit*? Et hoc quoque casu *Au-
strega*

ſtregæ judices erunt. *arg. l. 2. l. 5. C. de jurisdict.* Non enim convenit, formam jurisdictionis mutare, ob alterius, in alia provincia degentis, perſonam. *per l. 1. C. ubi in rem act.* Cùm extranei & peregrini non debeant violare leges Patriæ vel mores Civitatis, nec illorum causâ, ſtylus & conſuetudo judicandi invertendus ſit. *per text. in l. cùm de. C. de Epiſcop. & Cler. l. miſſi. 7. C. de exactor. tribut. lib. 10.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap. 253. num. 2 & ſeqq.* Ita in terminis Mind. *lib. 1. de Proceß. cap. 17. num. 11.* Schubhard. *de Auſtreg. concluſ. 4. lit. a.* Rümelin. *part. 2. ad Aur. Bull. diſp. 1. Coroll. 4.* Diſſentit Vult. *ad l. 1. C. ubi Sen. vel Clar. num. 44.*

42. Sed quæritur, *An privilegium hoc primæ Inſtantiæ, ſeu Auſtregarum, etiam Aulæ Cæſareæ jurisdictionem*, **den Reichs Hof-Rath** *reſtringat*: Affirmativa ſententia de jure verior cenſetur. Siquidem *Cæſarea Majeſtas* unà cum Proceribus Imperii, in conſtituenda Auſtregarum forma expreſsè conteſtata eſt, ne Principibus & Statibus Imperii in Jure Auſtregarum præjudicium ullum inferatur.

ratur. Ord. Cam. *2. tit. 4.* §. zum viertten. Rosenthal. *de feud. c.* 12. *concl.* 1. *num.* 35. Schubhard. *de Austreg. concl.* 2. Ziegler. §. *Austregæ. concl.* 1. *num.* 14. Hessische *acta in caus. Marpurg.* Rümelin. *part.* 2. *ad Aur. Bull. diss.* 1. *corall.* 2. Reinking *l.* 2. *cl.* 2. *c.* 16. *num.* 10. Dn. Limn. *lib.* 9. *de Iur. publ. cap.* 5. *num.* 32. Quamvis praxis negativè respondere quandoque velit, [Ac novantiqua querela sit, quòd Principes Imperii, neglectô Austregarum judiciô, per novas Commissiones Aulicas nimiùm onerentur.] Vide Meichsn. 4. *decis.* 4. Et hanc praxin defendat dissentiens Paurm. *de jurisd. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 133. Sed hæc concurrentia inter gravamina Statuum Imperii anno 1613. relata fuit, apud Goldast. *in Polit.* Reichs Händel/ *part.* 25. *c.* 4.

[42. B. Quæritur ulteriùs; *An privilegium Austregarum adhæreat personæ vel patrimonio?* Cujus quæstionis resolutio dilucidationem sequẽtis quæstionis involvit, *An Principes aut Comites Panagiarii non minus gaudeant jure Austregarũ, quàm Principes aut Comites actu regentes?* Id quod meritò *Affirmamus*; Quoniã privilegium

vilegium hoc non est glebæ pretium, sed dignitatis præmium, quod personæ statum, non patrimonii possessorem sequitur. Immediata namq; subjectio, etiã sine territorio consistere potest. Andr. Knichen. *in Velit. apologet. n.* 15. Springsfeld. *de Appanag. c.* 11. *num.* 142. Unde cum Petr. Frid. Mindano scribit Comitiologus: Daß die Fürsten und Grafen deß Reichs/ auch deß Privilegien der Außträg theilhafftig seynd / und wenn Sie schon von ihrer Vätterlichen Fürstenthümer nicht einen Mayerhof besitzen thäten. Mindan. *de Processs Camer.* 1. *c.* 19. *num.* 23. Præjudicium Ducum Saxo Lauenburgensium adducit Gothl. ab Hagen. *dict. tr. part.* 5. *num.* 4. *fol. m.* 409. Et de hac quæstione latiùs, Deo volente, *in tr. de* Appanalogia agendum erit.]

Caput XXI.

De Ditionum Imperii ad hæredes transmissione. Vbi de Principis Primogeniti successione.

1. PRincipes Germaniæ Immediati Regalem dignitatem unà cum Ditionib⁹ suis, in Hæredes transmittunt.

tunt. Quod cùm diversimodè fiat, ideò quędam de *transmissione bonorum illustris* familiæ notabilia subjiciam. 1. In quibusdã Ducatib⁹ & familiis illustrib⁹ sol⁹ *Primogenitus* succedit. 2. Quædam familię, Ducatus aut Comitatus cum *Fratribus* æqualiter dividunt. 3. Aliæ in defectu *Masculorum*, etiam *Filias* ad successionem Ducatus aut Comitatus admittunt. 4. In quibusdã familiis illustribus quandoque in defectu legitimorum hæredum, ex *Pacto hæredes* constituti adsunt.

2. Sanè jus Primogeniturę *æquitati Naturali & Civili* convenire, plurimis comprobari potest rationibus, Nam ordine naturæ *Vnum debere Principem esse*, tradit Beatus Hieronymus *in Can. in apibus. 41. caus. 2. quæst. 1. ubi Barbarosa.* [In cujus fidem audiamus *Herodotum*, patrem antiquitatis. ; *Mos omnium Gentium est, ut Major natu imperium habeat.* Herodot. *histor. lib. 7.* Perseus, Philippi Macedoniæ Regis filius, natu major, Demetrio, fratri, de Regno contendenti, ita regessit: *Regnare utique vis: Huic spei tuæ obstat, Gentium Ius, obstat vetustas Macedoniæ mos.*

niæ mos. apud Livium *histor. lib*. 40. *cap*. 13. Arnisæ. *de Republ. cap. 2. sect. 7. per tot.* Joan. del Castil. *de aliment. cap. 36.* § 1. *num. 26. & 27.* Rationem adducit Rex magnæ Britanniæ *Jacobus* ad filium Henricum: *Si Regna diviseris, discordiarum & bellorum semina posteris relinques; quod huic Insulæ aliquoties accidit.* Rex Jacob. *in Basil. Dor. lib. 2. oper. fol. m.* 160. Rümelin. *ad Aur. Bull. part. 3. Differt. 5. thes. 4.* ubi addit meæ.] Hinc *Galli* quasi proverbialiter dicunt: *Que le Commendement ne se peut partager, sans perdre l'Estat.* Conseill. *d'Estat. part.* 1 *cap. 9.* Belluga *in Spec. Princ. Rubr.* 14. *verb. Veniamus. num. 25. Vbi* Borellus Arumæ. *2. de Republ. cap. 2. sect 7. per tot.* Rusdorff. *in Vindic. Palat. cap. 9. num. 8. &* 12. *& c. 2. num.* 13. latè Dn. Dieterich. *ad A. B. tit. 7. fol. m.* 47.

3. *Primogenituræ Jus ac Primogeniti* successio conspicua est, in familiis *Electoralibus Palatini, Saxonis, Brandenburgici.* Aur. Bull. *tit. 7. & 25. §. decernimus.* Arum. *ad Aur. Bull. disc. 6. th. 33.* Rümelin. *ad Aur. Bull. p. 1. diff. 6. th. 2.* [Dn. Limnæ. *ad A. B. tit. 7.* §. 2. *Obs. 1. & seqq.*

& seqq.] Idem observatur in familia *Austriaca.* Dipl. *Caroli V.* apud Goldast. *p.* 1. *Const. Imp. f.* 89. In *Bavariæ* quondam Ducatu, nunc Electoratu, Henning. Arnisæ. *de Republ.* 2. *cap.* 2 *sect.* 7. *num.* 35. In *Palatinatu* diversarum linearum. Knichen. *de Saxon. privil. verb. Ducum. cap.* 3. *num.* 54. In Ducatu *Brunsvicensi*, ditionis ac Lineæ *Wolfenbittelicæ*, Nicol. Bets. *de Pact. famil. illustr. cap.* 9. *pag.* 521. Auth. Apologiæ *de controv. Primogen. Duc. Brunsvic.* cujus pacti tenorem refert Springsfeld. *de Appanag. cap.* 3. *num.* 63.

4. In Ducatu *Würtembergensi* ex pactis Uraci (dulcissimæ meæ patriæ) primùm, postmodum Mynsingæ erectis *Anno* 1473. & 1480. nec non ab Imperatore *Friderico III. Anno* 1448. & 1492. confirmatis; In deß Graf Eberhards Fürsten Brief amplissimis clausulis ab Imperatore *Maximiliano I.* corroboratis apud Goldast. *in Const. Imp. pag.* 319. Dn. Limn. *lib.* 5. *jur. Publ. cap.* 16. *n.* 10. Idem *in Iuliacensi & Cliviæ.* Nec non in *Lotharingiæ* Ducatibus observatur. Arnis. 2. *cap.* 2. *sect.* 7. *num.* 35. Besold.

 de

de Elect. & *success. lib.* 1. *dissert.* 6. *num.* 10. *Sabaudiæ quoque* & *Pedemontii* Ducatus hoc jus habent, teste Rubeo *conf.* 133. Vide tamen Victor Siri. *nel Mercur. tom.* 2. *lib.* 2. *fol. m.* 609. Aliæ quoque familiæ [Imperii illustres, præcipuè verò inclyta Domus *Ostfrisiæ*] hoc Jus primogenituræ observant, quas vide apud Cothman. *conf.* 1. *num.* 233. & *seqq. volum.* 5. Borcholt. *Consil.* 13. Dn. Limn. *part.* 4. *jur. publ. cap.* 8. *num.* 108. Springsfeld. *de Appanag. cap.* 3. [latè Ego *in Addit. ad* Rümelin. *ad Aur. Bull. part.* 3. *Dissert.* 5. *thes.* 5.]

5. Hoc Primogenituræ jus, cùm familiarum illustrium dignitatem, ac Imperii splendorem, hâc bonorum possessione Unico & quidem Primogenito addictâ, maximè conservet Raudens. *conf.* 1. *num.* 136. Vult. 3 *conf. Marp.* 35. *n.* 20. Arnis. *lib.* 2. *de Republ. cap.* 2. *sect.* 7. *n.* 68. Gail. 2. *Observ.* 153. *num.* 3. Rusdorff. *in Vindic. Palat. cap.* 9. *n.* 12. & *seqq.* Ideò hactenus in aliis quoque Ducatibus introductum est, & in dies usque hodiè introduci solet.

6. Sic jus hoc primogenituræ nuper *Hassiaca* familia tàm lineæ *Darmstadiana,*

diana, quam *Cassellana*, recepit. [Et hoc vigore deß Casselischen und Darmstadischen Haupt-Accords. teste Dn. Reinking. 1. *Class.* 4. *c.* 17. *n.* 35. Imò ipsa Linea Hasso-Casselana jus Primogenituræ jam *Anno* 1627. Vermög eines brüderlichen Erb-Vergliechs ac ipsam successionem Principi primogenito detulit, quæ à Cæsarea Majestate *Anno* 1628. Pragæ confirmata fuit. Sicuti constat ex documentis allegatis in dem Gegen-Bericht der differenzien zwischen Landgraf Ernsten und Landgraf Wilhelm. *n.* 5. & 17.] Ac quò jus hoc firmiori fundamēto nitatur ac inviolabiliter custodiatur, *Pace Osnabruggensi* confirmatum fuit. *per Instrum. Pac. art.* 15. §. *fin.* Simili modò *Duces Megapolitani* tam lineæ Gustroviensis quàm Suerinensis primogenituræ jus introduxerunt, teste Reinking. 1. *cl.* 4. *cap.* 17. *num.* 34.

7. Quæritur autem; *An jus primogenituræ juri Feudali Lombardico quodammodo consentaneum sit?* quod *Affirmo*; si quidem hoc jus Lombardicum Ducatum dividere prohibet. §. *prætereà.* 2. *feud.* 55. Canonizatus. *in. c. licet. de Votis.*

Quod hisce versiculis expressit *Guntherus*:

Marchia seu Comitis Possessio, sive Ducatus
Integra permaneat: Feudalia cætera multis
Participanda patent.

Gunth. *in Ligurin. lib. 8.* Vultej 1. *feud. c. 8. num. 36.* Dn. Bocer. *de success. in feud. c. 3. quæst. 48. in fin.* Cothm. *Cons. 3. vol. 4. per tot.* [Balzeran. *ad dict.* § *præterea, num. 11. & seqq. lib. 2. F. 55.* Addit. meæ *ad* Rümelin. *ad Aur. Bull part 3 Dissert. 5. thes. 4.* Limnæ, *ad A. B. tit. 25. in pr. Observ. 3.* Vide omninò Arnisæ. 2 *c. 2. sect. 7. num. 62. & seqq.*] Dissentit latè Springsfeld. *dict. tr. cap. 5. n. 15. & seqq.* Dn. Dieterich *ad A. B. tit. 7. fol. 95.*

8. Sanè Pater, vel consortes familiæ, jus Primogenituræ introducere nequeunt propriâ authoritate, sed necesse est, ut id fiat, I. Prævia communi *Ordinum* Provinciæ deliberatione ac *consensu*, **auff einem Land-Tag.** [Quoniam hic igitur de Domini mutatione. Bets. *de pact. famil. cap. 9. fol. 706*] II. Ut fiat *nondum natis liberis.* [Ne illis, quibus per nativitatem jus quæsitum est, præjudicetur. Limnę. *4. I. P. cap. 8. num.*

num. 121. Castillo *de aliment. cap.* 36. §. 1. *num.* 43.] III. Quò omnibus ex illustri familia natis & nascituris *de alimentis* ihrem Stand gemäß prospiciatur. [Castillo *dict. tr. cap.* 36. §. 1. *num.* 45.] IV. Ut Primogenituræ introductio ab *Imperatore confirmetur*, in Comitiis præcipuè publicis, scientibus Imperii Ordinibus. [Additiones *ad Rumelin.* 2. *Dissert.* 5. *thes.* 8. *lit.* C. Besold. *Consil.* 148. *num.* 40.] Ut *Juramento* paciscentium roboretur. [Bets. *dict. cap.* 9. *f.* 712. Præjudicium refert Springsfeld. *de Appanag. cap.* 5. *num.* 56.] Hæc & alia requisita Vide apud Nicol. Bets. *de pact. famil. illustr. fol.* 709. Rosenth. *de feud. c.* 7. *concl.* 26. Reink. 1. *cl.* 4. *cap.* 17. *num.* 67. Springsfeld. *dict. tr. cap.* 5. *per tot.* Ludov. Molina *de primogen. lib.* 2. *c.* 7. Ubi, *Gilman. de la Motta.*

9. Primogenitum voco, *Primum in ordine nascendi*; qui natu maximus est ex liberis ejus, qui ultimò regnans decessit. *c. prior. de Reg. Jur. in* 6. Tiraquell. *de Jur. Primogen. quæst.* 1. Vocatur aliàs *Caput familiæ*, à Gallis verò, *Chef des noms & des armes.* Johan. Grivel. *decis. dolan.* 146.

num. 14. *& seqq.*] Dicitur autem Primogenitus, qui nativitatis, non successionis tempore, prior natus est. Fr. Vivius *decis.* 502. *num.* 1. Andr. Capan. *de vita & milit. quæst.* 9. *num.* 62. *ac quæst.* 17. *num.* 1.]

10. Hoc jus Primogenituræ in Principe Patre radicatum; *in Filium* momentaneè transmittitur, ac in instanti vires exerit. Molina *de Primogenit. Hisp.* 3. *cap.* 6. *num.* 30. Franc. Niger. Cyriac. *controv. forens.* 312. *num.* 53. *& seqq.* [Acquiritur namque jus primogenituræ, ipsô nativitatis momentô, & statim, ceu jus aliquod momentaneum, ac quoad jus succedendi, effectum suum in juris puncto habet, etiamsi executio differatur. Engelbrecht. *de success. Elect. thes.* 23. *& seqq.* Lazar. Fœmit. *de moment. tempor. jur. cap.* 24. Dn. Dieterich. *ad A. B. tit.* 7. *fol.* 40. Capan. *dict. tr. de vita & milit. quæst.* 9. *num.* 60.]

11. Hinc Princeps Pater, *per dispositionem Testamentariam* filio Primogenito hoc jus auferre, aut de eo quidquam disponere nequit; *arg.* §. *donare.* 2. *F.* 9. *cap. unum. pr.* I. *f.* 8. *cap. quæ ad perpetuam. caus.*

cauſ. 25. q. 5. Quod latè deducit acutiſſimus Senatus Pedemontani Præſes Joan. Anton. Bellon. *conſil. 55. per tot.*

12. Quoniam Primogenituræ jus non beneficiô Patris, ſed naturæ & legis provenit; Nec hæreditariô, ſed gentilitiô jure defertur; Idcircò nullô modô à Patre mutari aut alterari poteſt. Molin. *de Primog. lib. 1. cap. 8. num. 20.* Goldaſt. *3. de Major. cap. 16. in pr.* [Ea autem, quę non à Patre, ſed à genere, tribuuntur, ſemper familiæ integra ac incolumia permanere debent. *per l. Eum qui. 3. D. de interdict. & relegat.* latè Joan. Igneus *ad l. ſi de pluribus. num. 44. D. ad SCt. Syllan.* Joan. Mar. Vermigliol. *conſil. crim. 51. num. 1. ac conſil. 57. num. 1.*] Unde Caſſiodorus ſcribit: *Filius obligationibus paternis, ſi non ſit Heres, exuitur.* Aur. Caſſiodor. *libr. 4. Reſcript. var. 10.* Coler. *de Jur. Imper. concl. 51.* Rümelin. *ad Aur. Bull. p. 1. diſſ. 6. concl. 6.* Ac quod ex hoc juris primogenituræ ademptione, bellici motus exorti fuerint, varia exempla Imperii recenſet Lauterbach. *in Chriſt. Polit. cap. ult. num. 128.* [Ita in terminis quoque Paul. Jord. Urſinus *de*

succeß. feud. part. 1. quæst. 6. art. 1. num. 28. Dn. Besold. *de Elect. & succeß. lib. 1. dissert. 4. num.* 19. Arnisæ. *2. de Republ. cap. 2. sect. 8. num. 58.* Dn. Dieterich. ad A. *B. tit. 7. fol.* 100.]

[12. B. Hoc tamen observandum est, quòd *Princeps* Imperii primogenitus juri suæ primogenituræ renunciare possit. *per cap. quàm periculosum. caus. 7. quæst.* 1 Sicuti *Esau* primogenituræ renunciavit. *Genes.* 25. Tiraquell. *de jur. primogenit. quæst. 24. num.* 22. Cacheran. *decis.* 100. *num. 40.* latè Paul. Gallerat. *de Renunciat. cent. 1. quæst. 52. num.* 1. Modò hoc fiat verbis expressis & actu consensum expressum probante. Bets. *d. pact. famil. cap. 9. fol.* 469. Besold. *dict. tr. Dissert. 4. num. 20.* Ita *Henricus* Dux *Brunsuicensis & Luneburgensis*, Primogenitus, in favorem fratris secundogeniti Ducis *Wilhelmi Anno 1569.* 13. *sept.* Ducatui & successioni renunciavit, additô pactô & stipulatione, de non nubendo. Acta *Bruns. in caus. Iur. Primog. Anno* 1635. *lit. K. & L.* Vide quoque Dn. Limnæ. *ad A. B. tit.* 7. §. 2. *Observ.* 8.]

13. Sed Quæritur, *An Primogenitus*

hnic

huic Iuri renunciare possit, si hoc in alterius quàm renunciantis, veluti filii, præjudicium tendat? Quod negatur. Quoniam nemo potest disponere de *Jure Tertii*, sine illius consensu; atqui Filius jus radicatum habet ex primigenii institutione, ac Principatus Authore seu primo acquirente. *l. si cum. 7. C. locat.* Tiraquell. *de Primog. quæst. 26. num. 4. & quæst. 30. num. 9.* Bets. *de pact. famil. illustr. c. 9 fol.* 470. *& f.* 667. Rümelin. *part. 1. ad Aur. Bull. 6. conclus. 7.* Kirchov. *Consil. 1. num. 8. tom. 2.* Cothman. *Consil. 14. lib. 3.* Dn. Dieterich. *ad A. B. tit. 7. fol.* 100. [*An autem Princeps Primogenitus in favorem Tertiogeniti, omissô secundogenito, juri Primogenituræ renunciare possit?* Dubitatur; Sicuti hoc disputat, & negat Tiraquel. *dict. tr. de jur. Primogen. Quæst. 27.* Paul. Gallerat. *dict. tr. de renunciat. cent. 1. quæst. 52. num.*]

14. Aliud sequitur dubium; *An Parens Imperii Status, filium jure Primogenituræ, aut parte Provinciæ, ex causa exhæredationis legitima, privare possit, juxta Novell. 415. c. 3.* Negativa sententia verior est: Feuda enim Imperii Majora, scilicet

dignitatis & Titulata, sunt ex pacto & providentiâ; Ast à feudis omnis testandi facultas exulare debet. *per princ.* 1. *Feud.* 8. *&* 9. Rosenthal. *de feud. cap.* 7. *concl.* 10. *&* 22. *num.* 2. Besold. *de Elect. & success̃. lib.* 1. *dissert.* 2. *num.* 24. Ruding. *controv. feud. lib.* 1. *cap.* 14. Dn. Bocer. *de success. feud. c.* 1. *quæst.* 3. [Springsfeld. *de Appanag. cap.* 3. *num.* 184. Andr. Capan. *de Vita & milit. Q.* 13.]

15. Quod tamen *Limitatur*; Nisi filius tale delictum commiserit, propter quod etiam *in Curia Domini* indignus starct, *per c. An ille qui.* 37 *feud. lib.* 2. Zas. *de feud. p.* 8. *num.* 8. Borch. *de feud. cap.* 7. *num.* 61. Schneidew. *de feud. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 26. [Besold. *de elect. & success. lib.* 1. *Dissert.* 2. *num.* 24.]

16. Quod si Primogenitus Imperii Princeps, ipsô feudô privari jure mereatur, Filius tamen ejus, aut Proximus Agnatus legitimus, pro indigno non reputatur, sed ad feudum nihilominus aspirare potest, ac in eo successionem legitimam obtinere debet. *per l. eum, qui.* 3. *D. d. interd. & releg. ac per cap. un. lib.* 2. *feud.* 98. Mynsing. *resp.* 44. *dec.* 5. *n.* 44. latè Rosen-

Rosenthal. *de feud. cap.* 11. *concl.* 5. *n.* 1. Bets. *d. tr. p.* 483. Ruding. *cent.* 2. *contr. feud. c.* 20. Gail. 2. *Pac. Publ. c.* 13. *n.* 17. Unde notabiliter scribit Horatius Montanus: *In feudis antiquis ex pacto & providentia, non hereditariis, Agnati habent jus formatum vivente Agnato, qui feudum tenet ex vi primæva investitura, per ordinem tamen temporis, uni post mortem alterius competens.* Horat. Montan. *controvers. forens. cap.* 6. *n.* 3. [Merckelbach. apud Klock. *Consil.* 19. *n.* 21. *vol.* 2. Rusdorff. *in Vindic. caus. Palat. cap.* 22. *per tot.* Quod latiùs deduxi *in Appanalog. cap.* 28.] Quamvis aliter sentiant Merend. *lib.* 6. *controv. cap.* 1. Hartm. Pistor. *lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 9. Adelsreut. *in Refut. Rusdorff.* Quemadmodum & nupera Exempla Imperii Romano-Germanici contrarium demonstrare videbantur. Ast quales fructus Imperium Germanicum exinde collegerint, effectus satis lugubris docuit. Vide Petræ. *concl. crim.* 235. Bocer. *in Quat. Quæst. de mod. amitt. feud. q.* 3.]

17. In Provinciis, ubi Primogenitura viget, *Primo natus* patri solus [in

toto

toto Ducatu aut Comitatu integraliter] succedit; Exclusis à successione reliquis fratribus Ultragenitis. Unde dicunt Doctores, *Primogeniti legitimam esse, totum Principatum*; Vinc. de Franchis *decis.* 287. *num.* 4. Tiraquell. *de Primog. quæst.* 5. *num.* 1. Surd. *cons.* 427. Rosenthal. *de feud. cap.* 7. *concl.* 13. *num.* 2. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 2. Riccius *in collect. decis.* 2378. Ego in Appanalog. *c.* 3. *num.* 13.

18. Hinc Primogenito (unà cum Ducatu, Comitatu, Pagis & territorio,) cedunt quoque *Provinciæ Accessoria*, veluti Annui reditus, fructus pendentes, feræ bestiæ, equi generosi, greges, nomina debitorum, alia item provinciæ emolumenta. *arg. l. fructus.* 44. *D. de Rei Vindic. l. item.* 9. §. 5. *l. usufructuarium.* 62. *in pr. D. de Vsufr.* Schrad. *part.* 2. *de feud.* 9. *part. pr. sect.* 3. *n.* 49. *ac consil.* 3. *n.* 399. D. m. Pr. Bocer. *de success. feud. c.* 3. *q.* 50. *& seqq.* Barschamp. *de clausul. cap.* 27. *n.* 33. *& seqq.* Palatia item, Bombardæ, **Artollery/ Kriegs-Rüstung** ac quæcunq; ad publicam provinciæ utilitatem, & familiæ splendorem destinata sunt. *arg. l.*

cætera.

cætera. 41. *§. quod ergo.* 12. *D. de legat.* 1. Vult. *de feud. cap.* 5. *num.* 4. Schrad. *d. tr. p.* 9. *c.* 4. *num.* 91. Roſenthal. *de feud. c.* 7. *concl.* 47. *n.* 15. Vide Appanalog. *c.* 30. & 31.

19. Cùm is viciſſim etiam teneatur ex omni obligatione, & ære alieno, à Prædeceſſore ſub nomine dignitatis contracto. *Pac. Conſtant. in pr. v. hoc quod. v. amplius. c.* 1. *de Probat. c. quia juxta.* 16. *q.* 1. Tiraq *de Primog. q.* 35 *n.* 20. Pruckm. *conſ.* 1 *vol.* 2. Bocer. *d. c.* 3. *quæſt.* 54. Reinking. 1. *cl.* 3. *c.* 16. *num.* 8. *& ſeqq.* Caſpar. Klock. *conſil.* 30. *n.* 133. *vol.* 2. Dn. Tabor. *tr. de obligat. ſucceſſ. in offici. Vbi Limitationes.* Latiſſimè Ego *in Nomolog. cap.* 14. *per tot. ac in* Appanalog. *cap.* 27.

[19. B. Et hoc verum quoque obtinet in Principibus Imperii Eccleſiaſticis. Hinc Epiſcopi aut Abbates Imperii, in utilitatem aut neceſſitatem bonorum Eccleſiæ aut ſub nomine Dignitatis contrahentes, æquè ſucceſſorem in officio obligant, *per cap.* 1. ibi: *pro Eccleſiæ neceſſitate, X. de ſolut.* Gylman. 2. *Deciſ* 51. *num.* 22. *&* 27. latè Nomolog. *cap.* 10. *num.* 8.] Quæritur autem *An Prin-*

ceps

ceps Imperii Antecessoris sui promissionem de investiendo Barone in quibusdam locis & pagis, ad effectum ducere obstrictus sit? [Et hoc affirmamus *per cap. un. §. moribus; si de feud. def. content. lib. 2. F. 26.* Princeps enim Imperii succedit in officio & dignitate, ideò ea, quæ sunt de dignitate & natura officii, etiam præstare obligatur. Dn. Bocer. *de investit. cap. 5. num. 15.* Gothofr. Anton. *per rationes dubitandi & decidendi de feud. disput. 7. thes. 1. lit. E.* Vide Nomolog. *cap. 15. num. 1.* Quod *Limitatur* in Episcopo aut Abbate. Dn. Oth. Tabor. *de Obligat. success. c. 5. num. 19.* Nomolog. *d. cap. 15. num. 2.* Klock. *consil. 4. num. 73. & seqq.*]

20. Quæritur etiam; *An Reliqua quoque mobilia, ut Vasa aurea & argentea, thesauri, Vinum, & id genus alia ad Primogenitum solùm pertineant? Et hoc æquè Affirmatur.* Quod enim Princeps; ut Princeps, adquirit, Successori in Principatu, non patrimonialibus hæredibus debetur. *arg. l. quod Principi. 59. D. legat. 2. l. 1. in pr. D. de jur. fisc.* post plures Schrad. 1. *cons. 3. n. 391.* Vult. *d. c. 5. num. 4.* Rosenthal. *d. conclus. 47. num. 15.* Dn. Bocer. *d. cap.*

cap. 3. *Quæst.* 49. Vide Springsfeld. *de Apanagio. cap.* 11. *num.* 255. Hinc cum *Don Petrus Medicæus*, frater minor, locupletissimi thesauri Medicæorū familiæ divisionem à fratre *Ferdinando I.* Magno Duce Etruriæ peteret, Commissarii *Pontificis*, & Regis *Hispaniæ* singulari decisione eam ipsi denegarunt, cum ipsius quidem summa indignatione, ast optimo jure. Vid. etiam Bets. *de Pact. fam. Illustr. pag.* 730. Et Ego *in Appanalogia. cap.* 12.

21. Cùm autem Ducatus vel Provincia sæpissimè incrementa accipiat, ideò dubitatur; *Quid juris in bonis allodialibus, Dynastiis, pagis, villis, à Patre nuper acquisitis?* Et hæc bona primogenito cedere, verius censeo, modò Ducatui sint unita. **Wann sie der Kammer einverleibt.** Quoniam incorporatio omnia complectitur & facit unum corpus. *l. ex facto.* 35. §. *rerum. D. de hæred inst. l. item.* 13 §. *fin. D. de petit. hæred.* Georg. Everhard *consil.* 44. *Quæst.* 1. *vol.* 2. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 3 *num.* 1. *& seqq.* Dassel. *cons.* 3. *num.* 11. *& seqq.* [Addit. *m. ad Rumel. ad A. B.* 3. *Dissert.* 5. *thes.* 6.

Springs-

Springsfeld. *de Apanag. c.* 11. *num.* 258. laté Egò in Apanalog. *c.* 7. *n.* 31. *&*. 32.] Joh. Bapt. Larrea. *allegat. fiscal.* 10. *n.* 23. *& seqq.* Dissentit Bets. *de pact. famil. Illustr. fol.* 629.

Caput XXII.

De Principibus Imperii Ultragenitis, von den abgetheilten Herren.

I. CÆterum, dum Primogenitus Imperii Princeps [integrum Ducatum cum omnibus pertinentiis, pro sua Legitima primogeniali cæpit, ex lege Naturæ quoque obligatur,] cæteris *fratribus* ex Ducatu aut Comitatu *condecentem Provisionem* annuam pro sustentatione legitima constituere; quæ communi nomine *Apanagium* vocatur; Ut & *Sororibus* illustribus *certam dotem* dare & solvere *arg. l. necare.* 4. *cum l. seq. D. de agnosc. lib. l. cum ratio.* 7. *D. de bon. damn.* [Ita constituente Imperatore *Carolo IV. in A. B. tit.* 25. §. *fin.* in verbis: *Princeps Primogenitus apud alios fratres & sorores se clementem & pium exhibe-*

exhibebit, continuò, juxta datam sibi à Deo gratiam, & juxta suum beneplacitum, & ipsius patrimonii facultates. Quem textum latius resolvi *in tr.* de Appanalog- *cap. 23. num. 17. & seqq.*] Arnisæ. 2. *c. 2. sect. 9. num. 27.* Bets. *d. tr. fol.* 501. 340. *& seqq.* Merlin. *d. tr. 2. tit. 1. quæst.* 3. Springsfeld. *de Appanag. per tot.* [Et Ego latiùs *in d. tr. per tot.* Dn. Limn. & Dn. Dieterich. *ad Aur. Bull. tit. 25. §. final.* Sanè appanágia magno Principum bono, potentiæ illustris conservandæ causâ, in Imp. Germ. introducta fuisse, tradit Springsfeld. *de Appanag. cap.* 1. Burgold. secund. *in Not. Imper. part.* 1. *dissert. 20. num. 19.*] Appanagium autem pro modo facultatum ac redituum Ducatus, *ex boni viri arbitrio* decernitur [& constituitur, maximè in pii & discreti Principis primogeniti arbitrio consistens.] *arg. l. siquis. 5. §. 10. & 19. D. de agnosc. lib.* Ludov. Molina *de primog. Hisp. lib. 2. c. 15.* Gilmon. de la Mota. *ibi in add. n. 6.* Springsfeld. *de Appanag. cap. 8.* Menoch. *consil. 411. n. 8. & 9.* Nati enim ex familia illustri *magnificè* sunt tractandi, **ihrem Stand gemäß.** Quo dignitatem

ſuam ſartam rectam tueri queant, ac quò familiæ ſplendor conſervetur. *l. tutor. 13. in pr. D. de admin. tut.* Bets. *d. tr. fol. 607.* Merlin. *d. tr. q. 3.* Roſenthal. *d. lib. num. 11.* Rusdorff. *in Vind. Palat. c. 5. m. 36.* Id quod Germani vocare ſolent **eine Fürſtl. Abfindung/ Ein Fürſtliches** Deputat. Althus, *in Politic. cap. 19. num. 83.* Galli, *un Appennage.* Tiraquell. *de Primogen. quæſt. 21.* Itali, *Vita e Milizia.* Vide Marta. *in Dig. noviſſ. part. 4. Tit. Vita & militia.* & Springsfeld. *de Appanag. cap. 1. num. 18. & ſeqq.* Capan. *tr. ſing. de Vita* & *Milit. Quæſt.* 1.

3. Hæc proviſio conſiſtit, juxta morem regionis, quandoque *in Pecunia numerata*, ac certa annua penſione: **Da ein gewiß einkommen von der Rennt-Cammer Jährlich / und gemeiniglich an Frucht / Wein und Gelt gelieffert wird.** Reuſner. 1. *Deciſ. 5.* Arniſ. *d. ſect. num. 28.* [latè Appanalog. mea *cap. 11. per tot.* Ubi ſub *num. 24.* latè diſputatur; *An Panagium neceſſariò in Dynaſtiis conſtituendum ſit?* Quod communiter *Negatur. per A. B. tit. 25. §. fin. ibi: ad beneplacitum.* Hect. Capyc. Latro *deciſ. 176. num. 40.* Andr.

Capan.

Capan. *de Vit. & milit. Quæst. 37.* Dissentit Argentræ. *tr. sur les partage Nobles. Q. 39.* Arnisæ. *2. de Republ. cap. 2. sect. 9. num. 28.*]

4. Quandoque certa portio feudi Regalis, veluti *certæ Præfecturæ* etliche Aempter assignantur: quam tamẽ tenent, non ut *superioritatem* in ea exerceãt (nisi aliter conventum sit) sed eo solùm titulo, quô Viduæ illustres sua dotalitia, tenent ihr Widdum/ sc. ut certos reditus annuatim inde percipiant. Hotom. *in Francog. cap. 8. & 9.* Springsfeld. *dict. tr. cap. 1. num. 47.* Arnis. *d. loc. num. 38.* Jurisdictione territoriali in hisce districtibus *Primogenito* integrâ manente. Cothm. *cons. 3. num. 198. vol. 4.* Vult. *3. cons. Marp. 35. num. 64.* Georg. Ritter. *de homag. posit. 85.* [Moles. apud Capan. *de vita & milit. in Quæst. addit. penult. fol. 240. num. 8.* Hinc *Galliæ Rex*, in concedendo appanagio, *duo* excipere & sibi reservare solet; *Les Cas Royaux & La Souurainitè.* Hoc est, Lites primæ regiæ cognitionis, Deinde supremum Dominatum. Choppin. *de Doman. lib. 2. tit. 6. num. 1.* Loyseau. *de grands signeur. cap. 5. num. 67.*]

 5. *Hanc*

5. Hanc provisionem Secundogeniti accipiunt non ut legitimam, Rosenth. *de feud. cap. 7. concl. 26.* Sed ut *alimenta*, quæ tanquam onus feudale, Primogenitus, reliquis fratribus præstare tenetur. Vincent. Franch. *decis.* 61. Merlin. *de legitim. d. tr. 2. tit. 1. quæst. 2. num. 13.* Springsfeld. *dict. tr. c. 11. n. 57. ac c. 12. passim.* [Quoniam appanagium non jure successionis, sed jure & modò provisionis assignatur, & quidem ad modum usus fruct⁹, omni alienandi potestate exclusâ, ac semper salvô manente jure reversionis & consolidationis cum domanio, in casu, quô frater Panagiarius absque legitima prole mascula decesserit. Choppin. *de doman. lib. 2. tit. 3. n. 2. & 7.* Carol. Tapia *decis. 44. num. 7.* Unde benè scribit Bernard de La Roche Flavin: *Les Enfans Puisnez de France ne peuuent quereller ou demander certain legitime ou cottepart, leur estre deüe en la successiondu Roy leur Pere; mais seulement provision par leur Vie et entretien, à la volentè & arbitrage du Roy Pere.* La Roch. Flav. *tr. de Parlament. lib. 13. cap. 24. n. 1.*]

6. Sanè hoc loco, quæritur; *An in appanagio jus primogenituræ locum habeat?* Quod

Quod *Negamus*. Appanagium enim Postgenitis assignatur pro debita & decenti sustentatione. D'Argentrè *in oper. tr. des partag. de Nobl. quæst. 6.* At in alimentis, jus Primogenituræ neutiquam locum habet, sed ea æqualiter inter filios distribuenda sunt, ut quisque suâ parte separatim fruatur. text. *in l. Lucius. 38. ibi non amplius sua portione. D. famil. excisc.* Surd. *de aliment. tit. 4. q. 23. n. 1.* Springsfeld. *d. appanag. c.* 11. *n.* 43. [Ac in illis, quæ deferuntur, non jure successionis, sed aliô quodã & quidem particulari titulô, nullum præcipuum, nullavè prærogativa locum habet; Cùm ea debeantur, tanquam liberis, non tanquam heredibus. Georg. Lovet. *in Notab. Arrest. lit. D. Arrest. 44. in not. lit. A.* Molin. *ad Consuet. Ameal. art.* 184. Præjudicium adducit Besold. *de E. & S. lib.* 1. *dissert.* 5. *num.* 15. Ego latè *in Appanalog. c. 23. n. 11.*] Dissentit Cevall. *Comm. opinio. Q. 780. num.* 29. Quod tamen *limitatur*, nisi observantia familiæ illustris, aut pacta conventa aliud velint. Id quod comprobat Auth. Apolog. *pro Duce Brunsv. Aug. lun. lit. E. fol.* 190.

7. Sanè exinde sunt qui deducunt, quòd si familia illustris *in ampliorem numerum* creverit, Primogenitus vel actu Regens, *Nepotibus* ac omnibus ex familia descendentibus, aliqualem sustentationem hanc, **ihren Antheil/** *Nepotibus* item dotem cum annexis, **die Fräulein-Stewr sampt der Außfertigung** ex Ducatu decenter subministrare, aut si unus ex familia bello capitur, redemptionis pretium solvere obligatus sit. [*arg. traditorum* Anton. de Padilla *ad Rubr. C. de fideicommiss. num.* 5. Monter. à Cueva *decis.* 16. *n.* 37. Kirchberg. *de feud. ex pact. & provid. c.* 1. *num.* 20. *& c.* 3 Gallerat. *de renunciat. cent.* 1. *cas.* 50. *sub num.* 10.] Nisi aliter scilicet pro se & filiis conventum fuerit. Mastrill. *decis.* 85. Cothman. *vol.* 4. *consl.* 3 *&* 4. *pass.* Vide Fab. de Anna *consil.* 4. 5. *&* 6. Bets. *dict. tr. cap.* 10. Capan. *de Vita & milit. Quaest.* 22. [Quam tamen assertionem variis *declarationibus* resolvi *in tr.* de Appanalog. *cap.* 23. *num.* 14. *& seqq.*]

8. Principes autem Ultrageniti in Imperio Romano-Germanico, etiamsi de Principatu vel nullam, vel minimam,

mam, partem adepti fuerint, nihilominus *Principes Imperii* sunt, ac totius Principatus titulum retinent. Rosenth. *de feud. cap. 8. concl. 56. num.* 16. Bets. *de pact. famil. illustr. cap* 8. *fol.* 341. privilegiis *primæ Instantiæ* gaudent. Mind. I. *de Process. cap.* 19. *num.* II. *&* 23. Schubhard. *de Austreg. concl. 3. lit. h.* Cæterisque Imperii Constitutionibus utuntur, fruuntur. Knich. *de jur. territ. cap.* I. *num.* 28. Ritter. *de homag. num.* 85. [Besold. *de Elect. & Success. lib.* I. *dissert. num.* 13. Secus quàm olim in Germania moris erat, **da der jenige/ so unter den Brüdern das Fürstenthumb bekommen/ ein Reichs-Fürst: Die übrige Brüder aber/ schlechthin Fürsten und Fürstengenoß genant seynd worden** Specul. Saxon. *lib.* 3. *art.* 59. Dn. Dieterich. *ad A.B. tit.* 7. *fol.* 96. De quo latiùs Ego *in Appanalog. cap.* 29. *n.* 7.].

9. Si ex defectu lineæ primogeniti, Ultragenitum, successionis habitũ in actum producere contigerit, Princeps Ultragenitus regimen *sine ulla Speciali Imperatoris creatione, aut principalis tituli collatione adipiscitur.* Nolden. *de Nobilit. th.* 43. *lit. f.* Dn. Bocer. *de Qualitat. feudor.*

dor. cap. 3. num. 19. Reinking. I. *cl. 4. cap.* 17. *num.* 87. Springsfeld. *de Appanag. cap.* 11. *num.* 91. Vide Paschal. *de patr. pot. part. 4. cap. 1. num. 52.*

Caput XXIII.
De æquali Principum Imperii Successione.

1. PLurimæ in Imperio Rom. German. familiæ, maximè autem Comites Imperii, *Masculos pari passu & æquali jure* ad successionem in Comitatu, aut Dynastiis, admittunt; adeò ut & titulata seu majora Imperii feuda *familiæ erciscundæ judicium subeant. Dd. in* §. *præterea.* 2. *f.* 55. *Et* §. *omnes.* 2. *feud.* 20. Cothman. *consil.* 3. *num.* 5. *& seq. vol.* 4. Gail. 2. *Observ.* 153. *num.* 2. latè Rosenthal. *de feud. c. 9. concl. 56. per tot.* Imitantes in hoc puncto ex parte jus civile, quod parentum hæreditatem liberis ex æquo addicit; *l. cum ratio. 7. D. de bon. damnat. auth. in successione. C. de suis & leg.* Forster. *de success. ab intest. lib. 4. c. 1.* Schneidew. & Harpprecht. *ad pr. I. de success. ab intest.*

2. Ata-

2. Attamen hæ illustres Imperii familiæ, diversum dividendi modum observant. *Quidam* enim fratres illustres, Comitatus suos dividunt tàm *quoad* bona, administrationem & dominum, quàm *quoad* Regalia & jurisdictionem, adeò ut quilibet partem suam capiat, nec alter in alterius portione aliquid juris habeat. Wesenbec. *cons.* 151. Goldast. *de major.* 1. *cap.* 21. *num.* 7. Rosenth. *de feud. cap.* 9. *conclus.* 96. *in add. marg.* latè Knichen. *de Saxon. non prov. jur. V. Ducum. cap.* 3.

3. *Quidam* administrationem & emolumentorum perceptionem dividunt, *Regaliorum* & Jurisdictionis substantiâ apud omnes *in solidum* permanente. Exemplum *in Ducatu Saxoniæ Wimariensi*, refert Wesenbec. *cons.* 32 *n.* 8. Vide Reinking. 1. *cl.* 4. *c.* 17. *num.* 24. Limn. 4. *jur. Publ. c.* 8. *num.* 123.

4. *In quibusdam* Imperii familiis consuetum est, *duobus natu maximis fratribus* concedere Administrationem, cæteris fratribus, mediante certâ annuâ assignatione à gubernatione seclusis. Uti apud *Landgravios Hassiæ* olim, ac apud

Comites Waldecciæ uſitatum fuiſſe tradit Bets. *d. tr. pag.* 342.

5. *Quidam* divisâ territorii commoditate, *in Seniorem* ex familia transferunt exercitium jurisdictionis, cum quodam emolumento. Roſenthal. *de feud. c. 7. concl. 56. num.* 131. Limnæ. *d. c. 8. n.* 12. Vide Springsfeld. *dict. tr. cap. 2. num.* 21.

6. In Principatuum & Comitatuum diviſionibus, plurimum tribuendum eſt *pactis familiæ*; Nec non *conſuetudini provinciæ*; Inprimis verò *voluntati paternæ*, quæ ſi æqualiter cuique filiorum ſuam portionem aſſignat, utique ſervanda erit. *arg. l. ſi filia.* 20. *§. ſi Pater. 3. D. famil. erciſc.* Sanz. Morquech. *de diviſ. bon. lib. 4. c. 3.* Anton. Fab. *3. Cod. 25. defin. 4.* Gail. *2. Obſerv.* 116. [Attamen ad familiæ dignitatem & memoriam conſervandam, multò conſultius eſt, ut Pater illuſtris ab ulla Ducatus diviſione abſtineat. fusè Oldrat. *conſil.* 94. Unde pulchrè *D. Bernhardus* in epiſtola, de rei familiaris cura, ad Raymundum militem de filiis conſulens, ita ſcribit: *Filii, mortuo patre, quærunt diviſionem; Si Nobiles*

les sunt, melior est sæpè per mundum dispersio, quàm hæreditatis divisio, referente Anchor. *ad cap. licet. num. 12. X. de Voto.* Petr. Jord. Ursin. *de Success. feud. part. 2. Q. 2. art. 3. num. 13.*]

7. Quæritur autem; *An Pater Imperii Princeps, in hisce feudis Imperii divisibilibus, uni filiorum præ alio gratificari, ac testamento suo, plus quam reliquis assignare possit.* Quod communiter & regulariter *Negatur.* Quoniam nulla Ordinatio ultimæ voluntatis in feudo valet. *arg. §. item si fuerint. 1. f. 5. §. & quia.* 1. *f.* 1. Bets. *d. tr. f.* 504. Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 3. num. 4.* [Adeò, ut secundum Feudistas Princeps Vasallus, ne quidem *Candelam* pro anima ex feudo per testamentum relinquere possit; Sicuti scribit Andr. de Iserna *ad cap. 1. An agnat. vel fil. 2. F. 45.*] Reinking. 1. *cl. 4. c.* 17. *n.* 43. *& seqq.* Georg. Eberhard. *consil. 37. num.* 34. *vol. 2.*

8. Cessante hac æquali paternâ divisione, generali quadam Germaniæ, ac in Camera Imperiali approbatâ consuetudine, receptum est, ut frater *Senior* faciat divisionem pro suo arbitrio, ac *Minor*

nor natu eligat. *c*. I. *Vbi Barbosa. X. de Paroch*. Rauchbar. I. *q*. 49. Goldast. *d. major*. I. *cap*. 27. Arnis. 2. *d. Rex. cap*. 2. *sect*. 8. *num*. 78. Gail. 2. *Observ*. 116. *num*. 14. Fab. 3. *Cod*. 25. *def*. 1. Morquech. *d. c*. 2. *num*. 55.

9. Hoc dubium adhuc addo; *An Feuda Imp. majora indivisibilia, consortibus adstipulantibus, dividi possint*? Quod nisi Imperatoris accedat cõsensus, *Negamus*. [Quoniam feudorum dignitatum *divisio* illustribus familiis & Imperio Romano-German. damnosa existit, ideò in arbitrio possidentium situm non est, ea pro lubitu dividendo dilacerare, ut illa tandem ad nihilum deducantur. *arg. l. ne in plures. D. de exercit. act. l. communi. D. comm. divid. §. preterea. in cap. Imperialem*. 2. *F*. 55. Tiraquell. *de jur. primog. Q*. 4. *n*. 16. Petr. Jord. Ursin. *de success. feud. part*. 2. *Q*. 2. *art*. 3. *num*. 13.] Vult. 1. *feud. cap*. 8. *num*. 36. Borch. *d. feud. c*. 7. *p*. 2. *num*. 48. Schrad. *d. tr. p. cap*. 2. *n*. 39. *in fin*. Rosenthal. *d. tr. c*. 9. *membr*. 1. *Conclus*. 55. *n*. 1. [Vide Gail. 2. *Observ*. 153. Ubi Grævæ. 2. *Conclus*. 153.]

Caput

Caput XXIV.

De Filiarum Illustrium Successione in Imperio R. G.

1. QUædam in Imperio Romano-Germanico familiæ illustres, in defectu masculorum etiam *Filias* (illustres, contra communem Feudorum naturam de quo Jordan Ursin. *de Successs. feud. part.* 1. *Quæst.* 5. *art.* 6 *n* 14.) ad succesſionem feudi titulati admittunt, quale feudum ein Kunckel-Lehen/ vulgò vocatur; Cujus præcipua exempla sunt, in Archi-Ducatu *Austriæ* ex Constit. *Frider. II. & Carol. V. Impp.* Limnæ 5. *de jur. Publ. c.* 2. *num.* 30. & 32. In Ducatu *Goriciæ ac Corinthiæ* & Comitatu *Tyroli.* Arnis. 2. *de Republ.* 2. *Sect.* 12. *num.* 30. In Ducatu *Cliviæ & Juliacensi*, quô jure Ducat⁹ isti nuperrimè ab Electore Brandenburgensi, & Comite Palatino Neoburgensi, occupati fuerint. Limn. 5. *jur. Publ. c.* 10. *n.* 7. Ac in *Megapolitano* Ducatu tale jus viget, teste Thoming. *cons.* 4. *vol.* 1

2. Eodem jure *Teccensis* Ducat⁹, ac *Mompelgardensis* Comitat⁹ Serenissimæ fami-

liæ Würtembergicæ accreverunt. Cruſ. *in Annal. Suev. lib. 6. part. 3. c.* 11. *De Haſſia*, & Comitatu *Cathimelibocenſi*, idem teſtatur Arniſ. *d ſect.* 12. *num.* 34.

[2. B. Sanè in *Gallia* & *Belgio*, Fæminas, ſucceſſionis, poſſeſſionisq; feudorū capaces eſſe, extra omne dubium exiſtit; Sicuti plura adduci poſſunt ſucceſſionū fæminarū exempla, Ducatus *Brabantiæ, Luxenburgi, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Namurci.* Sed loco omnium exemplorum ſufficiat hereditas Nobiliſſimæ *Mariæ Burgundicæ*, unicę Caroli Audacis filiæ: cujus nuptiis cum Imperatore *Maximiliano I.* integræ hæ provinciæ ex domo Burgundica in Auſtriacam ceſsêre. Petr. Gudelin. *de feudis part.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. Vide Rusdorff. *per exempla variarum Gentium, in vindic. cauſ. Palat. cap. 6. num.* 9. *& ſeqq.*]

[2. C. *Ratio* cur Fæminæ illuſtres in Imperio Romano-Germanico ad Feuda dignitatum admittantur; eſt ſingularis favor & affectio, quam Imperatores erga quasdam illuſtres familias conteſtati ſunt, ſcilicet, ne Princeps Pater tantis curis angatur, Ducatum forſitan,

una

unà cum Dynaſtiis tàm ſplendidis, vel ad remotiorem vel in defectu Maſculorum, novâ Cæſaris inveſtiturâ, ad planè Extraneũ perventurum. Beſold. *de Elect. & Succeſſ. lib.* 1. *Diſſert.* 11. *n.* 4. Paul. Jord. Urſin. *dict. tr. part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 1. *n.* 27.]

[2 D. Sed quæritur, *An jus primogenituræ, etiam in feudis fæmineis locum habeat?* Scilicet, in tantùm, *ut exiſtentibus tantùm duabus filiabus illuſtribus, Primogenita totum Ducatum occupando Secundogenitam ſororem excludat?* Et hoc eſt, quod *aſſerimus.* Quoniam ratio inductiva Primogenituram, æquè in Fæminis quàm in Maſculis locum habet; Scilicet ut Ducatus aut Marchionatus per indiviſibilitatem in integro conſervetur, meritò igitur idem jus ſtatuendum erit. Tiraquell. *de jur. primogen. Quæſt.* 10. *num.* 19. Nicol. Bets. *de pact. famil. illuſtr. cap.* 8. *fol. m.* 474. Quamvis diſſentiat Mart. Laudenſ. *de jur. primogenit. col.* 5. *verſ. quæro; Num fæmina.*]

3. Hoc autem caſu, quô Principatus ad filiam devolvitur, ei omninò liberum eſſe non videtur, quem velit *Maritum* ex animi ſententia ſibi eligere, ſed ne-

ceſ-

cessum est, ut consensum adhibeat *Ordinum Provincialium* der Land-Ständ / si quidam adsunt, aut populi illius provinciæ, ac propinquorum. Bets. *de pact. famil. illustr. pag. 152.* [Nefas enim foret, ut salus Ducatus aut Comitatus insano unius fæminæ amori exponatur & prostituatur, cum maximo tot subditorum damno.] Arnis. 2. *de Rep. c. 2. sect. 7. num. 11.* Vide Gamolog. *cap. 5. num. 68.*

4. *Imperatoris* verò confirmatio in tali matrimonio non requiritur; modò vili personæ aut planè extero se non adjungat; ne Seniori vasallus ingratus obtrudatur. Arnis. *d. l. num. 169.* Besold. *de El. & Success. lib. 11. n. 5. & 5.*

CAPUT XXV.

De Principum Imperii pactis successoriis.

1. IN quibusdam illustribus familiis immediatis, in defectum legitimorum hæredum, ne feudum Domino aperiatur, ex conventione hæredes quæsiti adsunt, *per pactum Confraternitatis,*

auß

auß Erb-Einigung/ quô id agitur, ut alterius stirpe extinctâ, Principatus certâ successionis lege ad alteram superstitem familiam devolvatur. [Quod communiter jus successionis reciprocum appellatur.] Et de hoc pacto confraternitatis vide *tr.* Musculi ac Reinking. *lib.* 1. *claß.* 4. *cap.* 18. *per tot.* [Omnium latissimè Dn. Bened. Carpzov. *de pact. confratern. Saxon. Haß. per tot.*]

2. Tales conventiones vigent 1. inter *Saxoniæ & Hassiæ* Principes *An.* 1373. initæ; Vide Arum. *diss.* 6. *ad Aur. Bull. concluß.* 61. earuméque tenorem refert Limn. *Jur. Publ. cap.* 8. *num.* 163. Quibus posteà *Anno* 1587. *Marchiones Brandenburgenses* accesserunt, salvâ conventione cum Pomeraniæ Ducibus initâ. Gutich. *de confrat. th.* 3. Limn. *d. l. num.* 172. [Quæ accessio Brandenburgica, quatenus firma existat, vide Dn. Limnæ. 4. *I. P. cap.* 8. *num.* 172. Ubi latè *Additiones sub num.* 166. *& seqq.* Carpzov. *dict. tr. cap.* 4. *thes.* 50 *& seqq.*]

3. Similes etiā inter Comites *Palatinos & Bavariæ* Duces. Ritter. *de Confratern. th.* 10. Muscul. *d. l. concl.* 9. [Quæ tamen

 succes-

successio, magis jure agnationis quàm vi pacti expectatur.]

4. Tale pactum, ast non reciprocum, inierunt olim Marchiones *Brandenburgenses* cum *Pomeraniæ* Ducibus *An.* 1323. Chytræus *Chron. Saxon. lib.* 1. *cap.* 5. *&* 12. [cujus tenorem refert *in Addit.* Joan. Limnæ. *4. I. P. cap. 8. n.*175.] ejusque vigore modernus Elector, extinctâ lineâ Pomeranâ, Ducatum petiit, sed publicâ Germaniæ pace nuper confectâ, ulteriorem tantùm Pomeraniam obtinuit. [Carpzov. *dict. tr. cap.* 3. *thes.* 37. *num.* 24. *& seqq.*]

5. Vigore pacti Cadaviensis **Cadawischen Vertrags** inter *Ferdinandum I.* Imperatorem & *Udalricum* Ducem Würtembergiæ *Cadæ* in Bohemia *Anno* 1534. *die Johannis Baptistæ* initi, ac postmodum *Anno* 1599. *Pragæ* declarati, sublatô scilicet subfeudi onere, *Archiduces Austriæ* per pactū non reciprocum, successionis expectationem Ducatus Würtembergici, **ein** Expectanz **in dem Hertzogthumb Würtemberg** acquisierunt. Vide Quett. *cons.* 6. *num.* 8. Limn. *lib.* 5. *Jur. Publ. cap.* 17. *num.* 3.

6. Olim

6. Olim quoque erat pactum successionis inter *Bohemiæ Reges & Archiduces Austriæ*, de quo Goldast. *de Reg. Bohem. fol.* 718. [Hortleder. *de bell. German. vol.* 2. *lib.* 3. *cap.* 83. Vide latè Carpzov. *dict. cap.* 3. *thes.* 38.]

7. Ex pacto successorio inter *Duces Saxoniæ* lineæ Coburgensis *ac Comites Hennebergenses* Anno 1554. inito, Comitatus Hennebergensis extinctâ familiâ Hennebergensi *Anno* 1583. ad Saxones pervenit; Sicuti legimus in Chronico Henneberg. Spangenberg, *lib.* 5. *cap.* 53. [Nicol. Reusner. 1. *consil.* 3. *num.* 48. Carpzov. *in Capitul. Cæs. cap.* 6. *sect.* 7. *n.* 8. & *seqq.*] Plura exempla vide apud Muscul. *de confratern. conclus.* 10. Mager. *de Advocat. arm. cap.* 15. *num.* 122.

8. Hujus Gentilitii juris *ratio prima* hæc est, *quoad Paciscentes*, I. Ut ex mutua successione & concordia, familiarum splendor & prosapia conservetur. *Confirm. Confrat. Saxon. & Hass. Caroli IV. Imperat.* apud Limn. 4. *Jur. Publ. cap.* 8. *num.* 163. Muscul. *d. l. concl.* 10. [Carpzov. *de pact. confrater. in proœm. thes.* 4.]

9. Id quod Imperatores ceu singulare privilegium, uni vel alteri familiæ Imperii Romano-Germanici, pacto investituræ concesserunt. Borcholt. *de feud. cap. 7. part. 2. num. 66.* Vult. 1. *d. feud. cap. 9. num.* 47. Knichen. *d. invest. part.* I. *cap.* 3. *in pr.* Arnis. 2. *de Republ. c.* 2. *sect.* 12. *num.* 33. Rosenth. *d. feud. cap.* 7. *concl.* 35. *&* 46. Ne metuere necesse habeant, ut Ducatus aut Comitatus, extinctâ lineâ masculâ, & feudô ad Seniorem devolutô, per novam Imperatoris investituram statim ad planè extraneum devolvatur. *Vide omninò* Knichen. *d. c.* 3. [Forster *de success. ab intest. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 20. Carpzov. *dict. proœm. thes.* 3.] Quod innuunt verba pacti Confraternitatis, Illustrium Saxoniæ & Hennebergiæ principum; Ibi: **daß nicht auff eines tödlichen Abgangs ein frembder Stam̃/ den andern zu Unruhe und Nachtheil in deren Oerther sich einsetzen möchte**

10. *Secunda Ratio* hujus successorii pacti, *quoad paciscentes* hæc est; Quo provinciæ illustres *in manibus familiarum*, benè de Imperio Romano-Germanico meritarum, remaneant. *arg. l.*

lex.

lex, quæ. 22. §. ergo. C. de administr. Reusn. *lib. 1. consf. 3. num. 30.* Gail. 2. *Observ. 127. num. 2.* Illustrium enim familiarum dignitatem sartam tectam rueri, Rei & salutis publicæ Imperii Romano Germanici interest. *per. l. 1. §. sed etsi.* 13. Ibi: *ut ordinum dignitas, familiarumq́ʒ salva sit. D. de ventr. inspiciend.* Besold. *consil. 49. num. 52. & seqq.* Caspar. Klock. *de Contribut. cap. 12. num. 163.*

11. *Quoad subditos verò*, hujus successorii pacti *ratio* hæc existit; Ne illi alienis & peregrinis Dominis subjiciantur, juxta verba literarum coufraternitatis *inter Sax. & Henneb.* apud Otto. *de jur. publ. cap. 11. Ac confirm. Sax. & Br.* apud Limn. *d. l. num. 172.* Ibi: **Sich umb Nutzens und Fridens willen/ ihrer allen Lande/ Leuth und Unterthanen/ mit ihren Landen und Fürstenthumen zusammen verbrüdert.** Quod ne fiat, eorum maximè interest. *l. invitus. 34. in pr. D. de fidecom. hæred.* Gail. *de Observ. 127. num. 2.* [Ubi Græven *Consider. 1.* Carpzov. *dict. cap. 3. thes. 41. per tot.*]

12. *Quæ rationes* evincunt, ut pacta hæc successoria, quamvis à Jure Communi

nor natu eligat. *c.* 1. *Ubi Barbosa. X. de Paroch.* Rauchbar. 1. *q.* 49. Goldast. *d. major.* 1. *cap.* 27. Arnis. 2. *d. Rex. cap.* 2. *sect.* 8. *num.* 78. Gail. 2. *Observ.* 116. *num.* 14. Fab. 3. *Cod.* 25. *def.* 1. Morquech. *d. c.* 2. *num.* 55.

9. Hoc dubium adhuc addo; *An Feuda Imp. majora indivisibilia, consortibus adstipulantibus, dividi possint?* Quod nisi Imperatoris accedat cõsensus, *Negamus.* [Quoniam feudorum dignitatum *divisio* illustribus familiis & Imperio Romano-German. damnosa existit, ideò in arbitrio possidentium situm non est, ea pro lubitu dividendo dilacerare, ut illa tandem ad nihilum deducantur. *arg. l. ne in plures. D. de exercit. act. l. communi. D. comm. divid. §. præterea. in cap. Imperialem.* 2. *F.* 55. Tiraquell. *de jur. primog. Q.* 4. *n.* 16. Petr. Jord. Ursin. *de success. feud. part.* 2. *Q.* 2. *art.* 3. *num.* 13.] Vult. 1. *feud. cap.* 8. *num.* 36. Borch. *d. feud. c.* 7. *p.* 2. *num.* 48. Schrad. *d. tr. p. cap.* 2. *n.* 39. *in fin.* Rosenthal. *d. tr. c.* 9. *membr.* 1. *Conclus.* 55. *n.* 1. [Vide Gail. 2. *Observ.* 153. Ubi Grævæ. 2. *Conclus.* 153.]

Caput XXIV.

De Filiarum Illustrium Successione in Imperio R. G.

1. Quædam in Imperio Romano-Germanico familiæ illustres, in defectu masculorum etiam *Filias* (illustres, contra communem Feudorum naturam de quo Jordan Ursin. *de Successf. feud. part.* 1. *Quæst.* 5. *art.* 6 *n.* 14.) ad successionem feudi titulati admittunt, quale feudum ein Kunckel-Lehen/ vulgò vocatur; Cujus præcipua exempla sunt, in Archi-Ducatu *Austriæ* ex Constit. *Frider. II.* & *Carol. V. Impp.* Limnæ 5. *de jur. Publ. c.* 2. *num.* 30. & 32. In Ducatu *Goriciæ ac Corinthiæ* & Comitatu *Tyroli.* Arnis. 2. *de Republ.* 2. *Sect.* 12. *num.* 30. In Ducatu *Cliviæ* & *Juliacensi*, quô jure Ducat⁹ isti nuperrimè ab Electore Brandenburgensi, & Comite Palatino Neoburgensi, occupati fuerint. Limn. 5. *jur. Publ. c.* 10. *n.* 7. Ac in *Megapolitano* Ducatu tale jus viget, teste Thoming. *cons.* 4. *vol.* 1

2. Eodem jure *Teccensis* Ducat⁹, ac *Mompelgardensis* Comitat⁹ Serenissimæ fami-

liæ

liæ Würtembergicæ accreverunt. Cruſ. *in Annal. Suev. lib. 6. part. 3. c. 11.* *De Haſſia*, & Comiratu *Cathimelibocenſi*, idem teſtatur Arniſ. *d ſect.* 12. *num.* 34.

[2. B. Sanè in *Gallia* & *Belgio*, Fæminas, ſucceſſionis, poſſeſſionisq; feudorũ capaces eſſe, extra omne dubium exiſtit; Sicuti plura adduci poſſunt ſucceſſionũ fæminarũ exempla, Ducatus *Brabantiæ, Luxenburgi, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Namurci.* Sed loco omnium exemplorum ſufficiat hereditas Nobiliſſimæ *Mariæ Burgundicæ*, unicę Caroli Audacis filiæ: cujus nuptiis cum Imperatore *Maximiliano I.* integræ hæ provinciæ ex domo Burgundica in Auſtriacam ceſsêre. Petr. Gudelin. *de feudis part.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. Vide Rusdorff. *per exempla variarum Gentium, in vindic. cauſ. Palat. cap. 6. num.* 9. *& ſeqq.*]

[2. C. *Ratio* cur Fæminæ illuſtres in Imperio Romano-Germanico ad Feuda dignitatum admittantur; eſt ſingularis favor & affectio, quam Imperatores erga quasdam illuſtres familias conteſtati ſunt, ſcilicet, ne Princeps Pater tantis curis angatur, Ducatum forſitan,

una

unà cum Dynastiis tàm ſplendidis, vel ad remotiorem vel in defectu Maſculorum, novâ Cæſaris inveſtiturâ, ad planè Extraneū perventurum. Beſold. *de Elect. & Succeſſ. lib.* 1. *Diſſert.* 11. *n.* 4. Paul. Jord. Urſin. *dict. tr. part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 1. *n.* 27.]

[2 D. Sed quæritur, *An jus primogenituræ, etiam in feudis fœmineis locum habeat?* Scilicet, in tantùm, *ut exiſtentibus tantùm duabus filiabus illuſtribus, Primogenita totum Ducatum occupando Secundogenitam ſororem excludat?* Et hoc eſt, quod *aſſerimus.* Quoniam ratio inductiva Primogenituram, æquè in Fœminis quàm in Maſculis locum habet; Scilicet ut Ducatus aut Marchionatus per indiviſibilitatem in integro conſervetur, meritò igitur idem jus ſtatuendum erit. Tiraquell. *de jur. primogen. Quæſt.* 10. *num.* 19. Nicol. Bets. *de pact. famil. illuſtr. cap.* 8. *fol. m.* 474. Quamvis diſſentiat Mart. Laudenſ. *de jur. primogenit. col.* 5. *verſ. quæro; Num fœmina.*]

3. Hoc autem caſu, quô Principatus ad filiam devolvitur, ei omninò liberum eſſe non videtur, quem velit *Maritum* ex animi ſententia ſibi eligere, ſed neceſ-

cessum est, ut consensum adhibeat *Ordinum Provincialium* der Land-Stånd / si quidam adsunt, aut populi illius provinciæ, ac propinquorum. Bets. *de pact. famil. illustr. pag. 152.* [Nefas enim foret, ut salus Ducatus aut Comitatus insano unius fæminæ amori exponatur & prostituatur, cum maximo tot subditorum damno.] Arnis. 2. *de Rep. c. 2. sect. 7. num. 11.* Vide Gamolog. *cap. 5. num. 68.*

4. *Imperatoris* verò confirmatio in tali matrimonio non requiritur; modò vili personæ aut planè extero se non adjungat; ne Seniori vasallus ingratus obtrudatur. Arnis. *d. l. num. 169.* Besold. *de El. & Success. lib. 11. n. 5. & 5.*

Caput XXV.

De Principum Imperii pactis successoriis.

1. In quibusdam illustribus familiis immediatis, in defectum legitimorum hæredum, ne feudum Domino aperiatur, ex conventione hæredes quæsiti adsunt, *per pactum Confraternitatis,* auß

auß Erb-Einigung/ quô id agitur, ut alterius stirpe extinctâ, Principatus certâ successionis lege ad alteram superstitem familiam devolvatur. [Quod communiter jus successionis reciprocum appellatur.] Et de hoc pacto confraternitatis vide *tr.* Musculi ac Reinking. *lib. 1. class. 4. cap.* 18. *per tot.* [Omnium latissimè Dn. Bened. Carpzov. *de pact. confratern. Saxon. Hass. per tot.*]

2. Tales conventiones vigent 1. inter *Saxoniæ & Hassiæ* Principes *An.* 1373. initæ; Vide Arum. *diss. 6. ad Aur. Bull. conclus.* 61. earuméque tenorem refert Limn. *Jur. Publ. cap. 8. num.* 163. Quibus posteà *Anno* 1587. *Marchiones Brandenburgenses* accesserunt, salvâ conventione cum Pomeraniæ Ducibus initâ. Guttich. *de confrat. th. 3.* Limn. *d. l. num.* 172. [Quæ accessio Brandenburgica, quatenus firma existat, vide Dn. Limnæ. 4. *J P. cap. 8. num.* 172. Ubi latè *Additiones sub num. 166. & seqq.* Carpzov. *dict. tr. cap. 4. thes.* 50 *& seqq.*]

3. Similes etiã inter Comites *Palatinos & Bavariæ* Duces. Ritter. *de Confratern. th.* 10. Muscul. *d. l. concl.* 9. [Quæ tamen

ſucceſſio, magis jure agnationis quàm vi pacti expectatur.]

4. Tale pactum, aſt non reciprocum, inierunt olim Marchiones *Brandenburgenſes* cum *Pomeraniæ* Ducibus *An.* 1323. Chytræus *Chron. Saxon. lib.* 1. *cap.* 5. *&* 12. [cujus tenorem refert *in Addit.* Joan. Limnæ. 4. *I. P. cap.* 8. *n.* 175.] ejusque vigore modernus Elector, extinctâ lineâ Pomeranâ, Ducatum petiit, ſed publicâ Germaniæ pace nuper confectâ, ulteriorem tantùm Pomeraniam obtinuit. [Carpzov. *dict. tr. cap.* 3. *theſ.* 37. *num.* 24. *& ſeqq.*]

5. Vigore pacti Cadavienſis **Cadawiſchen Vertrags** inter *Ferdinandum I.* Imperatorem & U*dalricum* Ducem Würtembergiæ *Cadæ* in Bohemia *Anno* 1534. *die Johannis Baptiſtæ* initi, ac poſtmodum *Anno* 1599. *Pragæ* declarati, ſublatô ſcilicet ſubfeudi onere, *Archiduces Auſtriæ* per pactū non reciprocum, ſucceſſionis expectationem Ducatus Würtembergici, **ein** Expectanz **in dem Hertzogthumb Würtemberg** acquiſierunt. Vide Quett. *conſ.* 6. *num.* 8. Limn. *lib.* 5. *Jur. Publ. cap.* 17. *num.* 3.

6. Olim

6. Olim quoque erat pactum successionis inter *Bohemiæ Reges & Archiduces Austriæ*, de quo Goldast. *de Reg. Bohem. fol. 718.* [Hortleder. *de bell. German. vol. 2. lib. 3. cap. 83.* Vide latè Carpzov. *dict. cap. 3. thes. 38.*]

7. Ex pacto successorio inter *Duces Saxoniæ* lineæ Coburgensis *ac Comites Hennebergenses* Anno 1554. inito, Comitatus Hennebergensis extinctâ familiâ Hennebergensi *Anno 1583.* ad Saxones pervenit; Sicuti legimus in Chronico Henneberg. Spangenberg, *lib. 5. cap. 53.* [Nicol. Reusner. I. *consil.* 3. *num.* 48. Carpzov. *in Capitul. Cæs. cap. 6. sect. 7. n. 8. & seqq.*] Plura exempla vide apud Muscul. *de confratern. conclus.* 10. Mager. *de Advocat. arm. cap.* 15. *num.* 122.

8. Hujus Gentilitii juris *ratio prima* hæc est, *quoad Paciscentes*, I. Ut ex mutua successione & concordia, familiarum splendor & prosapia conservetur. *Confirm. Confrat. Saxon. & Hass. Caroli IV. Imperat.* apud Limn. 4. *Jur. Publ. cap. 8. num.* 163. Muscul. *d. l. concl.* 10. [Carpzov. *de pact. confrater. in proæm. thes.* 4.]

9. Id quod Imperatores ceu singulare privilegium, uni vel alteri familiæ Imperii Romano-Germanici, pacto investituræ concesserunt. Borcholt. *de feud. cap. 7. part. 2. num. 66.* Vult. 1. *d. feud. cap. 9. num.* 47. Knichen. *d. invest. part.* 1. *cap.* 3. *in pr.* Arnis. 2. *de Republ. c.* 2. *sect.* 12. *num.* 33. Rosenth. *d. feud. cap.* 7. *concl.* 35. *&* 46. Ne metuere necesse habeant, ut Ducatus aut Comitatus, extinctâ lineâ masculâ, & feudô ad Seniorem devolutô, per novam Imperatoris investituram statim ad planè extraneum devolvatur. *Vide omninò K*nichen. *d. c.* 3. [Forster *de success. ab intest. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 20. Carpzov. *dict. proœm. thes.* 3.] Quod innuunt verba pacti Confraternitatis, Illustrium Saxoniæ & Hennebergiæ principum; Ibi: **daß nicht auff eines tödlichen Abgangs ein frembder Stamm/ den andern zu Unruhe und Nachtheil in deren Oerther sich einsetzen möchte**

10. *Secunda Ratio* hujus successorii pacti, *quoad paciscentes* hæc est; Quo provinciæ illustres *in manibus familiarum*, benè de Imperio Romano-Germanico meritarum, remaneant. *arg. l.*

lex.

lex, quæ. 22. §. ergo. C. de administr. Reusn. *lib. 1. consf. 3. num. 30.* Gail. 2. *Observ. 127. num.* 2. illustrium enim familiarum dignitatem sartam tectam tueri, Rei & salutis publicæ Imperii Romano Germanici interest. *per. l.* 1. §. *sed etsi.* 13. Ibi: *ut ordinum dignitas, familiarumq; salva sit. D. de ventr. inspiciend.* Besold. *consil. 49. num. 52. & seqq.* Caspar. Klock. *de Contribut. cap.* 12. *num. 163.*

11. *Quoad subditos verò*, hujus successorii pacti *ratio* hæc existit; Ne illi alienis & peregrinis Dominis subjiciantur, juxta verba literarum coufraternitatis *inter Sax. & Henneb.* apud Otto. *de jur. publ. cap.* 11. *Ac confirm. Sax. & Br.* apud Limn. *d. l. num.* 172. Ibi: Sich umb Nutzens und Fridens willen/ ihrer allen Lande/ Leuth und Unterthanen/ mit ihren Landen und Fürstenthumen zusammen verbrüdert. Quod ne fiat, eorum maximè interest. *l. invitus. 34. in pr. D. de fidecom. hæred.* Gail. *de Observ.* 127. *num.* 2. [Ubi Græven *Consider. 1.* Carpzov. *dict. cap. 3. thes. 41. per tot.*]

12. *Quæ rationes* evincunt, ut pacta hæc successoria, quamvis à Jure Com-

muni aliquatenus exorbitantia esse videantur, *propter c. quamvis*, ubi Guttierez. & Dd. *de Pact. in 6. l. f. C. de pact.* Vinc. Honded. *consil.* 40. *vol.* 1. Dn. Bocer. *de success. feud. cap.* 2. *quæst.* 1. [Fr. Mar. Pratus *discept. forens. cap.* 12. *per tot.*] Vide Bened. Carpzov. *lib.* 5. *Respons.* 5. *n.* 25. Usu tamen & consuetudine Germaniæ aliarumque provinciarum inveteratâ recepta & confirmata fuerunt. Siculi hoc latiùs deducunt Zasius *lib.* 2. *cons.* 1. *num.* 23. Gylman. 1. *decis.* 13. *n.* 10. *& decis* 6. *num.* 176. [Idque operosè demonstrat Carpzov. *dict. c.* 3. *thes.* 39.]

13. Quæritur; *An Pacta hæc successoria jure quoque feudali defendi possint?* Quod propter Imperatoris confirmationem meritò *affirmatur*. Infeudatio enim in casum mortis ultimi vasalli, veluti si Possessor sine hæredibus feudalibus decesserit, ab Imperatore facta valet, *arg. §. sed & lib.* 2. *feud.* 3. *§. moribus. tit.* 2. *feud.* 25. Quæ vulgò vocatur eine Expectanz oder Anwartschafft. Gail. *lib.* 2. *Observ.* 155. Limn. 4. *jur. Publ. c.* 8. *num.* 134. Besold. *in Thesaur. Pract. verb.* Geding. *lit. G.* [Dn. Bocer. *de success. feud.*

cap.

cap. 2. Quæst. 2. Carpzov *dict. c. 3. num.* 88. & 117. *Qui contrariis respondent.*]

14. Ulterius quæritur; *An etiam de jure Civili hæc Pacta justificari possint, quoad bona allodialia?* Id quod probabiliter *asseritur.* *Tum per l. f. vers. secundum.* [*ibi: nisi ipse fortè, de cujus hæreditate pactum est, voluntatem suam ei accommodaverit, & in ea usque ad extremum vitæ spiritum perseveraverit.*] C. de *Pact.* Carpzov. *ad Capit. Cæsar. c. 6. sect. 7. n.* 30. & 31. Reinking. *lib.* 1 *cl.* 4. *c.* 18. *n.* 9. Vide Johan. Anton. *Bellon. Consil.* 71. *Tum* etiam jure publico militari, *per l. licet. 9 C. de Pact.* Confrat. renov. *famil. Sax. Brandenburg. & Hassiac. de Anno* 1614. Cùm Principes Imperii [cum feudis titulatis & dignitatibus investiti, jure militari utantur; Unde] Imperio semper militare, **vermög der Reichs-Anschläg** dicuntur. *arg. l.* 42. *D. de testam. milit. l.* 2 *C. de Domest. & prot.* Nicol. Everh. Jun. *Consil.* 1. *num.* 142. Carpz. *lib.* 5 *respons* 5. *num.* 25. [*ac dict. cap.* 3. *thes.* 42. *num.* 74. Quamvis hanc rationem suggillat *Bets. de pact. famil. c.* 5. *fol.* 118.]

15. Ad *Validitatem* autem horum pactorum requiritur, *Primò*, *Consensus ac confirmatio Imperatoris*. Renov pact. *famil. Sax. & Brand.* ibi: **mit gnädigstem** Consens. *arg. cap. un. 2. f. 9. cap. un. 2. f.* 55. Rosenthal. *de feud. c. 7. concl.* 24. *gl. f.* Ritter. apud Arumæ. *discurs.* 22. *thes.* 3. [Carpzov. *dict. tr. c.* 2. *thes.* 33. *ac cap.* 3. *thes.* 43.] Ita pactum successorium inter Electorem *Brandenburgensem* & Ducem *Lignicensem*, à Ferdinando II. Imperatore, utpote Rege Bohemiæ, cassatum fuit. Goldast. *de Regn. Bohem.* **in den Beylagen** *fol.* 262. 272. Henel. *in Silesiogr. cap. 6. f.* 69.

16. *Secundò*, *Consensus subditorum*, **der gesampten Land-Stände**. Ne subditi inviti, alienis vel ignotis Dominis subjiciantur. [Id quod ne fiat, follicitè præcavendum] *Renov. Confrat. S. & H. de Anno MDLV.* apud Limn. *lib.* 4 *jur. Publ. c.* 8. *num.* 162. *fol.* 206. Bets. *de pact. fam. illustr. p.* 125. [Muscul. *de pact. confrater. thes.* 19. & 31. *disput. Basil. vol.* 1.]

17. *Tertiò*, ut ultimo ex familiâ, *certa portio libera* relinquatur, de quâ testari possit; Ne libera testandi facultas aufera-

auferatur, contra *l.* 1. *C. de S. S. Eccles. l.* 5. *D. testam. quemadm. aper.* Zas. *d. consil.* 7. *in pr. lib.* 2. Bets. *d. tr. pag.* 125. Gail. 2. *Observ.* 127. *num.* 3. Hinc inter Illustrissimos confratres *Saxoniæ & Hassiæ* provisum est, ut ultimus decedens sine prole masculâ, de 30000 florenorum Rhenensium summâ testari possit. Nicol. Reüsn. 1. *cons.* 3. *num.* 46. Limn. *d. cap.* 8. *num.* 160. Reinking. 1. *cl.* 4. *cap.* 18. *num.* 38. [Vide omninò Carpzov. *dict. cap.* 3. *thes.* 46. *per tot.*]

18. *Effectus* horum pactorum est, *Primò*, ut alterius Principis stirpe extinctâ, *Ducatus* unâ cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus, feudalibus & allodialibus ad alteram familiam *jure hæreditario* devolvatur. Reüsn. *d. cons.* 3. *num.* 33. Warem. ab Ehrenberg. *de fæder.* 1. *cap.* 2 *num.* 36. Muscul. *th.* 46. Carpzov. *dict. tr. cap.* 5. *thes.* 55. & 57.

19. *Secundò*, Familiæ paciscentes, altera in alterius bonis *jus quæsitum* obtinet, jus tacitæ hypothecæ habet, ac communi nomine *quasi per constitutum* possident; denn Sie haben ein Anwartschafft darauff / und mit allerseits Manns

 Leibs

Leibs-Lehens-Erben / ewiglich gleich recht. Vide Protest. *Ducis Sax.* apud Muscul. *thes.* 51. Confirm. *Imper. Caroli IV. Confraterm. Saxon. & Hass.* apud Limn. *d. cap.* 8. *num.* 162. latè Carpzov. *tr. de pact. successor. c.* 6. *thes.* 61. & 62. Cassæ ideò & irritæ sunt omnes horum bonorum dissipationes, omnia pacta & conventiones quæ in illustrium Confratrum præjudicium tendunt. Hering *de Fidejuss. cap.* 1. *ad fin.* Bets. *dict. tr. pag.* 124. Græven. *lib.* 2. *Concl.* 127. *Consil.* 1. Nicol. Reusner. *1. consil.* 3. *num.* 48.

[19. B. Quæritur autem; *An per pactum confraternitatis, etiam alienatio bonorum prohibita censeatur?* Hoc est Quod *Affirmamus.* Causa enim finalis pacti successorii hæc est, ut bona in familia præsentium conserventur; ac utraque pars jus reciprocum in eis habet. Ideò alterâ parte invitâ nihil de iis disponi potest. *per l. si quis improbes.* 15. *ibi: quasi as alienum. D. de inOffic. testam. l. fin.* §. 2. *ibi: rem quam in bonis suis purè non possidet. C. comm. de legat.* M. Ant. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 40. *num.* 1. Fusar. *de substit. fideicomm. Quæst.* 718. *& pass.* Carpzov. *dict.*

dict. tr. cap. 6. thes. 53. Dissentit Dn. Bocer. *de success. feud. cap. 2. Q. 2. fol. 89.*]

20. *Tertiò*, Ut alter alteri *ad mutua defensionis auxilia* teneatur; Idque ex natura Confraternitatis. Cùm plures familię in unam quasi essentiam coëant. Reusn. 1. *cons. 3. num. 30.* Schrad. *de feud. cap. 4. num. 9. pag. 342.* Ehrenb. *d. tr. lib. 1. cap. 4. num. 8.* De quo sequentia legimus *in pacto Saxonico Hassiaco*: So sollen und wollen Wir Unser jeglicher den andern getreulich mit Landen und Leuthen / wieder männiglich / niemand außgenommen beholffen seyn. Carpzov. *de pact. success. cap. 6. thes. 62. & 62.*

21. *Quartò, homagium* quod subditi Principi suo præstant, concipi plerumque solet *simultaneè*, etiam in personas Confratrum, juxta tenorem Confraternitatis, quem refert Reinking. *lib. 1 cl. 4. c. 18 num. 25.* Quod tamen minimè importat *subjectionem*; Nec etiam Jurisdictionem territorialem, vel aliqualem superioritatem tribuit: siquidem caducitatis eventum tantùm respicit. Secundum tradita Ehrenb. *d. tr., cap. 3. num. 44. & c. 4. num. 4.* Schrader. *de feud. p. 10.*

sect.

sect. 7. *num.* 27. post plures Muscul. *dict. concl.* 25. Carpzov. *dict. tr. c.* 6. *thes.* 64. Quamvis aliter sentire videatur Reinking. *d. c.* 18. *num.* 26.

22. *Quintò*; Hęc pacta etiam *Successores ac Masculos nascituros* comprehendunt & obligant, etsi eorum expressa mentio facta non sit. *arg. l.* 2. *§. ex his. D. de verb. Oblig.* Gail. *lib.* 2. *Observat.* 2. Muscul. *d. diss. th.* 55. Reinking *lib.* 1. *cl.* 3. *c.* 10. *n.* 8. Paschal. *de virib. Patr. potest. part.* 1. *c.* 1. *num.* 88.

23. Claudat hoc Caput, præsens Dubium; *An Nobiles Imperii immediati in Circulo Sueviæ, Franconiæ & Rhenensi, pacta quoque successoria & tales Confraternitates inter sese inire possint?* Quod utique *Affirmamus*. Quoniam Nobiles immediati in Imperio, omnimodam jurisdictionem in territoriis ac pagis suis habentes, parilem cum cæteris Imperii ordinibus potestatem habent. Adeò, ut id, quod in Principe dicitur **Lands-Fürstlich**/ in Comite **Gräflich**/ id in Nobili immediato **die Frey-Adeliche Obrigkeit** indigitetur, attestante Johan. Meichsner. *decis. Camer.* 8. *num.* 3. *lib.* 1.

tom.

tom. 2. Andr. Gail. lib. 2. Obs. 62. num. 3. Dn. Johan. Conrad. Kreidenmann. *de Nobilit. Suev. Stat. Quæst. 4. num.* 168. Ita in terminis Fichard. *consil.* 2. *n.* 1. *ac Consil.* 3. *num.* 6. [Besold. *Consil.* 49. *n.* 65. *& seqq. ac num.* 116. *& seqq.* Mager. *de advocat. arm. cap.* 6. *num.* 108.] Dn. à Treisbach. *de jur. praced. Nobil. Quæst.* 2. *num.* 157. Quamvis dissent. Carpzov. *lib.* 5. *Respons.* 5. *per tot.*

Caput XXVI.

De Principum & Statuum Imperii testamentis absq; solennitate validis.

1. Paganus in orbe Romano ultimum elogium conscripturus, *Septem testes* ad id specialiter rogatos adhibere tenetur. *per text. in l. hæredes.* 21 §. 2. *D. qui testam. fac. l. hac consultissima.* 8. *C. eod. tit.* Nicol. Reusner. *de testament. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 5.

2. *Militi* verò, ex singulari privilegio scrupulosa hæccè solennitas remissa est, quem duos testes ad hunc actum convocasse

casse sufficit. §. *plane*. 1. *Inst. de testam. milit.* Diod. Tulden. *in Inst. lib.* 2. *tit.* 11. *c.* 2. Claud. Cotæreus *de jur. milit. lib.* 2. *cap.* 15.

3. Imperator Romanus, in ultima voluntate conscribenda, ad nullum juris Civilis solennitatem adstringitur. [Ita namque Imperator *Alexander Severus* Aulo Antigono rescripsit: *Lex Imperii solennibus juris Imperatorem solvit.*] *in l. ex imperfecto.* 3. *C. de testam.* Merc. Merlin. *de legitima. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 7. [Pruckman. *de absolut. potest. c.* 4. *membr.* 3. *effect.* 1. *fol. m.* 656.] Quod de aliis quoque Regibus Absolutis, aut jura Principum habentibus, tradit post allegatos Dec. *Consil.* 516. *num.* 3. & 4. Cornæus *Consil.* 200. *vol.* 1. Petr. Magdalen. *de num. test. testam. part.* 1. *c.* 24. *n.* 5. [Quoniam voluntas Principis non indiget aliqua legum solennitate. *arg. l. pen. C. de donat. int. V. & U.* Ubi *Baldus* dicit, quod alibi similem textum non repererit. Alex. *num.* 26. Ripa *num.* 20. *in l. centurio. D. de vulg & pupill. substit.* Card. Mantic. *de conject. U. V. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 39.

4. In

4. In Imperio Romano-Germanico *Principes ac Status Imperii*, Testamenta conficientes, solennitates à jure communi præscriptas, observare adstricti non sunt, sed illos meri juris Gentium solennitates adhibuisse, ac jure militari elogia sua conscripsisse omninò sufficit. *arg. l. si consul.* 3. *D. de adopt. l. ex imperfecto.* 3. *l. omnium.* 19. *C de testament.* Dauth. *de testament. num.* 435. Pruckman. *dict. tr. c.* 4. *membr.* 3. *effect.* 1. *n.* 20. Zasius *cons.* 15. *num.* 22. *vol.* 2. Wehner. *Consil. Franc.* 1. Idem de Ducibus, Marchionibus, aliisvè merum & mixtum imperium, cum suprema jurisdictione habentibus, tradit post Bald. Magdalen. *dict. tr. c.* 24. *num.* 6. Decius *Consil.* 516. *num.* 3.

5. Quod Privilegium *tanquam personale* Principes Imperii obtinent, ratione dignitatis, illustrissimæ nobilitatis, summæ fidei ac legalitatis. *arg. l. princeps.* 31. *D. de Legibus. d. l. omnium.* 19. *C. de testament.* Pet Peck. *de testam. Conjug. lib.* 3. *c.* 24. *num.* 2. Merlin. *de Legitim.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 7. *num.* 2. Limn. 4. *jur. Publ. c.* 8. *num.* 177. Ad quem modum, Testamen-

ſtamentum *Caroli Auſtriaci Marchionis Burggavienſis*, etiam omnibus teſtibus deſtitutum, pro valido & legitimo judicatum fuit. **Alſo iſt Herrn Carlen von Oeſterrich / Marggrafen von Burgau letzter Will für kräfftig gehalten worden.** à Facultate Juridica Tubingenſi apud Beſold *Conſil.* 150. *num.* 24. [Confer Menoch. *Conſil.* 351. *num.* 8. *&* 9. Eodem modò jam ante aliquot centum annos, pro teſtamento condito per quendam Dominum *de Vrſinis*, in terminis conſuluit *Bartolus*, quem refert & ſequitur Baldus *in l. ſancimus. num.* 6. *C. de donat.* Card. Mantica *de Conject.* U. *V. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 39.]

6. Quod Privilegium ſeſe extendit quoque *ad Principes Poſtgenitos* ſeu Panagiarios ac territorio carentes *à gl. appanagiati*, [ſeu *aux Princes Appanages*] **auff die abgefundene Herren.** Nec non *Liberos* ac ſanguine illuſtri conjunctos, *utriusq; ſexus.* privilegia enim Perſonalia, Principibus ratione dignitatis competentia, jure ſanguinis ad hęredes tranſeunt, non aliter ac ipſa nobilitas transmittitur. *arg. l. cum legitimè.* 19. *D. de ſtat. hominis.*

min. l. Senatoris. 5. D. de Senat. Cabed *lib. 2. decis. 36. num.* 34. Nolden. *de Nobilit. c.* 11. *num. 55. & seqq.*

7. Hinc filii & filiæ Principis, vivente etiam adhuc Patre, vocantur **Fürsten und Fürstinnen**; identitas autem nominis, arguit identitatem rei ipsius. *l. idem. C. de Codicill.* Bets. *de Pact. famil. Illustr. c. 8. fol.* 342. Modest. Pistor. *part.* 4. *q.* 169. Ita in terminis [**eines Fürstlichen Fräuleins Testaments** familiæ Lignicensis Ducum Silesiæ] respondit Facultas Juridica *Tubingensis* apud Harprecht. *ad §. sed cum paulatim. 3. Instit. de testament. n.* 326. *& seqq.* Vide quoqne Menoch. *Consil.* 351. *num.* 12. *& seqq.*

8. Idem Juris est *in Augusta seu Uxore Principis*; [Quæ ultimum suum elogium conscribens, ad modum Principis mariti, nullas juris civilis solennitates observare tenetur. *per dict. l. ex imperfecto.* 31. *D. de testam.* juncta *l. benè à Zenone. 3. C. de quadrien. præscript.*] Ea namq; in modum cujusdam dependentiæ, Principis mariti sui privilegiis fruitur, ejusque dignitatibus corruscat. *arg. l. princeps. 31. D. de Legibus l. fiscus. 6. §. 1.*

D. de jur. fisc. Tiraquell. *de Nobil. c.* 15. Enenck. *de privileg. lib. 2. cap. 4. num. 79.* Ne individuitatem illam matrimonialem, inæqualitas aliqua perturbet, contra *l. si cum dotem. 22. §. si maritus. 7. D. solut. matrimon.* Francisc. de Amaya *ad l. fin. C. de incol. num. 4. & seqq.* [latè Novar. *de elect. fori. sect. 3. Quæst. 3. n. 6. & seqq.*] Ita tradit Dn. Limn. *lib. 2. jur. Publ. cap. 13. num. 9.* Gamolog. *c. 7. num. 9.* In terminis Besold. *Consil. 150. num. 7.* Ac ita pro Ducis Mantuæ Augusta respondit Menochius. *Consil. 350. num. 10. & seqq.*

CAPUT XXVII.

De Donationibus Principum Imperii, in multis privilegiatis.

I. QUamvis quilibet sit rerum suarum moderator & arbiter, juxta Imp. Constantinum. *in l. in re mandata. 21. C. mandat.* Veruntamen, cùm Reipublicæ intersit, ne quis per nimiam profusionem re suâ abutatur: Ideò Legumlatores, Privatorum liberalitates,

litates, certis repagulis clauserunt. Matth. Wehner. *Consil.* 1. *num.* 21. Vide Johan. Bapt. Larrea. *allegat. fiscal.* 7. *n.* 54. & 55.

2. Hinc jure Civili, donatio inter maritum & uxorem non valet. *juxta tit. D. & C. de donat. inter Vir. & uxor.* [Andr. Gail. 2. *Observ.* 40. *n.* 1. & *seqq.*] Dn. Bocer. *tr. de donat. c.* 3. *num.* 20. Diod. Tulden. *in Codic. lib.* 5. *tit.* 16.

3. Ast longè aliter se res habet, in donationibus *illustrium personarum.* Nam in Imperio Romano Germanico I. Donatio *Principis Imperii*, quam ille confert *in Augustam*, seu uxorem illustrem, omninò valet: [Siquidem, ejusdem liberalitas, nullis legum frenis, nullisve solennitatum cancellis coerceri debet:] *arg. l. pen. C. de donat. inter Vir. & uxor.* teste Besutio apud Zasium *Consil.* 15. *num.* 53. *lib.* 2. Gail. *lib.* 2. *Observat.* 38. *num.* 17. Petr. Peck. *de testam. Conjug.* 3. *c.* 36. Paul. Wehner. *dict. conclus. Franc.* 1. [Scipio Gentil. *de Donat. lib.* 2. *c.* 2. *fol. m.* 162. Quod latè deducit in terminis Comitis Imperii *Consil. Argent.* 2. *Quæst.* 2. *num.* 58. & *seq. vol.* 2.

Aliam rationem, additâ declaratione, vide *in Gamolog. c. 7. num.* 13.]

4. Dubitatur autem; *An uxor Illustris marito Principi, omnia sua pretiosa (Jocalia vulgò dicta) donare possit?* **Ob ein Fürstlich Fräulein ihr Heurath-Gut und Geschmuck ihrem Gemahl schencken möge?** Si uxor illustris patrem adhuc habet viventem, id ex communi Dd. opinione, *Negatur, per l. filiusfamilias. 7. in pr. D. de donat. l. contra.* 28. §. 2. Ibi: *Etiamsi maximè quis administrationem peculii habeat concessam, donandi tamen jus eum non habere,* Juliano *placuit. D. de Pact.* Johan. Baptist. Costa *Consil.* 87. [Fr. Niger. Cyriac. *controv. forens.* 329. *num.* 59. Hieron. Palma. *Consil.* 15. *per tot. vol.* 2.] Ita consuluit Facultas Juridica Tubingensis, 2. *Augusti* 1629. apud Besold. *Consil.* 44. *per tot.* Quod repetitur *in Consil.* 151. *num.* 154. Dissentit Gravetta *Consil.* 543. *per tot.* [Stephan. Gratian. *decis.* 118. *num.* 7.]

5. II. Donatio à Principe patre facta, *liberis* in potestate constitutis, propter excellentiam Principalis dignitatis, omnimodô subsistit, *arg. l. cum multa.* 7.

ta. 7. *C. de bon. quæ lib. l. f. C. de Collat.* [Sichard. *ad auth. ex testamento. num.* 17. *C. de Collat.*] Contra *l.* 11. *C. de donat.* Gail. *lib.* 2. *Observ.* 35, *num* 16. Petr. Peck. *lib.* 3. *de test. conjug. cap.* 26. *num.* 4. Reinking. *lib.* 1. *Cl.* 5. *cap.* 6. *num.* 42.

6. III. Donatio à Principe vel Statu Imperii *in Privatum* collata, nulla indiget *insinuatione.* Eò quòd coram Principe, tot Proceribus & Nobilib⁹ stipato, nihil occultè vel fraudulenter fieri jura præsumant. *arg. l. sancimus.* 34. Ubi Dn. Brunneman. *C. de Donat. l. illud.* 18. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Wesenbec. *cons.* 27. *num.* 28. Gail. *lib.* 2. *Observ.* 39. *num.* 25. Harpp. *ad* §. 2. *Inst. de Donat. num.* 144. Dn. Tabor. *tr. de testam. Princip. oblat. cap.* 5. *num.* 2. [Sicut enim Imperialis fortuna, omnes alias supereminet: Ita oportet Principum liberalitates, culmen habere præcipuum, juxta rationem ab Imperatore, suo rescripto insertam *in l. cum multa.* 7. *ubi Dd. C. de bon. quæ liber.* Schrader. *de feud. part.* 10. *sect.* 1. *num.* 31. Dauth. *de testam. num.* 168.] Temerarium enim foret, Principis liberalitatem astutâ interpretatione, non ad

augmentum, sed ad diminutionem convertere, juxta *l. fin. C. de præpos. agent. in reb. lib.* 12. Francisc. de Amaya *ad l. un. Cod. si liber. Imper. num.* 12. Limitationem vide apud Johan. Baptist. Larrea. *alleg. fiscal.* 10 *num.* 16. *part.* 1.

7. IV. Quæ à Principe Imperii *Filiofamilias* donata sunt, ad similitudinem quasi Castrensis peculii, *ei in totum cedunt*, Patri ne quidē usufructu relicto; Quò ipsô Principales liberalitates hoc culmen habeant præcipuum; Sunt verba *l. cum multa* 7. *C. de bon. quæ lib.* Dauth. *de testam. Rub. qui testam. fac. poss.* Schrad. *d. p.* 10. *sect.* 1. *num.* 31. Paschal. *de Patr. potest. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 47. [Præterea, quoniam donata à Principe ad quasi Castrensia bona ea de causa referuntur; Siquidem non præsumitur, Principem donare, nisi de Republica, Arte vel Marte benè meritis. Forster. *de success. ab intestm. lib.* 7. *cap.* 27. *n.* 7. Dn. Brunneman. *ad d. l. cum multa.* 7. *C. de bon. quæ lib.* Wehner *consil. franc.* 1. *n.* 20. [Ita de Ducissa Mantuæ *Catharina*, suæ Domicellæ *Felicitæ* donante, respondit Franc. Niger. Cyriac. *controv. forens.* 474. *n.* 23.

(Quod

[Quod adeò evictum fuit, ut nullam Legitimam, Parentes in bonis hujus Domicellæ Felicitæ, prætendere potuerint. Merlin. *de Legitima, lib. 2. tit. 1. quæst. 11. num. 1. & seqq.*]

§. V. Donatio à *Privatò*, Principi facta, etiamsi 500. *solidos* excedat, *insinuatione* tamen non eget. arg. *l. sancimus. 34. cum auth. seqq. C. de donat.* Non enim æquitati conveniens est, ut nec hisce prærogativis fruatur Princeps Imperii, quæ ab eo privatis præbentur. per text. *in Nov. 52. cap. 2.* [Cùm ex æquitate causæ, justitia donationi adjiciatur. Rittershus. *ad Novell. part. 5. cap. 11. num. 2.*] Gail. *2. Observ. 39. num. 25.* Schneid. *ad §. aliæ 2. num. 31. Inst. de Donat.* Bocerus *de Donat. cap. 3. num 74.* [In terminis quoque Principum Imperii Carpzov. *I. P. F. part. 2. Constit. 12. Defin. 16.*]

CAPUT XXVIII.

De Testamento Principum Imperii oblato.

1. CONstitutio Impp. Honorii & Theodosii *in l. omnium. 19. C. de te-*

ſtam. vigorem ſuum obtinet, non minus in Principibus ac Statibus Imperii, quàm in ipſo Imperatore; Proinde ſi Aulicus, vel Conſiliarius, aut quivis alius privatus, *ultimum ſuum elogium*, per ſupplicem libellum Principi Imperii offerat, [illudvè ritè Princeps acceptet,] huic diſpoſitioni firmum robur tribuitur, ac ſi coram ſeptem teſtibus, ſolenniter ad hunc actum vocatis, ultimam voluntatem ſuam conſcripſiſſet: per textum alibi non exiſtentem *in l. omnium. 19.* Ubi Dd. *C. de teſtament. arg. l. in donationibus. 31. C. de donation.* Dauth. *de teſtam. num. 442.* Gilken. *ad l. omnium* 19. *C. de teſtam.* Mynſ. *reſp. 78. num. 8.* Dn. Tabor. *in tr. de Teſtam. Princip. oblat.* [Reüſner *de teſtam. part. 4. cap.* 19. *num.* 4. Dn. Mævius *lib.* 2. *ad jus Lubec. tit.* 1. *art.* 2. *num. 72.*]

2. Nam in actibus coram Principe Imperii celebratis, omnes ceſſare cenſentur ſolennitates, quæ ad excludendas fraudes clandeſtinas, à legibus repertæ ſunt. arg. *cap.* 1. *X. de Conſtit. in 6.* Siquidem præſentia Principis, *juxta Baldum*, eſt loco teſtium, omnemque ſolennitatem

rem supplet, & vincit. Bald. & Salyc. *in l. 2. C. quand. decret. opus est.* Gail. *lib. 2. Observ. 39. num. 25.* Carpzov. *lib. 6. respons. 22. num. 22.* Petr. Dominic. Magdalen. *tr. de testib. testament. cap. 23. limit. 8. per tot.* Màscard. *de probat. conclus. 1352. num. 47.* Quamvis dissentiat Pruckman. *de absol. potest. effect. 3. Membr. 3.*

3. Quid si tamen dubitetur; *An testamentum apud Principem fuerit insinuatum nec ne?* Hoc casu, si illud aliunde probari non possit, duos ad minimum testes ad comprobandum hoc ultimum elogium, ipsi Principi oblatũ fuisse, requiri, dici potest. *d. l. omnium. 19. ubi Dd. præsertim* Gilken *num. 7. C. de testam. l. jusjurandi. 9. §. 1. D. de testib.* [Unde Baldus tradit: Horum testimonium duo complecti debere: Et *Actum* & *Notorietatem.* Actum, quòd illi interfuerint; Notorietatem, quòd preces Principi oblatæ fuerint, idque omnibus constitisse.] Jul. Clar. *§. Testamentum. ubi Giach. & Bajard. q. 56. num. 7.* Mynf. *d. respons. 78. num. 8.* Dn. Tabor. *dict. tr. c. 3. n. 8. & 9.* Vide Dn. Brunnenman. *ad dict. l. omnium. 19. C. dict. tit.*

4. Ulterius quæritur; *An testator ultimum elogium suum Principi per tertium offerre possit?* Et hoc Affirmādum censeo; Nam si quis ea, in quibus solennitates juris relaxatæ sunt, per alium agit aut petit, perinde est, ac si is per semetipsum egerit aut petierit, secundum *Can. qui facit. 27. de Reg. jur. in 6. l. ita. §. quòd si 3.* ibi: *videtur enim gessisse. D. de admin. & pericul. tut.* [Unde in simili dicimus, quòd insinuatio donationis quinquaginta solidos excedentis, etiam per Procuratorem fieri possit, sicuti respondit] Carpzov. *respons. 56. per tot. lib.* 1. Ita in terminis Dn. Tabor. *de testam. Princ. obl. cap. 5. num.* 10. Carpzov. *in I. F. part. 3. Constit. 3. Definit.* 23. Dissent. Moller. *lib. 1. semestr. cap. 5. num. 9.*

CAPUT XXIX.

De Tutoribus illustrium Imperii Personarum.

I. PRincipes ac alii Status Imperii, ut & alii immediati in Imperio Romano-Germanico Pupilli ac minores,

nores, *Tutores in Camerâ*, aut propter concurrentem jurisdictionem *in Aulâ Imperatoris* accipiunt, quarũ jurisdictio hoc casu immediatè fundata est. *arg. tot. tit. C. de tut. vel Curator. illustr. Person.* Ord. Cam. *p.* 3. *tit.* 3. Gail. 1. *Observat.* 1. *num.* 47. Mind. 1. *de Process. cap.* 20. *n.* 12. Vide Bets. *de pact. famil. illustr. cap* 7 *per tot.*

2. Solet enim *Mater*, aut *proximior Agnatus immediatus*, Pupillo tutorem petendo, *Cameram Imperii* plerumque adire, narrando, Patrem esse mortuum, reliquisse liberos; Tutores, maximè proximos Agnatos, nominare, eorum consensum demonstrare per documentum consensus, offerre item documentum ad jurandum, ac petere, ut ordinentur. Cujus processus singularia vide apud Rosenthal. *d. cap.* 10. *num.* 66. Gylman. *tom.* 3. *Symph. verb. Tutela.* [Guilielm. Roding. *in Pandect. Camer. lib.* 1. *tit.* 18. *num.* 5.]

3. Quòd si Pater illustris *in suo Testamento* filio impuberi Tutorem dederit, hæc ceu Patris enixa voluntas erit servanda. *arg. l. si plures.* 3. §. 1. *D. de ad-*

min.

min. & peric. tut. Menoch. *lib. 2. de præsump. 25. num. 4.* [Nam si quicquam est in Politica administratione, quod diligentem sedulamque curam mereatur, tutela certè & cura illustrium Pupillorum, hanc sibi vindicat. Nicol. Bets. *de pact. fam. illustr. c. 7.* Johan. Guttierez. *de tutel. part. 1. c. 3.* Meritò igitur commune patris votum sequendum erit:] Cùm nullus sit affectus, qui vincat paternum, *per l. isti quidem. 8. §. hæc. 3. D. quod. met. caus.* Besold. *de elect. & success. lib. 1. dissert. 4. num. 13.* Nec audiendi sunt illi, qui (ad exemplum *Electorum*,) [de quo Aur. Bull. *tit. 7.* Besold. *de tutel. c. 6. num. 2. & seqq.* Limnæ. *ad A. B. tit. 7. §. 1. Observat. 17.* Gothofr. Freher. & Fridenreich *de tutel. Electorali.*] tutelam legitimam *inter Principes Imperii*, ad necessitatem adstringunt, ac Paternâ dispositione aufferri non posse, tradunt, *arg. l. 1. D. de Constitut. Princip.* Schrad. *de feud. part. 10. sect. 19 num. 16.* Quemadmodum nuper inter *Principes Megapolitanos* disceptatum fuit. [Ac hodierna Imperii practica hoc observat, ut nihil frequentius sit in Imperio Romano-

Germa-

Germano, quàm Principum ac Comitum Imper. elogia ultima, de tutela Pupillorum illustrium disponentia.]

4. Hunc autem testamento datum Tutorem, adhuc Cameræ Imper. confirmatione opus habere, verius est. *per text. Ref. Polit. de Anno* 1577. *tit.* 32. ibi: **durch die Obrigkeit befohlen.** Rosenthal. *de feud. d. conclus.* 10. *n.* 66. Gylman. *tom.* 1. *Symphor. part.* 2. *tit.* 1. Vide Nicol. Bets. *de pact. famil. illustr. fol. m.* 234. *& seqq.*

5. Minor autem immediatus sub Curatoris patrocinio manet, donec ad vigesimum quintum annum completum pervenerit. *arg. pr. Instit. de Curat.* ubi Myns. Wesenbec. Heig. Schneid. Cothman. *consil.* 42. *num. vol.* 3. [Hæc enim est ætas, quæ perfecta ad res suas gubernãdas dicitur, & in persona illustri eò magis necessaria, quò & ad subditos & ad territorium regendum accedit. Dn. Mœvius *ad Ius Lubec. lib.* 1. *tit.* 7. *art.* 6. *num.* 7. *& seqq.*] Nec *Aureæ Bullæ c.* 7. *Constitutio*, quæ Electores 18. *anno* ætatis ad votum ac sessionem habiles esse jubet, utpote contra jus commune,

omnibus

omnibus Imperii Statib⁹ communis dicenda est. *arg. l. nam quod. 4. in pr. D. ad SC. Trebel.* Arumæus. *ad A. B. disc 4. concl.* 15. Rümelin. *ad Aur. Bull. p. 1. diss. 7. conclus.* 10. Bachov. *2. ad Treutl. 8. tr. th. 7. lit. d.* Limn. *lib. 3. jur. Publ. cap. 7. n. 39.* Vide in terminis Cothman. *cons. 42. n. 32. vol. 3.*

[6. A. *Limitatur* Primò, hæc assertio, nisi una vel altera familia illustris, privilegium gentilitium obtinuerit ab Imperatore, quô decimo octavo ætatis annô, Minori Primogenito, regimen Ducatus aut Comitatus indulgetur, quale privilegium Duces Brunsvicenses Luneburgenses, Pomeranos ac Principes Anhaldinos habere, tradit Dn. Limn. *3. I. P. c. 7. num.* 41. & 42. Simili quoque privilegio Domum inclytam Hassiacam gaudere, attestatur Dn. Schüz. *1. I. P. disput. 7. thes. 16. lit. B* De familia Archi-Ducum Austriæ, idem asserit. Dn. Limnæ. *ad A. B. tit. 7. §. 2. Observ. 25.* Idem privilegium, Comites ab Ortenburg ex antiquioribus, jam olim obtinuisse, pro vero comperi.]

6. *Declaratur* secundò, hæc assertio; Nisi

Nisi l. Princeps minor ab Imperatore *Veniam ætatis* impetraverit; quô casu à Curatelâ liberatur, liberam rerum suarum administrationem adquirit, ac majori æquiparatur. *t. t. C. de his qui ven. ætat. l. fin. C. de Sponsal.* Cothman. *consil. 44. num. 16. vol. 1.* Coler. *de Jur. Imp. concl. 65.* Nicol. Bets. *dict. tr. cap. 7. fol. 275.* Exempla apud Dn. Limn. *lib. 2. Iur. Publ. cap. 9. num. 148.*

7. Hanc æt: veniã Principes ac Stat⁹ Imperii, etiam *ante vigesimum ætatis annum* petere, ac ab Imperatore impetrare possunt arg. *Novell. Leon. 28. in fine.* Utpote cùm Imperator *ad l. 2. C. de his qui ven. æt.* dispositionem non adstringatur. *arg. l. Princeps. 31. D. de Legibus.* Novell. 105. *cap. 2. §. 4.* Cothman. *cons. 42. num. 51. vol. 3.* Limn. *lib. 2. Iur. Publ. cap. 9. num. 150.* [Et hæc ætatis veniæ concessio personis Imperii illustribus, adeò propria est Imperialis culminis, ut reservatis Imperatoris annumeretur, nec Camera Imperialis in hoc negotio sese intromittere possit. Thom. Michael *de jurisdict. thes. 32. in fin. Disp. Bas. vol. 1.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 2. num. 22.* Dn.

Stam-

Stamler. *de Reserv. Imp.*] De Principis supremi soluta legibus potestate vide doctè Franc. de Amaya. *lib.* I. *Observ. jur. cap.* I. *num.* 90. *& per tot.*

8. Quæritur autē: *An Princeps Minor, qui veniam ætatis impetravit, si in ipsa administratione læsus fuerit, restitutionem in integrum petere possit?* [Sane nō desunt, qui hoc Negant; Ne quispiam Imperiali authoritate decipiatur. *per l.* I. *C. de his qui ven. ætat.* Nam, qui veniam ætatis quęrit, minor nascendo, grandævus esse cæpit consiliô, ac quod in rebus humanis audacissimum est, beneficium annorum contemnit, sicuti ratiocinatur Cassiodor. *Regis Theodor. Consiliarius lib.* 7. *Rescript.* 41. Besold. *in delibat. lib.* I. *fol. m.* 29.] Attamen *affirmativa sententia* æquior mihi videtur. arg. *l. fin. C. si minor. se maj.* Francisc. de Caldas *ad l. si Curatorem, num.* 57. *C. de restitut. min.* modò Status Reipubl. ex administratione damnum sentiat. Ruland. *decis. contr. Jur.* 5. fac. Duaren. *ad tit. Cod. de his qui ven. ætat.* Quoniam Respubl. semper utitur jure minorum, ac pupilli loco habetur. *l.* 4. *C. ex quib. caus. maj. l.* I. *l.* Rem-

Rempublicam, 3. *C. de Iure Reipubl. lib.* 11. Afflict. *decis.* 213. Usil. *ad §. rursus. num.* 46. *Inst. de Action.* Proinde dicunt Dd. Rempublicam nunquam fieri majorennem. *l.* 1. §. *sanè.* 1. *ubi Br. C. de off. ejus qui vic. alie.* [Ita Matth. de Afflict. *ad Constit. Regn. Vtriusque Sicil. lib.* 2. *tit.* 29. Ruland. *decis. quæst. Iur.* 5.] Vide Sforziam Oddum *de restit. Q.* 3. *art.* 9. *& q.* 8. *art.* 9. & 14. [Dissentit Cothman. *respons.* 42. *num.* 49. *vol.* 3. Cancer. 1. *V. R. cap.* 7. *num.* 15.]

9. Dantur autem Tutores, plerumque *Proximiores Agnati*, aut *quos* Testator in ultima dispositione nominavit. *arg. l. verbis.* 120. *D. de V. S.* Andr. Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. verb. Electorum. cap.* 4. *num.* 37. [Vide tr. Dn. Limnæ. *ad A. B. tit.* 7. §. 2. *Observ.* 26. Besold. *de tutel. cap.* 3.]

10. Quod etiam *in Matre & Avia* obtinet; adeò quidem, ut si illæ ipsæ petendo liberis suis Tutores, unà sese ordinari petant in Camera Imperiali, propter pietatis & charitatis affectionem audiantur; *Etiam in ipsius Ducatus administratione*; Modò prius renuncient se-

cundis nuptiis, Senatusconsulto Vellejano, aliisque legum auxiliis, de quibus *Auth. Sacramenta. auth. matri & aviæ. cum l. f. C. quand. mul. offic. tut.* Guttier. *de tutel. cap. 8. num. 44.* Gylman. *tom. 3. symphor. verb. Tutela.* Rosenth. *de feud. cap. 12. conclus. 10. n. 22.* [Quo casu *Mater vel Avia* illustris, Tutrix esse potest, liberorum in dignitate positorum, etiam in bonis feudalibus, exclusis Agnatis vel ipsô feudi Dominô Benekend. *de jur. mulier. fol. 930.* Rosenthal. *dict. conclus. 10. num. 20.* Besold. *de tutel. cap. 12. num. 4.*]

11. *An autem Vitricus Tutor à Patre dari possit, filio suo Imperii illustri?* Quæritur: ac respondetur; *Quòd sic. per l. fin. C. de contr. tut. judic. l. 2. C. de interdic. matrim. int. pupill.* Wurms. *in Obs. lib. 38. Obs. 4.* Bets. *de Pact. famil. illustr. fol. 255.* Quam opinionem Camera Imperialis sequitur, teste Gylman. *tom. 3. Symph. verb. Tutor.* [De quo latius Dn. Besold. *de tutel. c.* 18. *num. 3.*]

12. Dubitatur etiam: *An in Ducatibus Imperii, in quibus Primogenituræ jus viget, Proximus quoque Agnatus in Tutela remo-*

remotiorem excludat, adeò, ut ei remotior adjungi aut præferri non possit? In tutelâ Legitima aut Dativa, *Affirmativa* verior est. Quoniam tutela defertur juxta gradus prærogativam. *per l. quo tutela 37. D. de Reg. jur. l. ne lucrum. 5. C. de curat. furios.* Rosenthal. *d. c. 12. concl. 10. n. 29.* Schrad. *de feud. p. 10. sect. 19. num. 25.* Bets. *de pact. famil. illustr. fol. 241.* [Vide Dn. Limnæ. *ad Aur. Bull. tit. 7. §. 2. Observat. 26.*]

13. Nil autem impedit, quò minus personis Illustribus *Mediati etiam Tutores* quandoque existant; *Scilicet* dum Pater, Imperii Princeps, Liberis suis unum vel alterum Consiliariorum, fide & dignitate probatorum, in Tutorem eligit; Ita *Marchioni cuidam Badensi* Paternis ex tabulis Tutor *Cancellario* datus, ac *An.* 1589. in Camerâ confirmatus fuit. Adrian. Gylman. *tom. 3. Symph. verb. Tutor.* Sailer in Cammer-Gerichts Urtheln/ *verb. Tutor.* [Dn. Besold. *in Delibat. lib. 1. Rubr. De Venia Ætatis fol. m. 83.*]

14. Quæ de Principibus Imperii immediatis dicta sunt, etiam in *Electoribus* Imperii obtinent, præterquam quòd

 diver-

diversum jus seu *duo* singularia inprimis reperiam; *Primum*; Quòd Electores in *ætate Minorenni* constituti, ad Electoratus dignitatem, Votum & Sessionem habiles fiant *Anno decimo Octavo*. Aur. Bull. *cap*. 7. Arum. *ad Aur. Bull. disc*. 4. *concl*. 11. Rümelin. *ad Aur. Bull*. 1. *diss*. 7. *concl*. 5. Buxtorff *ad Aur. Bull. concl*. 86.

15. Quæritur autem, *An hoc tempus completum requiratur*? Affirmatur & quidem meritò; per text. *d. cap*. 7. *ibi*: Achtzen gantzer Jahr. facit *l*. 3. §. 3. *D. d. minor*. Cothman. *consil*. 43. *num*. 14. *lib*. 1. Limn. 3. *Iur. Publ. cap*. 7. *num*. 46. Rümelin. *d. l. concl*. 7. [Dn. Limnæ. *ad A. B. cap*. 7. §. 2. *Observ*. 29. Dn. Dieterich. *eod. fol. m*. 54.] Dissentit Knich. *de Saxon. Privil. verb. Electorum cap*. 5. *num*. 59.

16. *Secundum singulare est*; Quòd Electore in pupillari ętate existente, Tutor ejus legitimus sit, *Proximus Agnatus*, quam tutelam ei per *Testamentum* auferri non posse, verius videtur. per text. Aur. Bull. *cap*. 7. §. 2. Arum. *discurs*. 4. *concl*. 10. Rosenth. *de feud. cap*. 12. *concl*. 10. *num*. 19. Coler. *de Iur. Imp*. 56. Dn. Harp-

Harpprecht. *in* §. 2. *Inst. de leg. agn. tut.* Limn. I. *Iur. Publ. cap.* II. *num.* 103. [*Ac ad A. B. cap.* 7. *f.* 2. *Observ.* 21. Dn. Dieterich. *eod. tit. fol. m.* 52. Dn. Besold. *de tutel. cap.* 6. *per tot.*] Eâ ratione irrita visa fuit dispositio *Friderici IV. Electoris* Palatini, quâ Anno 1610. testamento Tutelam detulit Joh. Bipontino, exclusô *Philippo Ludovico*, Palatino Neoburgensi, cujus causam egregiè defendebant ejusdem Consiliarii *Zeschlin & Fridenreich. in tr. singul.* Electoris Palatini autem dispositionem, ceu causam pro amico, tuebantur *Freherus & Gothofredus*: Ast lite pendēte, Bipontinus in administrationis possessione permansit, donec Elector Minorennis *Fridericus V.* Administrationem Electoralē aggressus esset. [Testamentariam tutelam Electoralem operosè defendit. Dn. Casp. Unrath. apud Dn. Fritsch. *in Colleg. Iur. Publ. Exercit.* I.]

17. Quæritur autem; *An Princeps Elector filio suo quoad Ducatus ac Comitatus Electoratui non annexos, Testamento Tutores dare possit?* Quod *communiter Negatur*, & quidem meritò. Quoniam

 Tutor

Tutor ad certas causas, certaque negotia dari nequit. *per l. certarum. 12. D. d. testam. tut.* Ideò Tutor tàm à lege, quàm ab homine datus, ad omnes res, omniaque negotia ad pupillum pertinentia, datus censetur. *l. non solum. 10. §. & quod. D. dict. tit.* Praesertim cùm Tutor detur personae, non rei. [Proinde si Lex alium, alium item Tutorem Testator daret, sanè hoc nihil aliud esset, quàm evertere ordinē gubernandi, ipsasq; leges fundamentales.] Ita Knichen. *de Sax. non prov. jur. V. Elector. cap. 4. num. 31.* Zeschlin. *de tut. Elect. cap. 8. num. 582.* [Besold. *de tutel. cap. 6. num. 5.*] Dissentit. Bocer. *d. jurisd. cap. 8. num. 78.*

Caput XXX.

Principes & Status Imperii, se, scribunt, Regnare Dei Gratiâ.

1. SAnè Principum Imperii supereminentia & quasi Majestas in territorio Ducali, conspicua, prae aliis exterorum Regnorum Principibus, imprimis

primis exinde clarescit; Quòd Duces & Principes Germani immediati in Edictis, Rescriptis & Literis, ad Subjectos vel alios inferiores, directis, inscriptione, **von Gottes Gnaden**/ utantur, eisque se Gratia Dei regnare præmittunt; Sicuti communi Imperii observantia comprobatur, de qua Bocer. *de Regal. c. 2. num. 6.* Besold. *in Thesaur. Pr. lit. G. verb.* **von Gottes Gnaden.** Ubi *Additionator.* Dieter. *num. 74.* Klock. *de contribut. c. 4. num. 146.* Limnæ, *lib. 4. I. P. c. 6. num. 32.* *Ubi Additiones* Dn. Schulenburg. *de potest. Princip. Imper. cap. 9. fol. 134.* Dn. Burgold. *Secund. part. 1. dissert. 20. num. 17.* Sanè hâc supereminenti inscriptione, Principes Imperii immediati usi fuêre, à tempore retrò computato, immemoriali, suæve originis ferè nescia. Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisdict. part.* 1, *c.* 7. *num. 42.* Hujus autem origo primordialis ad tempora Othonum Imperatorum probabiliter rejicimus, quo tempore Ducatus ac Marchio natus Imperii, hæreditario jure possideri cœperunt. Vide Archolog. *c. 9 per tot.* Ubi varia exempla exaltationis

familiarum Germaniæ illustrium, ad posteros transmissæ, recensentur.

2. Inter vetustiora Germanici Imperii, exempla reperi, quòd *A. DCCCCLXXVII.* Othone II. imperante, *Otho Dux Wasgoviæ*, in fundationis Diplomate Monasterii Sancti Lamberti, sese Gratia Dei regnare, **Wir Otho von Gottes Gnaden/ Hertzog in Wasgau/** scripserit, apud Philipp. Simon. *in Chron. Episcop. Spirens. Rubr. De Episcopo Bertoldo 22. fol. m. 30.*

3. Pari modo & more, in fundatione Monasterii Lorichensis, agri Würtenbergici, legimus, *Fridericum Sueviæ Ducem* Anno MCII. Imperatoris Friderici *B*arbarossæ Avum, hanc inscriptionem, Fundationis Instrumento formaliter præmisisse: In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, *Fridericus*, Divina favente Clementia, Suevorum Dux & Francorum. *Docum. Rediv. D. VV. fol. m. 713.* Quæ verba, Dei Clementia, idem quod Dei Gratia denotant. Vide Eund. *Scriptor. fol. 24. & fol.* 724.

4. Ex eadem ratione, *Eberhardus Comes de VVürtemberg*, Anno MCCXCI. in Instrumento, quoad Monasterium Lorchen-

Lorchēse, hanc inscriptionem præfixit: Universis præsentium inspectoribus, tam præsentibus, quàm futuris, Nos, *Eberhardus*, Dei gratia Comes de Würtemberg, constare volumus & profitemur, &c. Datum & actum *A. D. M. CC. Nonagesimo primo*, Mariæ Madalenæ. *in Docum. VVurt. fol.* 734.

5. Sanè Ecclesiastici Præsules, longo tempore hôc titulô abstinuerunt; memores professionis suæ humilitatis. Nec sub Carolinorum regimine ullum reperies Episcopum, tali inscriptione usum fuisse: Memorabilis est Titulus, quem suo Testamento præposuit Episcopus Argentinensis *Heddo*, hisce formalibus: Ego Dei nomine *Eddo*, peccator, per misericordiam Dei vocatus Episcopus, hoc testamentum à me factum, relegi, apud Francisc. Guilleman. *de Episcop. Argent. in Eddon. fol. m.* 112. Subsecutis temporibus, Episcopi communiter se divina permissione vel indulgentia, auß Gottes Verhängnuß/ oder auß Gottes Erbarmung/ tale officium se gerere scripserunt. Vide Simon. *de Episcop. Spirens. passim*, Act. Lindaviens. *fol.* 585. & 551.

6. Poſtquam verò, Epiſcopi & Abbates, integros Pagos, diſtrictus, imò territoria, cum jurisdictione, appetere, eaque ab Imperatoribus obtinere cœperunt. De quo vide Vadian. apud Goldaſt. *in Alleman. tom. 2. part. 1. fol. m. 84.* Archolog. *c.* 13. Titulo & inſcriptione, *Dei gratia*, uti ambierunt; Sicuti de Epiſcopo Conſtantienſi in Inſtrumento *Anno MCCCLXXXVIII.* confectolegim⁹: **Wir Burckhardt/von Gottes Gnaden/Biſchoff zu Coſtantz.** Quod extat in Act. Lindavienſ. *fol. m.* 927. De Archi-Epiſcopo Moguntino, legimus, *quod Anno Chriſti MCCCLIV*, in atteſtato publico parilem titulum præſcripſerit: **Wir Gerlach/von Gottes Gnaden/ deß H. Reichs zu Maintz Ertz-Biſchoff.** in Artic. Werthem. *fol.* 14. *in Append.* Exempla vetuſtiora reperies apud Trithem. *in Chron. Sponhaimenſ.* ſub *Adelberto*, Archi Epiſcopo, *Anno MCXXVII. fol. m.* 244. *in operibus.* Quô titulô ſenſim irrepto, Eccleſiaſtici Principes immediati in huncuſq; diem utuntur fruuntur.

7. Ideò etiam hoc pro Gloria Principum Imperii immediatorum aſſerendum,

dum, quòd hac inſcriptione, nulli alii Duces aut Comites ſubalterni, cujuscunque Regis aut Monarchæ exiſtant, utcunque ſe Liberos eſſe pronuncient, ſuis reſcriptis aut Inſtrumentis publicis, absque Læſę Majeſtatis crimine uti audeant. *arg. traditorum* Anton. de Padilla *ad l. ſacri effectus. 6. num. 3. C. de reſcript.* Nam de *Ludovico XI.* Galliarum Rege, refert Bodinus, eum ſub gravi pæna Franciſco Armoricum Duci, mandaſſe, ut hanc inſcriptionem, ſuis reſcriptis præmiſſam, detraheret. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 7. num. 772.*

8. Teſtatur quoque Petrus Ærodius, Comitem Armenacum, quòd ſe Gratia Dei inſcriberet, ſub Carolo Galliarum Rege, propterea læſæ Majeſtatis crimine accuſatum fuiſſe, eò quòd hiſce verbis, à Regia poteſtate ſe liberare videretur, unumque ſe, non Carolum Regem velle obſervari præſumeretur. Petr. Ærod. *Rer. judicat. lib. 7. tit. 3. cap. 9. fol. m. 563.* Vid. Draco *de jur. Patric. lib. 3. c. in* appendic. *num. 8.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 3. num. 18.* Theod. Hoppinck. *de jur. inſign. cap. 32. num. 33. & ſeqq.*

9. Et

9. Et hac inſcriptione utuntur, *tùm* ex longiſſima obſervātiâ, quæ privilegii ac juris conſtituti loco habetur. *juxta l.3.§.4.D. de aq. quot. & æstiv.* Tiraquell. *de Iur. Primogenit. q.4.n.45.* [Quæ temporis vetuſtas Imperatoris conſenſum involvit. Dn. Limnæ. 4. *I.P. cap. 6.n.33.*]

10. *Tùm* propter autocraticæ poteſtatis eminentiam; Cùm Principes & Status Imperii in conſortium quaſi ſummi Imperii, ab Imperatore aſſumpti ſint, ac eâdem in territoriis ſublimitate gaudeant, quâ Imperator ipſe in Imperio, unde ἄρχοντες und Mitglieder deß Heil. Röm. Reichs nominantur, ac revera exiſtunt, ſecundum ea, quæ tradit doctè *Bachov.* 1. *ad. Treutl. diſp.3.th.6. lit.e.* latè Klock. *de Contribut. cap.4. num.143.* *Bœckel. d. diſquiſ.* 4. *num.7.* Limn. *lib. 4. Iur. Publ. cap. 6. n. 32.* [latè *Burgold. ſecund. part.* 1. *Diſſert.* 10. *num.* 18.] Hinc illud eſt, quod ad *Campegium* Cardinalem ſcripſit *Eraſmus Roterodamus*; Germaniæ Principes agnoſcere quidem Imperatoris potentiam, ſed tali modo, ut imperent veriùs, quàm pareant. Sleidan. *lib. 8. hiſtor.* Vide hoc & aliud teſtimonium

monium apud Carpzov. *ad Capitul. cap.* 1. *sect.* 11. *num.* 4. *seqq.*

11. Propter hanc summæ potestatis communicationem, Electoribus *in Aur. Bull. c.* 24. Majestas tribuitur. Quasi eam unà cum Imperatore teneant. Vide *Decretum Imper.* apud Brunning. *de jur. Univ. concl.* 10. [Rümelin. 3. *ad Aur. Bull. Dissert.* 4. *thes.* 1. *Ubi Addition. meæ.*]

12. Imò etiam cæteri Imperii Principes, Majestatis quasi participes effecti, sunt, ac Majestatem in suo territorio habere videntur, Bœckel. *disq. criminal.* 4. *num.* 7. *f.* 41. Cluten. *in Syllog. concl.* 26. *lit. a.* Schrad. *de feud. p.* 10. *sect.* 1. *num.* 33. Adeò ut *Dn. Carpzovius* asserat, *Principes & Status imperii in suis Provinciis Majestatis imaginem habere.* Carpzov. *dict. tr. c.* 1. *sect.* 13. *n.* 3. [Vide Lampad. *de Imper. R. G. part.* 3. *cap.* 3. §. 5. Ac non abs re dici potest, quòd Superioritas territorialis Imperii Principum & Statuum, æmuletur summam Imperii Majestatem. Burgold. Secund. *part.* 2. *Dissert.* 5. *n.* 7.]

13. Ex hisce præmissis facile est decidere Quæstionem; *An subditus in Imperii Statum crimen læsæ Majestatis committere*

tere possit, ad eum effectum, ut pœnæ *l. quisquis. 5. C. ad l. Jul. Maj. subjiciatur? V.* G. Si veniat ad impugnandam Patriam, vel consilia contra personam Principis subministret? Quod *Affirmatur*: arg. Constitutionis *Henric. VII. Imper. Tit. qui sint rebelles. in extravag. l. 1. §. 1.* ubi Gothofr. & Dd. D. *ad l. Iul. Majest.*

14. Ubi enim adest subjectio, homagii præstatio, ac reverentia quasi Majestatica, ibi offensio non pro simplici delicto æstimatur, sed pro crimine læsę Majestatis. arg. *l. nemo. 3. ibi: Reus etiam Majestatis de Domino adversus quem. C. de Episc. aud.* Schrader. *de feud. p.* 10. *sect.* 1. *num.* 31. *Ac consil.* 23. *num.* 178. *Bocer. de crim. læsæ Majest. cap.* 2. *num* 91. *& seqq. ac de Regal. cap.* 3. *num.* 103. *Bœck. d. disquis.* 4. *n.* 7. In hujus assertionis confirmationem præjudicia de Duce Sabaudiæ adducit, Ant. Fab. 8. *Cod. tit. 6.* Eamque sententiam quoque Assessores Cameræ tenent, inter quos reperies Herm. Stam. *de Person. serv. lib.* 3. *c.* 10. *fol. m.* 700. [Ita in casu, quô quatuor mulieres Ducem *B.* veneno necare attentaverant, consuluit latè & eleganter Georg. Everhard. *consil.*

consil. 2. *num.* 92. & *seqq. vol.* 1. Ac de ſubdito, non revelante machinationem contra Principem agit Conſult. Saxon. *part.* 4. *Quæſt.* 7. & 46.] Quamvis diſſentiat Dn. Harpprecht. qui Authores pro & contra recenſet *in* §. 3. *num.* 19. *Inſt. de Publ. Iud.* Idque non ſolùm verum eſt, quoad *Bonorum confiſcationem*; ſed etiam quoad *Memoriæ damnationem*; Dn. Bocer. *de crim. læſæ Majeſtat. cap.* 3. *n.* 76.

15. Quamvis hoc moderationem recipiat, *quoad Liberos*; Et quidem non ſine ratione. Quippe etiam malos Principes, quanquam reos Majeſtatis puniiſſent, in liberos non ſemper animadvertiſſe, ex Hiſtoriis conſtat. Eamque ob cauſam *Coſmum Medicæum*, prudentiſſimum Principem, majeſtatis damnatorum bona liberis, & agnatis ſemper reliquiſſe, fertur. Vide Georg Everhard *conſil.* 2. *num.* 96. *vol.* 1. *poſt pr.* Roſenthal. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 69. *num.* 2. *lit. E.* Knichen. *de Saxon. Privileg. verb. Ducum. cap.* 5. *num.* 479. Anton. Matth. *de crimin. tit. Crim. Læſæ majeſt. c.* 1. *num.* 4. *in fin.*

16. Quod de Principe diximus, idem verum

verum est & obtinet *in Civitatibus Imperialibus. arg. d. l. 2. ubi* Castr. & Dd. *C. d. Episcop. aud.* Casp. Klock. *de Contribut. c. 5. n. 42.* Proinde si civis ad oppugnandam Patriam veniat, crimen læsæ Majestatis vix evitare poterit. *l. pen. D. ad l. Jul. Majest.* Dn. m. Præc. Bocer. *d. tr. c. 2. num.* 110 *&* 111. Dn. Daniel Haider. *in act. Lindav. fol.* 179. [Ita de Cive ad hostem profugiente Dn. Mevius *ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 2. *art.* 3. *num.* 20. *& seqq.* Quamvis dissentiat Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *c.* 15. *num.* 28.]

17. Hoc tamen delictum, *ad non Subditos*, extendi non potest; Cùm soli illi, qui ratione Originis aut Domicilii subditi sint, tale crimen committant. Siquidem crimen læsæ Majestatis, aliquam relationem subditi erga Principem, ratione reverentiæ debitæ ex homagio ortæ, requirit. Clem. *Pastoralis. §. rursus. ubi* præcipuè Bonifac. de Vitallinis. *vers. Verum. num.* 39. *& seqq. de sent. & re judic.* Sixtin. 2. *de Regal. c.* 20. *n.* 29. Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *concl.* 69. *n.* 4. *lit. R.* Gail. 2. *de P. P. c.* 13. *num.* 19.

18. Hinc is, qui vel *ratione feudi*, vel

ratione

ratione Officii, Domino obligatus est, siquid molitus fuerit contra Principem, cum in crimen læsæ Majestatis vix incidere, dicendum esse videtur. *per d. Clem. 2. verb. subfuit.* Gigas *de Crim. læsa Majestatis. q. 68.* Rosenthal. *d. c. 5. concl. 69. num. 5. lit. h.* [Ant. Matth. *dict. cap.* 1. *num. 10.*] Præjudicia de Vasallo & Officiali refert in Duce Sabaudiæ Anton. Faber. *lib. 9. Cod. 6. def.* 10. *& 11.*

19. Quæritur autem; *An tale crimen committat is, qui in Principis Imperii territorio bona possidet?* Cujus quæstionis decisio dependet ex resolutione dubii illius; *An bona subditum faciant?* Ac verius respondetur; *Quòd non*; Quia bona subditum non aliter efficiunt, nisi quoad realem actionem. Vide Paurmeist. *de jurisd. lib. 1. c. 9. num.* 119. Ziegl. *ad §. Landsassi: Conclus.* 1. *num.* 39. Ritter. *de homag. c. 7. num.* 138. post alios Stamm. *de Servit. person. lib. 1. cap. 5. num. 29. & per tot.* [Vide Casp. Klock. *de Contribut. cap.* 13 *num. 16. & seqq.* Bern. Bacilis *de potest. Leg. municip. in Advenas Disq.* 1. §. 4. *num.* 35.]

Caput XXXI.

De Matrimonio Principum & *Statuum Imperii, ubicunque liberrimo.*

1. NOn fœdera tantùm, ſed etiam *Matrimonia*, Principes & Status Imperii liberrimè inire poſſunt; & quidem *ſine Imperatoris* authoritate & præſcientia, cùm conſenſus ejus ad hæc parum proficiat; Fruſtra enim expectatur ſcientia aut conſenſus ejus, qui diſſentiendo nihil poteſt impedire: *l. aliquando.* 13. §. *f. D. ad SCt. Vellej. l. qui poteſt.* 26. *D. de Reg. jur.* [Ac inhoneſtum, veteribus, viſum fuit, vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, teſte Jure-Conſulto *in l. Titia quæ.* 134. *D. de V. O.* Sanchez. *de matrimon. lib.* 1. *diſput.* 30. Vide Gamolog. *meum. c.* 2. *num.* 7.]

2 Hac ratione multi Principes Germaniæ, qui cùm antea inimici ac hoſtes eſſent infenſiſſimi, *mutuâ affinitate* ſe ſibi invicem devinxerunt, ac pace factâ veterem amicitiam matrimoniò corroboraverunt. Vide Matth. Caſtrit. *de Heroic.*

roic. Virtut. Princip. German. l. 2. cap. 7. [Pluresnamque Principes hoc sæculo, Conjugum blanditiis expugnati, minus hosti nocuerunt, vel apertè transierunt ad partes, Jacob. Zevec. *in Obs. Polit. ad Sueton. Cæs. c. 1. §. 2.* Gamolog. *c. 2. n. 8. Vbi varia exempla reperies.*]

3. Imperii autem Proceribus non solùm in Imperio affinitate sese jungere, sed etiam *apud exteros Reges & Principes* matrimonia quærere pro lubitu, licitum est; quod vel exinde liquet, dum vix ulla Principales Imperii familia (quarum præcipuè sedecim in Germania hodiè numeramus) reperiri possit, quæ non aliquoties, cum Regibus & Principibus exteris affinitates contraxerit. [Exemplo sit vel unica familia Palatina, quæ bis tervè cum Regibus *Poloniæ*: cum magno *Moscoviæ Duce*: cum Rege item *Siciliæ*: cum Rege *Aragoniæ*: cum *Burgundiæ* Ducibus: bis cum *Daniæ*: bis cum *Angliæ* Regibus: bis cum familia Regum *Galliæ*: bis cum *Sueciæ* Regibus, affinitatem & connubia inivit. Auth. *Reip. Imp. Germ. part. 2. c. 6. fol. m. 270.* Vide Gamolog. *cap. 2.*

num. 4. *&* 5. Alia exempla passim collige, [ex operibus Genealogicis *Henningi Scipionis Amirati Albizzi. Dn. Rittershusii & Dn. Speneri*; Et aliquando prodituris jam diu desideratis Principum Germanicorum Genealogiis *Dn. Rauscheri Profess. quondam Publ. Tubingensis* patebit.

4. Hoc certè non modicum est argumentum maximæ libertatis Principum Germaniæ; cùm *in Gallia. Hispania ac Anglia*, non solùm Principes, sed ipsimet, *Regum fratres*, sine Regis præcedente consensu, matrimonia contrahere, aut filiæ illustres pro lubitu nubere, prohibeantur; Ren. Choppin. *de doman. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 11. Sckenæ *de leg. Regn. Scot. lib.* 2. *cap.* 41. *&* 48. [Exempla in Gamolog. *cap.* 2. *n.* 4. 5. *&* 6.] Et hoc non *sine ratione*: Cùm Principis potentioris, rerum novarum cupidi, affinitas animum facillimè ad turbas movendas flectere possit, dum ab Exteris affinibus & consilia & parata auxilia sibi spondere licet. Jacob. Zevet. *in Sueton. Cæsar: vers.* 2. Anton. Diana *Var. Resol. part.* 6. *tr.* 1. *Res.* 27. *per tot.* [Rationes vide

vide in mea Gamolog. *cap.* 3. *num.* 8.] Quæ causæ ferè unica fuit nuperi divortii in Gallia, inter Principem *Gastonem Borbonium*, Regis fratrem, ac *Margaritham Lotharingicam*. Gamolog. *cap.* 2. *num.* 5.

5. De eo casu dubitari posset; *An Princeps Imperii, matrimonia inire possit, etiam dissuadente ac invito Imperatore?* Et licet affectatio affinitatum extranearum Populis semper fuerit suspecta; Vide Arnis. *lib.* 2. *de Republ. cap.* 3. *sect.* 8. *num.* 87. Maximè si natio illa vel clam inimicitias foveat cum Imperio Romano-Germanico: arg. traditorum à Schrader. *de feudis part.* 9. *cap.* 5. *num.* 27. [Dn. Am. Hieron. im Hof. *de Rat. Stat. cap.* 2. Veruntamen cùm matrimonia Virorum Imperii illustrium debeant esse liberrima, *arg. cap. requisivit. cap. gemma. X. de sponsal.* Salmuth. *de matr. Princip. cum Virg. Nob. fol.* 38.] ac leges Imperii hoc nullibi expresse vetent, ideò standum est regulæ affirmativæ. arg. *l. praecipimus.* 32. §. *f. C. de Appellat.* Zasius *lib.* 1. *consil.* 4. *num.* 8. Schrad. *de feud. p.* 10. *sect.* 20. *num.* 110. [Nicol. Bets. *de pact.*

 famil.

famil. fol. 392. Vide latè Gamolog. *cap.* 3. *num.* 6. & 7.]

6. Quæritur autem; *An Nobilis Virgo, quam Princeps aut Comes Imperii in Vxorem duxit, titulo Comitissæ* der Wohlgebornen *gaudeat*? Quod meritò *Affirmamus*. Uxor enim nobilis, etiamsi minoris ordinis sit, Mariti tamen dignitatem, non tàm Principis, quàm legis, beneficio, adquirit & obtinet. *l. fin.* ubi Amaya. *C. de incolis. l. fœminæ.* 8. *D. de Senat.* [Ita namque Imperatores Dioclecletianus & Maximinianus Paulinæ rescripserunt: Cùm te non à Senatore procreatam, sed ob matrimonium cum Senatore contractum, clarissimæ fœminæ nomen adeptam dicas, claritas hæc beneficio mariti tibi parata est. *in l. cum te.* 10. *C. de nuptiis.* Azevedo *in Recopil. leg.* 1. *tit.* 11. *lib.* 2.] Ita in terminis Besold. *Consil.* 88. *per tot.* Francisc. Pfeil. *Consil.* 78. *num.* 16. *cent.* 1. Surd. *decis.* 330. *n.* 15. *Vide infra cap.* 34. [latissimè ego in Gamolog. *cap.* 5. *num.* 12. & *seqq.*]

Caput

CAPUT XXXII.

De Emptore bonorum fiscalium, Principis Imperii, statim post Contractum securo.

I. CONstitutio Imperatoris *in l. benè à Zenone. ƒ. C. de quadr. præscript.* etiam in Principibus & Statibus Imperii locum habet. Jaſon. *in term. Conſil. 227. col. 8. vol. 2.* Anton. Fab. *lib. 7. Cod. tit. 11. d. 1.* Schrad. *de Feud. part. 10. ſect. 1. num. 29.* Reſponſ. *jur. in Cauſ. Agr. Biltenſ. num. 49.* Nicol. Burgund *de evict. c. 36. per tot.* [Requiſita *L. benè à Zenone. 3.* refert Carol. Tapia *de Conſtit. Princip. in Rubr. cap. 1. num. 16. & ſeqq.*] *Emens* enim rem aliquam *à Principe*, aut ejuſdem fiſco, adverſus omnes actiones perpetuò tutus eſt ac invincibilis, adeò, ut ne quidem *à Vero Domino* inquietari poſſit; Sed ſi quiſpiam ſe læſum eſſe, aut in re illa jus habere, ſibi præſumat, pro pretio & indemnitate *intra quadriennium* contra Principem actionem movere neceſſum habet, poſtea amplius non auditur. *l. 2. & 3. C. de quadrienn.*

præscript. Baldus *in terminis Consil.* 363. Honded. *cons.* 67. *num.* 28. *vol.* 1. Schneid. *ad Inst. Rubr. d. spec. ann. præsc. num.* 42. Gratian. *discept. for.* 607. *num.* 24.

2. Quæritur autem; *Idemne juris obtineat in eo, qui titulo lucrativo, veluti Donatione, rem alienam à Principe adquisivit?* Affirmatur & hoc *per text. in dicta l. 2. in pr. ibi: Munificientiæ nomine. C. de Quadr. Præscript.* Hoc enim medium est, inter privatam fortunam, & Regale culmen, ut æquè *Donatarius* post Principis donationem sit invincibilis, nec quisquam contra eum sibi viam aliquam apertam esse sperare possit. Quoniam donatarius factus est per traditionem novus Dominus, & perpetuus Possessor. Bald. *d. Consil.* 363. Jason. *d. consil.* 227. *col.* 8. *vol.* 2. Resp. Jur. *in Caus. Biltens. num.* 52. Dissentit Johan. Anton. Mangil. *de sub hastat. quæst.* 136. *num.* 6.

3. Aliud sequitur Dubium; *An dispositio d. leg. benè à Zenone. locum quoque habeat in venditionibus rerum fiscalium, quæ à Principalibus Rationalibus*, von dem Fürstl. Beampten/ *fiunt, speciale mandatum ad vendendum non habentibus?* Ita videtur

tur quidem Juris-Consulto Ulpiano *in l. si Curator. 5. D. de jure fisci.* Attamen *Negativa sententia* verior mihi videtur. Quoniam alienationes Procuratorum Cæsaris non habent dictum beneficium *L. benè à Zenone.* Nec emptor securus est, nisi eæ ex epistalmate, hoc est, ex Imperio, jussu & mandato Principis, fiant. *per d. l. benè à Zenone. §. Quæ omnia. ibi: ex epistalmate tamen nostro. C. d. quadr. præscript.* Jason. *in auth. quas actiones. n. 5. C. de Sacrof. Eccles.* Ita decisum fuisse refert Fr. de Clapperiis *in decis. Caus. 68. quæst. 2.* [De Constitutione *l. Bene à Zenone.* Vide Fr. de Calda. *Quæst. forens. 29. per tot. lib. 2.* Fr. de Ponte *consil. 132. num. 141.* Fr. Niger Cyriac. *Controvers. jur. cap. 531. 532. & 533. per tot.*]

Caput XXXIII.

De bonis Domanialibus à Præscriptione exemptis.

1. PRincipum ac Statuum Imperii bona, *à Præscriptione* libera & exempta esse, communiter Dd. tradunt:

dunt: *arg. t. t. C. Ne rei Domin. vel templ. l. competit. 6. C. de Præscript.* Balb *de Præscript. 3. part. 5. part. pr. q.* 1. [Leonh. Less. *de Iustit. & Iur. lib.* 2. *cap.* 6. *Dubit.* 12.] Anton. Fab. *lib. 7. Cod. 12. def.* 1. Grivel. *decis. Burgund.* 76. [Vide omnino Renat. Choppin. *de doman. Franc. lib.* 3. *tit.* 9.] Quod de *Quadragenaria* præscriptione minus dubii habere videtur. *per l. fin. C. de sacros. Eccles. l. fin. C. de fund. & salt. rei dom.* Gravet. *de Antiq. temp. part.* 1. *verb. absolutis, num.* 40. *& seqq.* Berlich. 2. *Pract. concl.* 8. *num.* 1. Choppin. *dict. tit.* 9. *num.* 2. Less. *dict. Dubit.* 12. *Vers. Quadraginta.*]

2. *An idem juris in immemoriali præscriptione obtineat, ut tanto temporis spatio Principis bona præscribi nequeant?* maximè *Dubitatur.* Hujus quæstionis resolutio dependet ex diversitate principalis patrimonii; *Duplex* enim est Patrimonium Principis. *Vnum* quod competit Principi ut Principi, ac apud nos Cammer-Guth. à Gallis *Domanium, Domaine*, vocatur, cujus proprietas pertinet ad Principem, non jure hæreditario, sed *jure feudali*, quatenus ab Imperatore de eo investi-

investitus est. [Vel quatenus bona familiæ avita & gentilitia possidet. Renat. Choppin. *de Doman. lib.* 3. *tit.* 9. Bulenger. *de Roman. Imper. lib.* 3. *cap.* 18. *& seq.*] *Aliud* est, quòd ad Principem pertinet, tanquam Privatum Patrimonium, *verbi gratia*, quòd titulo emptionis, vel legati, à Principe Imperii adquisitum est. Francisc. de Amaya *in proœm. tit. C. de jur. fisc. num.* 17. Jo. Sande *tr. de probib. rer. alien. part.* 1. *cap.* 6. *per tot.* [Quæ privati patrimonii bona, olim Imperatores Romani *per Comitem & Rationales* administrari curaverunt. Cæsar. Bulenger. *de Roman. Imper. lib.* 3. *cap.* 17. *&* 26.] Sic Imperator *Augustus* indicem bonorum suorum conscripsit, tanquam, si homo privatus esset, teste Dione *histor. lib.* 54. Quam distinctionem notant Dd. *in l. benè à Zenone. ff. C. de Quadr. præscript.* Anton. Fab. *d. defin. num.* 4. Bart. de las Cæs. *in Quæst. An Principes Subditos possint alienare.* latè Scipio Gentil. *de donat. int. Vir. & uxor. lib.* 2. *cap.* 2. Dn. Garsia Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 33. Quamvis *quinq;* bonorum Prin-
cipalium

cipalium genera consideret Lamb. Goris. *advers. jur. cap. 24. num. 44.*]

3. Bona Domanialia ab Imperii subdito *immemoriali tempore* præscribi posse, verius videtur. *arg. cap. super quibusdam. vers. præterea. d. V. S.* Reichs-Abschied *de Anno* 1548. §. Wann auch ein Außgezogenen. *in verbis*: Uber Menschen Gedächnuß. Zas. *consil.* 15. *num.* 44. *&* 54. *lib.* 2. Gilcken. *ad auth. quas actiones. Cod. de Sacros. Eccles. cap. 9. num.* 73. [Cabedo *part.* 2. *decis.* 41. *num.* 1. Lamb. Goris *dict. cap.* 24. *num.* 49. Francisc. de Amaya *ad l. omnes.* 3. *num.* 16. *& seqq. C. de annon. & tribut. lib.* 10. *Qui contrariis respondet sub num.* 18.] Modò exinde non fiat *Acephalus*, id est, sine capite, adeò ut sine Superiore in Imperio esse velit: Hinc talis adquisitio intelligenda non est de exemptione ab ordinaria *Principis* ac Domini sui jurisdictione, *arg. c. cum non liceat. extr. de Præscript.* Fachin. *lib.* 13. *cap.* 81. Dn. Bocer. *de Regal. cap. num.* 47. Leonh. Less. *de Iustit. & Iur. lib.* 2. *cap.* 6. *Dubit.* 12. *vers. in secundò.*

4. *A Principe verò peregrino* & Imperio non subjecto, bona hæcce in æternum

num præscribi nequeunt, ut ab Imperii subjectione subducantur. *d. c. cùm non liceat.* Gylman. *lib. 2. decis. 54. num. 94.* Bocer. *d. num. 47.* Gilken. *d. auth. c. 12. num. 14.* Adeò quidem, ut Patrimonii Principalis *redimendi*, æterna authoritas existat; Id quod sustinetur etiam Publicâ utilitate, secundum ea, quæ latè deducit Johan. Igneus *in l. necessarios. §. non alias. num. 650 & seqq. D. ad Sc. Syllan.* [Renat. Choppin. *de doman. lib. 3. tit. 9.* Lambert. Goris *advers. jur. c. 24. num. 47. & seqq.*]

5. Principis enim, ac Reipublicæ Rom. interest, ut omnes Præscriptiones in diminutionem Imperii cedentes, explodantur; Ne Patrimonio Imperii distracto, universa Reipubl. onera in cæteros subditos cadant. Quo casu benè judicavit *Sabaudiæ* Senatus in Cod. Fabr. 7. *tit.* 12. *def.* 1. ac *Burgundiæ* Rota apud Grivel. *decis.* 76.

6. De *Privato* Principis *patrimonio* aliud dicendum est. Siquidem illud æquè communibus commerciorum Regulis subjacet, non aliter quàm alicujus privati patrimonium. *arg. l. fin. C. de*

de fund. limiph. l. fiscus. 6. D. de Iur. fisc. Anton. Fab. *d. defin.* 1. *num.* 2. *&* 3. Argentr. *ad Consuet. Britan. art.* 266. *cap.* 16. *num.* 4.

Caput XXXIV.

De Uxore Illustri Principis aut Comitis Imperii.

1. Quemadmodum *Caput* influit in cætera membra: Ita oportet quoque à *Marito*, tanquam à capite, qualitates honorificas in *Uxorem*, tanquam membrum derivari. *arg. Can. est ordo. Can. mulierem. caus. 33. quæst. 5. l. si cum. 22. §. 7. ibi: nil tàm humanum. D. solut. matr.* Alber. Gentil. *de nupt. lib.* 2. *cap.* 18. [Anton. Tessaur. *decis.* 123. *n.* 9.] Francisc. de Amaya *in l. fin. num.* 5. *C. de Incol. lib.* 10. Unde meritò evenit, ut Principes & Status Imperii maximam prædictorum privilegiorum partem etiam *uxoribus suis communicent. arg. l. Princeps.* 31. *D. de Legib. l. fiscus.* 6. *§. fin. D. de Iur. fisc.* Rich. Dieter. *de Majest. th.* 72. *disp. Bas. vol.* 1. Coras. *lib.* 2. *miscell. cap. fin.* *num.*

num. 8. Viri enim honoribus Uxorem etiam illustrari, vulgò notum est. *per l. mulieres.* 12. *C. de dignitat. lib.* 12. *Novell.* 105. *cap.* 2. Tiraquell. *de legib. connub. lib.* 1. & 2. Gratiau. *discept. for.* 627. *num.* 3. [latissimè *Ego in Gamolog. cap.* 7. *num.* 6. Quod exemplis tam Romanorū quàm Græcorum illustratur *sub num.* 3.]

2. Quod verum est, & *Declaratur Primò*, ut obtineat in iis privilegiis, quę mulieribus *ratione Sexus* convenire possunt, ac quorum ratione dignitatis & personæ qualitatis *capaces* esse queunt. *arg. l. fœmina.* 8. *D. de Senat.* P. Peck. *de testament. Conjug. lib.* 3. *cap.* 24. & 26. Limnæ. *lib.* 2. *Iur. Publ. cap.* 13. *num.* 9. 17. & *seqq.* [Ob medium enim inhabile, generalis locutio non operatur, nisi in quantum potest. Nicol. Everhard. *in loc. legal. loc.* 5. Unde Uxor Principis non potest Statuta vel leges provinciales condere Cùm legum sanctiones non mulierem sed virorum Prudentum consulta dicantur *in l.* 1. *ibi: Virorum prudentum. D. de legib.* Coras. *addit. Princeps.* 31. *num.* 14. *D. eod. tit.* Vide latè Gamolog. *cap.* 7. *num.* 19.]

(2. B)

[B.2. *Declaratur Secundò*, præfata aſſertio, in iis honoribus, qui *in diminutionem* Principis mariti tendunt; Chaſſan. *in Catalog. glor. mund. part. 5. conſiderat. 39.* Ita cùm in Senatu Romano *Liviam Auguſtam*, per adulationem, alii Parentem, alii Matrem patriæ appellandam cenſerent, plerique ut nomini Cæſaris adſcriberetur; *Tiberius* moderandos fœminarum honores dictitans, ac muliebre faſtigium in diminutionem ſui accipiens, ne lictorem quidem, ei decerni paſſus eſt, aramque adoptionis & hujuſmodi alia prohibuit; referente Tacit. *in Annal. lib. 1. c. 14.* Meliori nota modeſtiſſimam *Plotinam* commendat Plinius in Trajani Panagyrico: *Vxor tua*, (inquit ad Trajanum) *quàm nihil ſibi ex tua fortuna, niſi gaudium vindicat. Eadem, quàm modica cultu? quàm parca Comitatu? quàm civilis inceſſu? Mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita inſtituit. Nam Vxori ſufficit obſequii gloria.* Plin. *in Panagyr. Trajan. fol. m. 83.* Vide Gamolog. *c. 7. num. 20. & 21.*]

3. Ex quibus deducitur, quod Principe aut Comite Imperii *Nobilem* uxorem

rem ducente illa titulo Comitissæ, der Wohlgebornen/statim gaudet. *arg. l. fin. Cod. de Nuptiis. Nov. 105. cap. 2.* Andreas Tiraquell. *de Nobil. cap.* 18. Nolden *de Nobil. cap. 6. num.* 81. Ita in terminis nostris consuluit Besold. *Consil.* 88. *quæst.* 1. *per tot.* Ac hoc modo decisum refert Anton. Fab. *in Cod. lib. 9. tit. 29. defin.* 16. Quod adeò extendunt *Hispani*, ut secundum ipsos, si Virgo *Ignobilis Regi* nubat, mox *Regina* nuncupetur, sicuti constitutum legimus in Recopil. *l.* 18. *tit.* 14. *lib.* 6. Francisc. de Amaya. *in d. l. fin. n.* 6. *C. de incolis.* Vide latiùs *Meam Gamolog. cap. 5. num.* 13.

4. Qeritur autem: *An Princeps vel Comes Imperii, in Uxorem suam aliquam jurisdictionem exercere possit? Negandum* videtur: Quia Uxor per conjugium non serva, sed *Socia* effecta est; Unde etiam in Jure Civili Consocia vocatur. *l.* 1. *D. de rit. nupt. l. 4. Cod. de crim. expil. hæred.* Arnis. *de jur. Connub. c. 7 sect. ult. n.* 38. [Quæ Societas (*juxta Cassium & Nervam,*) Uxorem, quodammodo Dominam effecit. *per l.* 1. *D. de rer. amot.*] Qua de causa *Martia*, Catonis Uxor, ma-

ritum in auxilium secutura, apud Lucanum dixit:

Non me lætorum sociam, rebusq; secundis
Accipis: in curas venio, partemq; laborũ.

Parem autem in parem non habere potestatem, vulgò patet. *l. nam magistratus. 4. ibi: pari imperio nullo modo cogi potest de Recept. Arbitr. l. ille, à quo. 13. D ad SCtm. Trebell.* Bets. *de pact. fam. Illustr. pag 463.* [Menoch. *consil. 250. num. 40. lib. 3.*

5. Præterea Principis *uxor*, non minus est Persona Imperii immediata, quàm ipse Princeps; ideò in causa sive controversia Principis Mariti cum uxore, (habitâ tamen differentiâ, an de vinculo, vel de jurgiis disceptetur) Immediatus, qui aliàs Judex est, adeundus erit. Vide Fichard. *consil. 69. num. 7. & seqq. vol. 2.* Reinking. *lib. 3. cl. 1. cap. 10. num. 50.* Dn. Limnæ. 4 *Jur. Publ. cap. 8 num. 69* [Unde benè scribit *Aymo Publitius*: Quòd uxor non sit sub potestate Viri, sed potiùs sub ejus obsequio: Nec credendum, quòd Maritus habeat tantam potestatem in Uxorem, quantam pater habeat in filium. Aymon. Publit. *ad Consult.*

Avern.

Avern. tit. 14. art. 1, num. 2. Dn. Affinis Wibel. *de contract. multer. cap. 2. n. 52.*] Ac plurimorum judicio, vapulat Dux Saxoniæ, *Johan. Casimirus*, quòd in causa Uxoris suæ propriam jurisdictionem exercere maluerit. Adi quoque Anton. Fab. Vinar. *de relig. regend. lib. 2. cap. 10. num. 25.* Gylman. 3. *Symph. verb. Matrimonium.*

6. Additâ hac *Declaratione*; Quòd Marito illustri propter potestatem maritalem brevis & discreta *correctio* in Uxorem, etiam illustrem, non denegetur, arg. *l. 1. C. de emend. serv. l. 1. C. de emend. propinq.* [Quemadmodum enim fluvius continetur intra alveum, ita debet coërceri voluntas Uxoris. *Eccles. cap. 25. in fin.*] Arnis. *d. tr. cap. 7. sect 4. num. 9.* Gratian. *discept. forens. 738, num. 69.* Paschal. *de Patr. Potest. part. 3. cap. 4. num. 20.* [Gœhaus. *part. 2. Quæst. Academ. 15.* Vide Gamolog. *cap. 7. num. 22. & seqq.*]

CAPUT XXXV.

De Liberis Principum Imperii, *utriusq; Sexûs.*

1. SAnè, quemadmodum jure Civili, *Liberi, naturales & legitimi*, Patris sui, tanquam activi principii familiam, agnationem, honores & dignitates acquirunt, & sequuntur. *per l.* 1. §. *qui ex duobus. D. ad muncipal. l. lex naturæ. 24. de stat. homin.* Tiraquel. *de Nobilit. Quæst.* 18. *n.* 20. *& seqq.* Baro Enenckel *de privil. Par. & Liber. Privileg.* 3. *c.* 1. *num.* 34. Fr. de Amaya *ad l. exemplo. 36. C. de Decur. lib.* 10.] Ita quoque Principum ac Comitum Imperii Rom. Germanici, *Liberi utriusq; Sexûs*, ratione dignitatis ac Tituli, ejusq; præeminentiæ respectu, horum privilegiorum partem maximam obtinent. [*arg. l. si furiosi. ibi: quàm iis, qui ex genere eorum nobiliores sunt. C. de nupt.* Nicol. Noalis *de transmiss. Cas.* 29. *n.* 4. Ego *in Gamolog. c.* 20. *per tot.*

2. Tribuitur enim eis Titulus *Ducis vel Comitis*, der Fürsten/ Grafen und Herren/

ten/ weil sie auß Fürstlichem/ Gräfflichem und herrlichem Stammen gebohren. Ac ratione dignitatis & præeminentiæ *Liberi illustres* non minus *Duces, Marchiones, vel Comites* sunt, vocantur & honorantur in allocutione, salutatione, & literis, quàm ipse Parens Princeps, aut Comes. *arg. l.* 1. *l. Senator.* 11. *C. de dignit.* Bets. *de pact. famil. illustr. p. 436.* Nold. *de Nobil. cap. 16. num. 34.* Paschal. *de Patr. Potest. part. 4. cap. 1. num. 52. & seqq.* latè Besold. *d. tr. de Monarch. in consil. annex. fol. 200.*

3. Quoniam Liberi, patre vivente, quasi Domini rerum paternarum existunt. *l. in suis. 11. D. de lib. & posth.* Mastrill. *de Magistrat. 1. cap. 5. n.* 1. Paschal. *d. tr. part. 4. cap.* 1. *num.* 5. Eò magis filii Principis in Ducatu æquali divisioni obnoxio sunt & dicuntur *Domini*, etiam Patre adhuc vivente in Ducatu avito. Besold. *de elect. & success. lib. 1. dissert. 6. num.* 5 latè Sesse *decis.* 115. *n.* 53. *& seqq.* [Unde benè tradit *Glossa juris Canonici*; Filius Regis, etiam vivente patre, Rex dici & eodem modô vocari potest; licet Regnum nondum habeat: Id quod

 argu-

argumentum est pro Comitibus *Teuthoniæ & Italiæ*; Jam enim Dominus est, & sola administratio deest. Gloss. *in cap. fin. caus. 24. Quæst. 1.* Fr. Niger. Cyriac. *controv. forens. cap.* 203. *n.* 23. Mastrill. *de magistr. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. Quod illustrari potest ex traditis Springsfeld. *d. Appanag. cap.* 11. *num.* 165. Ego *in Gamolog. cap.* 20. *num.* 3.]

4. Quæritur autem; *An Pater illustris jurisdictionem habeat in liberos, adeò ut eos, quasi subditos suos, judicialiter tractare possit? Negatur.* Filii enim illustres cum Patre in dignitate sunt pares; Und seynd gleich Fürstenmässig. Par autem in parem non habet Imperium. *arg. c. innotuit. de Elect. l.* 4. *C. de arbitr.* Ziegl. *concl.* 1. §. *Nobiles. num.* 14. Modestin. Pistor. *q.* 169. *part.* 4. Bets. *de Pact. famil. d. pag.* 436. latè per exempla Surd. *consil.* 47. *num.* 10. *& seqq. vol.* 1. Maximè cùm in Imperio Romano-Germanico filii Illustres immediati, *non ultimo defuncto, sed primo adquirenti* succedant. Hartm. Pistor. *part.* 2. *q.* 1. *n.* 17. Vult. 1. *de feud. cap.* 8. Killing. *de Ganerb. disc.* 9. *num.* 6.

5. pro-

5. Proinde liberi Principis Imperii forum suum non in territorio Patris, sed ubi alii immediati cives Imperii, sc. coram Imperatore, vel in Camera, aut coram Austregis, habent, juxta Schubhard. *de Austreg. conclus. 3. lit. H.* aliter censet Merlin *de legit. lib. 3. tit. 1. q. 16. per totum.* [Besold. *in consil. tr. de Monarch. annex. fol. 200.* Bignon. *ad formulas seu sententias Marculphi. fol m. 539.* In terminis filiorum Regis, Alphons. ab Azevedo *in l. 1. Recopil. tit. 3. lib. 2.* latè Ego in Gamolog. *cap. 22. num. 2. & 3.*]

6. *Quid si filius deliquerit?* Idem dicendum esse videtur; Cùm etiam Principum liberi Constitutionem *Tit. Vbi Senat. vel Clar.* allegare queant. [Audiamus prudentissimum Consulem Romanum: *Magna* (inquit) *oportet esse vitia, atque peccata filii, quibus incensus parens poterit in animum inducere, ut ipsam naturam violaret, ut amorem illis penitus insitum ejiceret ex animo, ut denique se patrem esse oblivisceretur: Nam si inimicorum delicta toleramus, quid mirum est, etiam Filiorum.* Cicer. *pro Rosc. Amerin.* Plutarch. *de liber. educand.*] Nicol. Bets.

d. tract. pag. 434. Caspar. Ziegler. *in §. Nobiles. concl.* 1. Limn. *num.* 14. *& seqq.* Surd. *d. consil.* 47. *num.* 10. [Quod latè pro & contra deduxi *in Gamolog. cap.* 22. *à num.* 5. *& seqq.* Hinc malè audit *Philippus II.* Hispaniarum Rex, in Apologia *Gulielmi Auriaci Principis*, quod *Anno* 1568. *Carolum*, filium suum unicum, tot regnorum hæredem, paucorum Inquisitorum judicio, capitali pœnæ submiserit. Vide Thuan. *histor. lib.* 43. Petr. Matth. *histor. Henr.* 4. *lib.* 1. *narr.* 4. *num.* 13. *fol.* 227. Famin. Strada. *de bell. Belg. dec.* 1. *lib.* 7. *fol. m.* 377. [Gamolog. *d. cap.* 22. *num.* 16.] Dissentiunt Stephan. *de jurisdict. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 77. Joh. Aloys. Riccius *Collect. decis.* 2377.

7. Cæterum ea, quæ hucusque dicta sunt, ex ejusdem juris ratione extendo etiam *ad Principes ac Status Imperii territorio carentes*, auff die abgetheilte Herren/ *les Cadets, qui ont leur appanage*, ac ad omnes cæteros legitimè natos ex familia illustri, quorum jus tantùm in suspenso manet. Pariter enim sicut Nobiles *alia* privilegia habent, quatenus ex nobili familia prognati sunt, *alia*, quatenus

tenus libera Imperioq; immediatè subjecta castra possident; Ita etiam Imperii illustres personæ. Vide Bets. *de pact. famil. illustr. p.* 436. *&* 487. Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. part.* 1. *cap. 7. num.* 20. Besold. *de Monarch. in consil. annex. fol.* 199. [latè Gamolog. *cap. 21. n.* 1. *&* 2.] Prout *in Gallia, Italia,* cæterisque Regnis omnes ex regio ac illustri sanguine nati, præ aliis privilegia habent quàm multa, quæ recenset Girard. *lib. 3. de l'Estat de France f.* 337. Pasquier. *des Recherches. 3. cap. 7.* Limn. *in Notit. Regn. Franc. lib. 2. cap. 23.* [Carol. Losæus *tr. des Ordres de France. c. 7. num. 53.*]

8. Ad *Comitia* tamen Principes Panagiarii vocari non solent, sed Primogenitus omnes, qui supersunt ex familia, repræsentat, eorumque nominè investituram petit; Uno verbo: **Er vertritt Sie** in omnibus actibus & congressibus publicis, ubi de eorum commodo vel præjudicio agitur. Vide Rosenth. *lib. 9. de feud. conclus. 56. num. 16.* Ritter. *de homag. concl. 55. ac 85.* Ruding. 1. *Controv. feud. cap. 56. num.* 11. Meichs. *tom. 2. lib. 1. decis. 5. fol. 451.*

9. Quæritur autem: *An liberi, fratres, aliivè nati ex familia illustri Imperii Romano-Germanici, ligentur Statuto provinciæ paternæ?* Negativam sententiam judico veriorem. Nam quâ ratione in generali Principis locutione non comprehenditur persona loquentis, *l. inquisitio. ubi Bl. & Cyn. C. de solut.* Eâdem quoque ratione, nec illustri sanguine junctus obligatur, quia subditus non censetur. Bets. *de Pact. Famil. illustr. pag. 437.* P. Peck. *de testam. Conjug. lib. 3. cap. 26.* Schrad. *consil. 3. num. 204.* [Besold. *in d. consil. fol.* 201. Unde in simili scribit *Jason:* Scilicet Leges Cancellariæ Romanæ, non ligare *Cardinales*, cùm sint pars corporis, Papæ, aut excellentia talium Dominorum, requirat specialem mentionem. Jason. *consil.* 117. *num.* 1. *lib.* 4.] Menoch. *consil. 250. per tot.* Vide tamen Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 16.*

10. Ex quibus consequitur, Statutum de lucro dotis non ligare filiam Principis aut Comitis, secundum Rol. à Valle *tr. de lucro dot. quæst. 83.* Schultes. *lib. 1. quæst. 3.* [Fr. de Solis *de lucro Dot. Quæst.* 15.] Dissentit Rol. à Valle sibi con-

contrarius. *consil. 86. num. lib. 1.* Bertramin. *ad Ludov. decis. 279. num. 22.* [Vide Gamolog. *cap. 21. num. 5.*]

PARS SECUNDA

Hujus Libelli, de Juribus Principum & Statuum Imp. Realibus agens.

Caput XXXVI.

De Territoriali Jurisdictione.

1. NUnc de Privilegiis & Juribus, quę Principibus ac Statibus Imperii *ratione Territorii* competunt, quędam considerandasequuntur. Horum omnium primum, imò unicum instar omnium est, summum illud ac *ferè Majestaticum* jus, *Territorialis jurisdictio*, quæ aliàs die Lands-Fürstliche Obrigkeit/ die Lands hohe Obrigkeit/ die Lands Hoheit und Herrligkeit vocatur. Meichsner. *decis. Cam. 8. num. 2. tom. 2. part. 1.* Dn. & Am. Dapp. *de Civit. Imper. cap. 6. n. 18.* [Besold.

ſold. *in Theſaur. Pract. lit. L. verb.* **Lands-Fürſtliche Obrigkeit.** Dn. Knipſchilt. *de Civit. Imp. lib. 2. cap. 5. num. 24.*]

2. Hæc, quoniam *nec* uſu juris cognita, *nec* legibus Civilibus definita, ſed *ſolis moribus* Imperii Romano-Germanici introducta exiſtit, ideò perplexa ac difficilis eſt cognitu, varieque à variis uſurpatur. Vide Knich. *tr. de jur. territor.* Ming. *d. ead. mater.* Gylman. *tom. 1. Symphor. p. 1. vot. 1. num. 58.* Wehner. *in Obſerv. verb.* **Lands-Fürſtl:** Conſil. Argent. *p.* 1. *conſ. 2.* Reink. 1. *cl. 5. cap. 1. 2. & 3.* [Merckelbach. apud Klock. *3. Conſil.* 10. *num.* 11. 29. *& per tot.* Hæc Jurisdictio territorialis communiter, Superioritas territorialis, aut jus territorii vel jus Principatus, vulgò **Hohe Lands Obrigkeit** dicitur Dn. Knipſchilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 5. num* 18. *&* 57. Heiden *apud Fritſch. Exerc. I. P.* 10. *poſit.* 24.]

3. *Differt* autem jurisdictio territorialis *à mixto & mero Imperio*, ſeu à Jurisdictione alta & baſſa, tanquam genus à ſpecie; Michael *de jurisdict. concl.* 44. Knich. *de jur. territor. c.* 1. *num.* 251.

4. Eo-

4. Eodem modô *differt à Regalibus*, tàm majoribus quàm minoribus, Sixtin. *lib.* 1. *de Regalib. cap.* 1. *num.* 20. Dn. Lindenſpür. *de Imper. mutat. cap.* 29. *n.* 85. Plura enim ad regiam poteſtatem pertinent, quæ non ſunt de Regalibus, ut benè notavit Valaſcus *de jur. Emphyteut. quæſt.* 8. *num.* 34. Reinking. *d. c.* 3. *num.* 18. Caſp. Klock. *de Contrib. cap.* 3. *num.* 152. [Acta *Lindavienſ. fol. m.* 647. Diſſentit Dn. Bocer. *claſſ.* 5. *diſput.* 10. *theſ.* 67. Knipſchilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 143.]

5. *Differt à Majeſtate*, tanquam effectus à ſua cauſa; ſiquidem Jus territoriale à ſuperioritate profluit, quo modo Majeſtatis jura, ab ipſa Majeſtate promanant. Dn. Bocer. *de Regalib. cap.* 2. *n.* 1. Arum. *in jur. Publ. diſcurſ.* 1. Reinking. *d. cl.* 5. *cap.* 6. *num.* 117. [Beſold. *de majeſtat. ſect.* 3. *cap.* 1. *num.* 2.]

6. *Differt* item *à Reſervatis Imperatoris*, von den Käiſerlichen ſonderbahren Hoheiten und Reſervaten eò, quòd ita in ſignum omnimodę ſuperioritatis, Cæſareæ Majeſtati, tanquam ſupremo omnium capiti in Imperio Rom. Germ.

pro-

propria sint, ceu essentialis Imperatoris Virtus, ut ab ossibus ejus avelli, aut Imperii membris communicari, sine maxima confusione, aut Status immutatione, nequeant. latè Joh. Igneus *in l. necessarias. §. Non alias. D. ad SC. Syllan. num.*648. Zas. *lib.* 2. *Consil.* 16. *n.* 12. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. Klock. *de Contribut. cap.* 3. *num.* 33. [Nam, licet multa & magna Principibus & Statibus Imperii sint concessa, majora tamen semper Cæsareæ Majestati sunt reservata. Mingius *de Superiorit. territ. c.* 4. *conclus.* 45. Dn. Stamler. *de reservat.* §. 2. *num.* 7. Dn. Knipschilt. *dict. c.* 5. *n.* 62.]

7. *Differt* quoque superioritas territorialis, *à dignitate feudi Regalis*, quæ cadere potest etiam in Imperii Civem mediatum; Vide Reichs-Abschied de *Anno* 1548. §. wiewol auch 66. [Multi enim sunt Comites & Barones, qui dignitate feudi regalis investiti quidem sunt, territorialem tamen Jurisdictionem non habent, sed aliorum Principum Imperii sunt Landsassi & subditi.] Dn. Reink. 1. *cl.* 4. *cap.* 14. *num.* 40. [Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 15.]

8. Sanè

8. Sanè *Iurisdictio territorialis* definiri poteſt, *Ius ac poteſtas ſummi Imperii ac Regalium, poſt Imperatorem competens Principi aut Statui immediato in res ac perſonas in ſuo territorio particulari exiſtentes.* Vide Knich. *de Iur. territ. cap. 1. num. 196.* Reink. *d. cap. 3.*

9. *Poteſtatem Imperii ſummi poſt Imperatorem,* dico; Quoniam Principes & Status Imperii in ſuo territorio, *quoad Jurisdictionem,* tantum poſſunt, quantum Imperator in Imperio, adeoque ibidem Imperatorem repræſentant, ac illius vicem obtinent. Zaſ. *lib. 2. Conſil. 1. num.* 31. Gylman. *Symph. 1. t. 3. vol. 3. n.* 15. Græv. *in proœm. Concl. num.* 24. *vide ſupra. cap.* 14. [Acta *Linda. fol. m.* 331. Schulenburg. *in diſput. Quilibet Status tantum poteſt in ſuo territ. quantum Imper. in Imperio.* Dn. Heiden apud Dn. Fritſch. *in Exercit. jur. Publ.* 10. *num.* 24. Et hanc ſuperioritatem territorialem competere quoque Civitatibus Imperii immediatis, latè defendit, & contrariis reſpondet Dn. Am. quond. m. Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib. 2. cap. 4. n. 7. & ſeqq.*]

10. Dixi: *Principi aut Statui immediato.* Nam si quis in suo territorio, alium, quàm Imperatorem, pro superiore agnoscit, erit *Landsassus*, seu mediatus Imperii Civis, arg. *c.* 13. *X. de Privileg.* Mager. *de Advocat. armat cap.* 6. *num.* 101. Reinking. 1. *cl.* 5. *cap.* 3. *num.* 11 Caspar Klock. *consil.* 19. *num.* 17. *vol.* 1. Hinc patet, territorialem hanc superioritatem propriè competere tantùm *Immediatis Imperii Civibus*, **den unmittelbaren Ständen deß Reichs.** Knichen *de jurisd. territor. cap.* 1. *num.* 337. Michael. *de Iurisdict. concl.* 44. Wehn. *in Observ. verb.* **Lands-Fürstlich.** [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 5. *num.* 62. & 63.]

11. Unde pro *Regula* in Imperio Romano-Germanico communi traditur: *Quaecumq; terra non est immediata, nec reperitur vel in matricula Imperii, seu* **in deß Heil. Reichs Anschlägen** / *praesumitur esse de territorio ac Provincia Principis illius, in qua sita est.* arg. *l.* 1. §. *initio. D. de Offic. Praef. urb. l.* 239. §. *D. de verb. signif.* Meichsner. 1. *Rer. judicat. decis.* 50. *n.* 31. Reinking. *in cl.* 5. *cap.* 2. *num.* 49. & *seqq.* Klock. *d. tr. cap.* 20. *num.* 298. [latè

Tenzel

Tenzel. apud Dn. Fritſch. *in Exerc. Iur. Publ. 2. num. 88.*]

12. Sanè hoc annotandum eſt; Quod de immediato Statu Imperii dixi, illud quoque in *Nobilibus Imperii immediatis*, der Freyen-Reichs-Ritterſchafft in Schwaben/ Francken und Rhein locum habet. Illis enim non minus, quàm aliis Principibus ac Comitibus Imperii, jurisdictio territorialis competit. Bidenbach. *quæſt. Nobil.* 1. *num.* 7. *& ſeqq.* Mager. *de Advoc. arm. c.* 6. *num.* 107. Siquidem etiam illi, tanquam immediati Imperii Cives, in pagis & caſtris ſuis immediatis varia Principum jura exercent, etiamſi in matricula Imperii inſcripti non reperiantur. latè Beſold. *de Stat. Reipubl. ſubalt. cap.* 6. *num.* 5. *& ſeqq.* Dn. Treisbacb. *de præced. Ord. Eq. q.* 2. *num.* 141. *& ſeqq.* [ac *de Civitat. Imper. immed. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 13.

CAPUT XXXVII.

De Perſonis & Rebus in Territorio ſitis.

1 RES, *bona* intra fines territorii ſita, Domino territorii ſubjiciuntur;

Primò quoad Iurisdictionem, ac terrēdi potestatem, quam quilibet Magistratus intra fines sui territorii exercet. *l. pupillus.* 239. §. *p. D. de verb. signif. c. si diligens. de Præscript.* Michaël. *de jurisdict. concl.* 59. Wesenbec. *consil.* 62. *num.* 28. Mager. *de Advocat. armat. cap.* 3. *n.* 262. [Jurisdictio enim ordinaria & contentiosa inhæret territorio; ac limites jurisdictionis, regulariter sunt limites territorii. *l. fin. vers. Qui certa. C. ubi & apud quem cognit.* Anton. Faber. 3. *Cod.* 12. *Definit.* 23. *num.* 2.]

2. Licet hæc bona etiam *à Tertiò* quodam, non subdito, possideantur. Vide Köppen. *decis.* 48. Aut talis Possessor *Regia dignitate* emineat: Nihilominus *reali subjectione* mancipatus, & ad onera realia adstrictus erit. arg. *l. indictiones.* 3. *C. de Annon. lib.* 10. *ubi* Francisc. de Amaya *latè discurrit.* Gail. *de Pignorat. Observ.* 15. *num.* 3. Besold. *de Iur. territor. cap.* 1. *num.* 1. *Polit. Oper.* [Unde generali præsumptione juris, Monasteria & bona ad ea pertinentia, in alterius Principis, Civitatis vel Status Imperii territorio sita, ad ejusdem jurisdictionem

nem & superioritatem pertinere judicantur, Dn. Knipschilt. *dict. tr. de Civit. Imper. immed. lib. 2. cap. 5. num. 77.* Qui hoc exemplô Civitatis Imperii *Eslingensis* illustrat. Tenzel. *apud* Dn. Fritsch. *Exercit. Iur. Publ. 2. num. 88. & 89.* Additâ hac *Limitatione*; Donec exemptio & libertas liquidò probetur. *per cap. dilectus. 2. X. de Capell. l. null. 28. §. 4. C. d. Episc. & Cl.* Reinking. *class. 5. c. 1. num. 38. & seqq.* Potest enim locus aliquis esse in territorio, qui tamen de territorio Principis non existit. *per cap. dilectus. 29. X. de rescript.* Tenzel. *dict. exercit. 2. num. 91.* Ziegler. *Comm. concl. §. Landsassi num. 29. & 32.*]

3. *Secundò quoad proprietatem*; Territorii enim Dominus vindicat sibi in ditionibus suis *omnia Regalia*, tàm Majestatis quàm Fisci, & quidem jure proprietatis. Vult. *lib. 1. feud. cap. 5. num. 7.* Michael. *de jurisdict. conclus. 46.* Reink. *1. cl. 5. cap. 3. num. 16.* Nec solùm ea, *quæ in cap. unic. Quæ sint Regal. 2. f. 56.* exprimuntur, sed etiam, *si quæ alia sunt*, quæ magis ex recepto usu, quàm lege aliquâ scriptâ, Regalibus annumeran-

tur; Quorum quàm plurima esse docet ex Roderic. & Ursperg. Cujac. *ad dict. cap. unic.* Sixtin. *de Regal. in proœm. n.* 17. Michael. *de jurisdict. concl.* 46. Rosenth. *de feud. c.* 5. *conclus.* 94. *num.* 1. Additâ *Declaratione* Dn. Tenzel. *de subject.* apud Dn. Fritsch. *Exercit.* 2. *n.* 40. & 48.

4. *Personas* afficit superioritas territorialis, & quidem omnes, quæ in territorio Principis, Comitis, aut Status Imperii existunt; *Tum I. Ratione Domicilii*, quod omnimodam jurisdictionem & subjectionem passivam, contra subditos tribuit. *per l. hæres.* 19. §. 1. & *final. D. de judic. l.* 2. *C. de jurisdict.* Zanger. *de exception. part.* 2. *c.* 1. *num.* 9. Gail. *de pignorat. cap.* 15. *num.* 7. Effectus namque domicilii, est potestas conveniendi aliquem in loco, ubi domicilium habet. *per cap. dilecti. Ubi August. Barbosa. X. de foro compet.* Vult. *ad l.* 2. *num.* 2. & 9. *C. de jurisdict.* Joseph. Sesse *decis. Aragon.* 30. Adeò ut Forum domicilii, ordinarium forum, ad omnia quæcunque gesta dicatur, quod benè deducit Joh. Anton. ab Ecclesia *Observat. Pedem.* 112. *num.* 4.

(Vide

[Vide latiùs Dn. Tenzel. *de subject.* apud Dn. Fritsch. *exerc. I. P. 2. num. 24.*]

5. *Tùm II. Ratione Contractus*, etiamsi persona ibidem non degat: Nam & locus Contractus forum tribuit: scilicet, si contrahentes ibidem reperiantur. *per c. Romana. §. contrahentes. de foro competent. in 6.* Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. num.* 107. Radelant. *decis.* 126. *num.* 4. *& seqq.* latè Johan. Anton. ab Ecclesia *Observ. Pedem.* 113. *per tot.* Ita in persona Principis scribit Hert. Capyc. Latro. *decis.* 85. *num.* 26.

6. Quæritur autem; *Quid juris, si Mercator advena, in transitu aliquid emerit, aut vendiderit, terminô ei à Creditore ad solvendum datô; An in loco contractus conveniri possit, si ibidem postmodum reperiatur.* Quod regulariter negatur *per d. l. hæres.* 19. *§.* 2. *D. de judic.* Zanger. *de except. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 119. Corser. *ad Capellam.* Tholosan. *decis.* 193. Ummius *disput. ad Proc.* 4. *thes.* 1. *num.* 5. Besold. *in delibat. lib.* 5. *c.* 8.

7. *Tùm III. Ratione delicti*, jurisdictio territorialis, personas in Ducatu aut Comitatu delinquentes afficit; Ut ibi-

dem à Domino territorii condigna pœna plecti possint. *per l. 3. D. de offic. præsid. l. 1. cum auth. Qua in provincia. C. ubi de crimin. agi oport.* Ubi Vultejus *num. 4.* Zanger. *dict. part. 2. c. 1. n. 221.* Peguera. *decis. 87.* Mingius *de jur. territorial.* Unde vulgò dicitur, quod forum delicti sit potentius foro domicilii aut Originis, Vincent. de Franchis *decis. 37.* [Id quod Doctores extendunt quoque ad *Comites ac Nobiles immediatos,* in Civitate Imperiali delinquentes; De quo casu latè Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 5. num. 79. & seqq.* Vide tamen *supra cap.*

8. Hac occasione quæritur; *An Dominus territorii punire possit subditum facinorosum, propter delictum extra territorium commissum?* Pugnat hic communis opinio cum communi. *Affirmativa* tamen sententia comunior est, & verior. *per text. in l. 1. D. ad municipal. l. 1. §. interdicere. D. de interdict. & releg. cap. licet. X. de foro competent.* Officio enim Principis territorii convenit diligentem habere curam, ne delicta maneant impunita. *pr. l. si ita vulnerato. D. ad L. aquil.*

aquil. Novell. 30. Quod præclarè deducit. Hert. Capyc. Latro *decis.* 105. *num.* 1. *& seqq.* Aliàs quilibet ſceleratus properaret in alienas Provincias, ſi ſciret in loco, ubi delictum non eſt commiſſum, ſe immunem à pœna futurum. Ita Magon. *decis.* 42. Treviſan. *decis.* 70. Petr. Caball. *Resol. Crim. caſ.* 117. *&* 172. *Diſſentit* Thoming. *decis.* 5.

9. Præterea dubitatur: *An Vagabundus, ſi deprehendatur in territorio Principis Imperii, propter delictum alibi commiſſum vigore juris ſuperioritatis puniri poſſit?* Et hoc Aſſerimus. *arg. l. ejus, qui.* 27. *§. ſi quis. D. ad municipal. l.* 1. ubi Vult ejus. *C. ubi de crimin.* Gail. *de arreſt. c.* 8. *num.* 17. Zanger. *de exception. part.* 2. *c.* 1. *num.* 100. Hinc fur, ubicunque cum re furtiva deprehenditur, conveniri & puniri poteſt. Nicol. Boer. *decis.* 218. Petr. Caball. *Reſol. crim.* 163. *per tot.* Pari modo Vagabundus, cùm certum domicilium non habeat, etiam ad petitionem judicis loci, ubi deliquit, non remittitur, quamvis aliàs ex pacto, aut conventione, remiſſiones in uſu ſint. Henr. Bocer. *de adulter. c.* 3. *ſub. num.* 71.

10. Alia sequitur nobilis quæstio: *Si Nobilis aut alia illustris persona immediata in territorio cujusdam Principis aut Status Imperii delinquat, An Dominus territorii hoc casu judicet?* Dominum territorii judicem esse competentem asserimus; Quoniam reatus omnem dignitatem excludit. [adeò, ut etiam Clarissimi in Provincia, in qua deliquerunt, accusari possint.] *per l.* 1. *ubi Salycet. & Vult. C. ubi Senat. vel Clar.* [Ac privilegium amittitur, qui concessa abutitur dignitate & potestate. *Can. ubi. 7. Distinct.* 74.] Johan. Petr. Surd. *consil. 524. num.* 26. Besold. *de jure Civium cap. 7. num. 4. ac consil. 49. num. 168. latè* Nicol. Bets. *de pact. famil. illustr. cap.* 8. *num. 44.* [Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2 *cap. 5. num. 92. & 93.*] Dissentit Schubhart. *de Austreg. thes. 5.*

11. Cæterùm personæ, jurisdictioni territoriali subjiciuntur quoq; *IV. Ratione Rei sitæ per text. l. quod. 38. D. de judic. l. fin. ubi Vult. C. ubi in rem act.* Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. num. 259.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 1. c. 31.* Dann was burgerliche Güter seynd/ die leiden burgerliche

gerliche Beschwerde. Unde benè Bartolus tradit: *Dominus propriè ille dicitur, qui habet potestatem & jurisdictionem super inhabitatam terram suam, quivè superioritate & praeminentia fulget.* Bart. *in l. cum si exhibuissent. 3. §. 1. D. de publican. & vectigal.* Reinking. *R. S. & E. lib. 1. Class. 5. c. 3. num. 24.* Quæ tamen subjectio magis realis, quàm personalis dicenda est. Gail. *lib. 1. Observ. 57. n. 4.* Joh. Meichsner. *decis. Camer. 6. num. 53. tom. 3.* Reinking. *d. lib. 1. class. 5. c. 4. num. 33.* [Anton. Faber. *in Cod. lib. 3. Cod. tit. 16.*]

CAPUT XXXVIII.

De Homagio seu Juramento subjectionis.

Von der Erb-Huldigung und Lands-Pflicht.

1. TErritorii Dominus exigit à Personis in territorio existentibus *Juramentum subjectionis*, Die Erb- und Lands-Huldigung: quod vulgò *Hominium*, vel communiùs *Homagium* vo-

catur. Wer Lands-Fürst ist/ dem gebühret die Erb- und Lands-Huldigung: Jurisdictio enim territorialis secum ducit *Homagium*. Knich. *de Iure territ. cap. 3. num.* 245. Wehn. *in Observ. verb.* Lands-Huldigung. Bruning. & Ritter. *in Singul. tr. de Homag.* Dn. Am. Lindenspür. *de success. famil. cap.* 30. *num.* 129. [Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 16.]

2. Definitur *Homagium, Iuris vinculum, quo Dominus territorii subditos sibi ad fidelitatem & obedientiam adstringit, cujus intuitu & ipse quoque fidus esse jubetur.* Quam definitionem explicat Ritter. *d. tr. de Homagio cap.* 1. *num.* 21. *& alii.* Vide quoque Abrah. Fabert. *sur les Constum. de Lorrain. Tit.* 5. §. 82. *n.* 540. *fol. m.* [Unde communiter dicimus; Quòd præstatio *homagii* sit prima subjectionis agnitio & confessio. Gail. *de arrest. c.* 6. *num.* 10. Cothman. *Consil.* 47. *n.* 38 Quæ maximum obsequii & humilitatis signum ostentat. Knichen. *de jur. territor. cap.* 3. *num.* 269. Dn. Knipschilt. *d. c.* 9. *num.* 17. & 18.]

[2. B. Ex quibus præmissis facilè decidi-

deciditur Quæstio; *An Homagium efficiat subditum?* Quod regulariter *asseritur.* Homagium enim Domino domicilii simpliciter quæsitum, ex parte præstantis fundamentum est subjectionis; Ex parte verò recipientis, superioritatem arguit, quod ex homagii formula evincitur. Bruning. *de Jur. Univers. conclus.* 33. Hypolit. à Lapid. *de rat. Stat. part.* 1. *cap.* 7. *in pr.* Dn. Tenzel. *de subject. concl.* 85. Dissentit Besold. *de Civitat. Imp. c.* 5. *n.* 12. Distingui potest, inter homagium reale & personale. Michael. *de jurisdict. conclus.* 58. *lit. B.* Dn. Tenzel. *dict. conclus.* 85.]

3. Exigunt homagium Electores, Principes, Marchiones, Landgravii, Comites, Barones Imperii. Georg. Ritter. *dict. tract. c.* 4. *num.* 61. *& seqq.* Nec non *Civitates* Imperii liberæ, cùm etiam hæ in districtibus suis territorialem jurisdictionem habeant. Auth. Resp. Fridb. *c.* 5. *num.* 151. Dn. Dapp. *de Civitat. Imp. c.* 6. *num.* 23.]Dn. Knipschilt. *eod. tr.* 2. *c.* 9. *num.* 11. *&* 21.] Hoc jus ex universali consuetudine *Nobiles* quoque Imperii immediati in Pagis suis exercent,

ercent, dum subditos suos juramento subjectionis juxta naturam & qualitatem jurisdictionis, quam in pago possident, sibi devincunt. [Besold. *in Thesaur. Pr. V.* **Huldigung.** Treisbach, *de Iur. Praced. Q. 2. num.* 147. Dn. Knipschilt. *dict. c. 9. num.* 23.]

4. Homagium autem est *Duplex*; *Personale*, quod subditus præstat Domino ratione domicilii, ac se ejus hominem constituit. Surd. *cons. 313. num. 66.* Gail. *d. pignor. c. 15. num. 7.* Coler. *de Process. execut. pact. 2. cap. 1. num. 23.*

5. *Reale*, quod præstatur à personis, territorii Domino non subjectis, etiam immediatis, ratione *Bonorum*, quæ in alterius Territorio possident. Alciat. *Cons.* 251. Cothman. *resp. 4. num. 224. vol. 4.* Paurmeist. *d. jurisdict. c. 9. n.* 118. Vietor. *d. exempt. concl. 29.* Quod posterius nemo præstare cogitur, nisi simul etiam in hisce bonis mediatis habitet, & domicilium habeat. Rosenth. *d. feud. cap. 6. concl. 85. num.* 8. Vult. 1. *d. feud. c. 6. num. 5.* Maul. *de Homag. tit. 1. num.* 16. Consil. Argentor. *77. num.* 218. *vol.* 1. Personam autem non afficit, nec subdi-

subditum efficit *arg. l. fin. §. 25. D. de mun. & honor.* Vult. *d. cap. 6. n. 5.* Ritter. *d. tr. concl. 40. & 138.* Wehner. *in Observ. verb.* **Lands-Huldigung.** Paurmeist. *de jurisdict. c. 9. num.* 118. Reinking. 1. *cl.* 5. *cap. 4. num.* 32. [Ac juramentum, quamvis generali verborum serie conceptum sit, ad ea tamen debet jura solùm restringi, quæ habet is, cui præstatatur. Gylman. 1. *Symphor.* 1. *tit.* 2. *vol.* 1. *num.* 95. Tenzel. *dict. consil.* 85. *in fin.*]

6. Quamvis aliàs admodum controversa sit quæstio: **Ob ein Stand deß Reichs/so unter eines Fürsten Lands-Obrigkeit Güter hat/** eo nomine **die Erb-Huldigung zu erstatten schuldig?** Tale juramentum certè detrectavit *Comes Ortenburgensis* præstare Duci, nunc Electori, *Bavariæ.* Nec sine concertatione & quidē maxima id petierunt Domini Landgravii *Hassiæ* à Comitibus *VValdecciæ.* Vide Besold. *in Thesaur. Pract. lit. H. verb.* **Huldigung** *num.* 70. Plurimum hoc in casu consuetudini attribuendum esse assero, cum Thom. Maul. *de Homag. c.* 1. *num* 16.

7. Homagium regulariter præstare tenen-

tenentur *Omnes*, qui in territorio repe-riuntur, ut ibi habitent, ac domicilium constitutum habeant, *l. domicilium. 20. D. ad municip. l. si in Patria. l. Cives. C. de incolis.* Cothm. *lib. 4. resp. 4. num. 229. vol. 4.* Gail. *lib. 2. Observat. 35.* Maul. *de Homag. concl. 93.* Quoniam *domicilium* propriè subditum efficit. *l. Libertus. 17. §. 5. & 13. l. domicilium. 20. D. ad municipal.* Rosenthal. *de feud. c. 6. concl. 85. n. 9.* [*Domicilium* autem est locus, quo quispiam habitat, eô animô, ut ibi perpetuò subsistat, nisi aliud avocet. *l. cives. C. de incolis. l. pupillus. 239. §. Incola. D. de V. S.* Vult. *ad l. 2. num. 17. C. de jurisd.* latè Dn. Knipschilt. *d. lib. 2. c. 9. n. 32.*] Unde dicimus non propter res possessas, sed respectu Personæ præstari Homagium, ideò revera subditum efficere. Gylman. *tom. 1. Symphor. part. 3. vol. 2. n. 43.* Besold. *in Thes. Pract. lit. H. verb.* Huldigung. 20.

8. Domicilium hic intelligo *non Originis seu Nativitatis*; utpotè cujus effectus hodie ut plurimùm est sublatus. Zanger. *de Except. part. 2. c. 1. num. 28.* Vult. *ad l. 2. C. de jurisdict. num. 23.* latè

Ignat.

Ignat. del. Villar. Maldonat. *respons.* 7. *q.* 4. *num.* 32. [Vide Bern. Barilis *de Leg. municip. in Adven. part.* 1. §. 4. *n.* 3.] Sed *Habitationis* : Quo quis migravit cum tota sua familia, ibique larem, & rerum ac fortunarum suarum summam constituit. *l.* 2. ubi Amaya. *C. de incol. d. libertus* 17. §. *sola.* 13. *D. ad municip.* Wesenbec. *consil.* 1. *num.* 57. Gœd. *ad l.* 190. 28. *D. de V. S.* Johann. Baptist. Hodierna. *decis.* 129. *num.* 3. Schwanman. *decis.* 19. *n.* 32. [Unde vulgo dicimus; Quòd domicilium Habitationis prævaleat domicilio Originis & Nativitatis. Tusch. *conclus.* 591. *num.* 8. Jo. Anton. ab Eccles. *Observ. Forens.* 112. *num.* 19. Vide Ludolf. de Aquino *apud Marinis Var. Resol. in libr.* 2. *Allegat.* 102. *num.* 18.] Quod nostris moribus, plerumque in Civitatib⁹ Germaniæ post annum acquiri, tradit Gaillius. *lib.* 2. *Observ.* 35. *num.* 8. Schönb. *lib.* 3. *Polit. c.* 34. Ritter. *d. tract. concl.* 49.

9. Hoc insuper observandum est, quòd etiam tum demum innatus Juvenis homagium præstare teneatur, quando ille *matrimonium* init, laremque proprium fovet; Non secus quàm Advena,

qui

qui in civem assumitur. Choppin. *ad Consuet. Paris. lib. 2. tit. 7. num. 3.* Hujus assertionis ratio hęc est, quòd Juramentum subjectionis in persona præstari debeat, ac personale quidpiam existat, ideo ita ad hærèdes transitorium non est. Neviza. *consil. 11. num. 7.* Wehner. *in Observ. Verb.* **Burger.** [Præterea, per subsequens matrimonium acquiritur domiciliũ ejus loci, in quo quis nupsit, si vir eò se conferat habitandi gratia; Unde uxor ibi domicilium habet, ubi vir habitat. *l. cùm D. de jurisdict.* Bern. Baril. *dict. tr. Disq. 1. §. 4. num. 23.*] In *Ducatu Wurtembergico* Juramentũ hoc sese quoque extendit **auff die junge Burgers Söhne / so ihre Mannbahre Jahr erreicht / und auff die Mannbahre Dienst-Knecht.** *Ord. P. W. D. fol. 8.*

10. Homagium præstant subditi, non rei, sed personę nomine, *in fidem subjectionis*, quò Domino suo in omnibus & per omnia fideles sese adstringant; commodum ejus pro nosse & posse quærant; & incommodum ejus pari studio avertant; vitam & corpus, honorem & utilitatem Domini sui curæ habeant;

daß

Dass sie ihrem angebohrnen Herrn und dessen Erben getreu/ hold/ gehorsamb und unterthänig seyn. *per cap. un. feud. 5. c. tibi Domino. dist. 63.* Cothman. *vol. 4. resp. 4. n. 224. & seqq.* Gail. *de Arrest. cap. 7. num.* 10. Ritter. *d. l. concl. 136.* Bidenb. *quæst: Nobil. 7. f. 53.* [Dn. *Knipschil. dict. lib. 2. cap. 9. num. 47.* ubi formulam homagii *Senatus Populiq; Coloniensis Archiepiscopo* præstandi refert, *sub num. 48. & 49.*]

11. Quæritur; *An Dominus territorii possit formam homagii antiquam pro lubitu mutare?* *Negant* hoc communiter Viri prudentes. Quoniam homagia non tàm jure communi, quàm jure Consuetudinario originem sumpserunt; Ideò secundum consuetam formam exigi & præstari debent. *per cap. dilecti.* ubi August. Barbosa. *de major. & obed.* Cùm consuetudo hæcce jus tandem, ex actu uno vel altero introducat. Maul. *de homag. tit. 1. num.* 14. M. Steph. 2. *de jurisd. pag. 1. cap. 2. num.* 250. Amatis. *decis.* 112. *per tot.* [Auth. *Consil. Fridb. cap. 5. n.* 151. latè Dn. *Knipschilt. dict. cap. 9. num. 44.*]

12. Quæritur etiam: *An lite pendente inter Dominum territorii ac Subditos ra-*

tione superioritatis ac subjectionis, subditi litigantes homagium præstare teneantur? Casus hic graviter disputatus fuit in causa Ducis *Braunsvicensis* contra Civitatem *Braunsvigam*; ac *Ortenburg* contra *Beyern*. At communiter *Affirmatur*; Modò Dominus litigans fuerit in quasi possessione subjectionis. Quoniam Possessor lite pendente super privilegii assertione, sua possessione amovendus non est, sed in ea quietè manuteneri debet. *per cap. nonne. & c. sæpè. 44. extr. de appellat.* Knich. *in Encyclop. cap. 1. num.* 61. Maul. *de homag. c. 1. num.* 15. Meichsn. *decis. 9. num. 6. tom. 2. fol.* 532. Ritter. *de homag. concl.* 111. [Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib. 2. c. 9. n.* 40]

13. Hoc sanè non minus controvertitur; *An Domini prius jurent vel stipulata manu vel datis literis, quòd subditorum privilegia sarta tecta servare velint; An verò subditi?* Subditos prius jurare debere, asserit Caspar. Klock. *Consil.* 19. *per tot. vol.* 1. Dominos verò priùs privilegia confirmare debere, latiùs rationibus & exemplis deducit Ritter. *de Homagio. c. 6. num.* 121. Quoniam homagii

gii præstatio sit actus correspectivus. Reinking. 1. *cl.* 4. *cap.* 4. *num.* 13. Maul. *de homag. tit.* 1. *num.* 11. Sanè de hac quæstione plurimum disputatum fuit. *in causa Brunschw. contra Brunschw. p.* 1. *fol.* 258. [Vide Cothman. *lib.* 3. *respons.* 42. *num.* 18. *& seqq. ubi varia de confirmatione Privilegiorum reperies.*] Ideò hæc omnia ex observantia, aut ex pactis conventis, determinanda erunt cum Matth. Stephan. 2. *de jurisd. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 258.

14. *Effectus homagii est*, ut illud præstantes in Catalogum subditorum ac Provincialium referantur, quoniam hac juramenti præstatione se subditos constituerunt. Brun. *cons.* 34. *num.* 2. Gail. *de Arrest. c.* 7. *num.* 10. Exinde inducitur ac probatur subjectio; Quoniam homagium prima est agnitio & confessio subjectionis. Acta *Ortenb. contra Beyern. fol.* 465. Reinking. *lib.* 1. *cl.* 4. *n.* 3. Gylman. *decis.* 46. *n.* 13. *lib.* 1. Ac superioritatis recognitæ vera est & infallibilis tessera. *arg. c. cum olim. de Privileg.* [latè Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 17.] Merckelbach. apud Klock. *Consil.* 37. *n.*

49. *tom.* 1. *ubi num.* 92. *limitationes subjungit*. Dañ auß der Erb- und Lands-Huldigung entspringt die Landsässerey/ūd ein Landsaß; Qui alius non est, quàm *Homo jurisdictionalis*, cui in omnibus & per omnia imperari & præcipi potest. Wehner. *in Observ. verb.* Landsaß. Ziegler. *§. Landsassi. pag.* 1. *num.* 39. Paurmeist. 2. *de jurisd. cap.* 9. *num.* 119. [Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 62. & 63.] Exinde subditus adstringitur Domino ad ministeria & obsequia & ad alia servitia personalia. Anton. Bellon. *Consil.* 5. *n.* 53. Zu allem unterthänigem Gehorsam: Item, zur Reiß/Folg/Musterung/ und Frondienſten. Cui persona Domini sui semper debet esse sancta & honesta. *arg. l. liberato. D. de Obseq. Patr. præst.* Ritter. *de homag. num.* 139.

15. Tenetur quoque Domino præstare *Reverentiam*. [Thom. Maul. *de homag. tit.* 2. Dn. Knipschilt. *dict. tr. cap.* 1. *num.* 8. & 12. Ac in casu indigentiæ extra culpam Domini accidentis, *ad legitimam subventionem* & subsidium charitativum. Remig. de Gonny. *de charitat. subsid. Quæst.* 9. & 10. *fol. m.* 53. & *seqq.*

Thom.

Thom. Maul. *de homag. tit. 7.* latè Thom. del Bene *de Parlament. disquis. 8. sect. 1. per tot.*] Hinc subditi Statuum Imperii inobedientes & contumaces sese præbentes, pro *Seditiosis* censentur, quos Princeps Imperii, variis mandatis pœnalibus, coërcere potest, *juxta l. 1. D. si quis jus dic.* Adeò ut *subditos dolosè refractarios*, etiam pecuniariis pœnis, imò publicatione bonorum punire possit. Schrader. *1. consil. 17. num. 6.* Stephan. *in constitut. Carol. criminal. art. 127.* *Quod præjudiciis illustrat* Klock. *consil. 20. num. 272. vol. 1.* Obligatur item ad alia quàm plurima. Quod benè expressit *Author. Actor. Comit. ab Ortenburg.* hiscè formalibus: *Homagium* **oder die Erbhuldigung** *habetur pro actu universali jurisdictionis, sub quo de necessitate, omnes alii actus continentur. fol. 32.* *De quibus vide* Maul. *de homag. cap. 2. & seqq.* Knichen. *de jure territor. cap. 3. per tot.* Reinking. *d. cap. 4.* Limn. *lib. 4. jur. publ. c. 8. num. 296. & seqq.* [Georg. Ritter. *de homag. 7.*] Quibus omnibus cùm annexi sint actus territorialis jurisdictionis, ideò ex plurimis *quædam* adducam.

Caput XXXIX.

De Statutis & Legibus Provincialibus; Earumve interpretatione.

1. TRibus generibus omnia Reipublicæ vincula constare, scilicet *Legibus*, *Militia*, ac *Religione*, abunde ex Politicorum libris constat. Possard. *de Magistr. Athen. c. 3. in f.*

2. Igitur *Majestaticum Ius* territoriale, in Principum & Statuum Imperii Rom. Germ. territorio, respicit negotia vel *Politica* vel *Ecclesiastica*. Politica negotia referuntur vel *ad Pacem*, vel *ad Bellum*: Negotia Pacis digero in tria. 1. *Justitiæ*. 2. *Gratiæ*. 3. *Emolumenti*. Ad Justitiam refero, 1. *Legum Provincialium, ac Statutorum condendi potestatem*, **Lands-Rechte / und Lands-Ordnungen zu machen**; Quod *jus municipale* vocamus. *arg. l. 2. C. de Offic. Præf. Prætor. l. omnes populi.* ubi Johan. Bolognet. *num. 56. D. de Iustit. & Iur. l. prohibere. 3. §. 4. D. quod vi aut cl.* [Quam Statuta promulgandi potestatem Principes & Status Imperii in-

in ſuis territoriis, vigore juris autocratici poſſident, eamque quotidiè exercent, ſicuti conſtat ex Ordinat. *Camer. Imperial. part. 1. tit. 57.*] Knich. *de jur. territor. cap. 3. num.* 289. Bets. *de Pact. famil. illuſtr. cap.* 2. benè Gail. *d. arreſt. c.* 9. *num.* 1. Meichſn. *lib.* 2. *deciſ.* 3. *num.* 20. Mager. *de Adv. arm. c. 6. num.* 68. [Et hoc nominatim quoque *Civitatibus Imperii Liberis & immediatis* competere, ut in ſuis Civitatibus, territoriis ac ditionibus leges ſpeciales, Statuta ſeu jura municipalia condere poſſint, experientia quotidiana conteſtatur. *per. l. Antiochienſium. D. de reb. auth. judic. poſſid.* Auth. *conſil. Fridberg. punct.* 1. *c.* 2. *n.* 15. Dn. Beſold. *de jur. Vniverſ. c. 8. num. 6. & ſeqq.* Dn. Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 5.

3. Nulla enim Lex in Republica ſufficienter lata eſt; Ideò Reſpubl. quandoque leges particulares ad naturam populi accommodatas requirit; Ac cùm Imperator non poſſit per generalem conſtitutionem ſingulis caſibus & circumſtantiis proſpicere; Ideò ſingulis populis permiſit, leges condendi

 poteſta-

potestatem, juxta Provincialium mores & naturam. [Ac expedit Reipublicæ, ut Leges ad conditionem rerum humanarum & ad Statum populi præsentem accommodentur. *per cap. non debent. X. de consanguin. & affin.*] Afflictis *ad Constit. Sicil. in Prælim. n. 6.* Card. Mantica *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 7. n. 3.* [Dn. Knipschilt. *dict. c. 10. num. 53.*]

4. Dubium autem oritur: *An Princeps aut Status Imperii, Statutum condere queat, non solùm præter, sed etiam contra jus commune, illudvè simul abrogare possit?* Quod *Affirmat communis opinio.* Quoniam jus Civile ab eo, qui leges Provinciales condendi potestatem habet, contraria lege tolli potest, *arg. l. 3. §. divus. 5. D. de Sepulchr. viol. l. item eorum. 9. §. 1. D. quod cujusq. Univers.* Coras. *de jur. art. 12. c. 17. & p. 3. c. 2.* Gail. *lib. 2. Observ. 124. num. 2.* Kohl. *exercit. legal. cap. 1. num. 29.* Reink. *lib. 2. cl. 2. cap. 10. num. 5.* Hinc in Imperio Romano Germanico passim videmus Statuta contra jus Commune, de *successoribus ab intestato*; *de solennitatibus testamentorum & contractuum*; *de jure retractus*; *de unione prolium*;

lium; de successione conjugum aut fratrum exclusis sororibus, modica hæreditatis parte pro dote acceptâ, lata & publicata. Vide Sichard *consil. de testam passim.* Coppen. *Observ. feud. cap. 8. num. 26.* [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 10. *num. 33.*]

5. Excipio tamen *Publicas Imperii leges*, communi Principum & Statuum suffragio latas, *aut* quæ publicam Imperii utilitatem tangunt; Hæ enim nunquam aut certè difficillimè per specialia statuta convelli queunt. Schrad. *de feud. p.* 10. *num.* 140. [Ideò nec valent statuta contra publicas Imperii sanctiones & Recessus imperii. Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 10. *num.* 46. Præsertim si leges Imperii cum clausula derogatoria & annullatoria latæ fuerint, quæ contrario statuto tolli nequeunt. Stamm. *de serv. person. lib.* 3. *c.* 8. *num.* 14. *&* 17.] Vide Frider. Martin. *de jur. Cens. c.* 5. *num.* 24. Klock. *de Contribut. c. 5. num.* 160.

6. Cæterùm *Locales leges* tanti in Imperio sunt valoris, ut in decisione causarum, inter Provinciales, quę disputantur, *Camera Imperialis* secundum eas pronunciare teneatur, modò ritè

fuerint insinuatæ. Ord. Cam. *p.* 1. *tit.* 57. [ibi: Und nach redlichen / erbarn und ländischen Ordnungen / Statuten und Gewohnheiten der Fürstenthumben / Herrschafft und Gerichten / da sie vorgebracht werden] *arg. c. venientes.* 19. *de jurejur.* Gail. *lib.* 1. *Observ.* 36. *num.* 14. Mynſ. *decad.* 1. *reſp.* 9. *num.* 10. [Dn. Knipſchilt. *dict. cap.* 10. *num.* 76.]

[6. B. Quæritur autem; *An valeat Statutum vel consuetudo Provinciæ, ut res furtivæ à furibus ereptæ, ac ibidem repertæ, Fisco aut Præsidi provinciæ cedant, ac ab eo absq; ulla restitutione occupari possint.* Sanè talis cyclopica consuetudo imprimis *in Turgovia*, aliisve *Helvetiæ* partibus, sicut multa alia irrationalia, viget. Ac comuniter Respondetur *Quod Non.* Ita namque Jureconsultus: *Expulsis hostibus, ex agris, quos cæperant, dominia agrorum, ad priores Dominos redire, & non publicari. in l. si captivus.* 20. *D. de captiv. & postl. reverſ.* Ac cùm ipse Dominus rei ablatæ nihil deliquerit, crudele erit, tam funestam sententiam sustinere. *arg. l. sancimus. C. de pœnis.* Latè Virgil. Pingiz. *Quæst.* 19. *per tot.* Meritò igitur hæc

hæc Consuetudo vel Statutum ab Imperatoribus reprobatum fuit, *in Constit. crim. Caroli V. art.* 207. Recess. Imper. *de Anno* 1559. §. und nach dem. Contra hujusmodi Statuta vel Consuetudines *Camera Imperialis* mandata sine clausula decernere solet; Sicuti præjudicium refert Andr. Gail. 1. *Observ.* 18. *num.* 2. & 3. Quod si Princeps aut Respublica extra Imperium existens Civem Imperii hujus cyclopicæ consuetudinis prætextu gravet & lædat, contra talem Repressalia optimo maximo jure suscipi possunt. Vide Coler. *decis.* 108. *num.* 43. & *seqq.* Matth. Stephan. *ad constit. cr. Carol. V. art.* 207. *num.* 1. Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 61. Carpzov. *Pr. Crim. Q.* 80. *num.* 10. & *seqq.*]

7. Quæritur etiam; *An speciali Imperatoris sanctione posteriori, juri statutario derogari possit?* Quod *Affirmatur*; modò id fiat in Comitiis publicis Imperii, aliàs secus dicendum erit. Bets. *de pact. famil. cap.* 2. *fol.* 34. Talis constitutio *de successione Nepotum* in bonis Patruorum, lata fuit in Comitiis Spirensibus: Vide *Constitutionem hanc in* Reichs-Abschied *de Anno* 1529.

8. Quod

populi. 9. num 75. D. d. justit. & jur. [Nam exinde optimam simul legitimi & æquissimi Regiminis formam & notam resultare, censet & quidem meritò Matth. Stephan. 2. de Idict. part. 1. cap. 1. membr. 2. num. 10. & seqq.] Quod nullò modò Principis Imperii superioritatem, ejusvè regendi felicitatem imminuere, sed magis promovere, & ad beatitudinem Imperii, ejusvè gloriam redundare, tradit Camman. de Regal. disp. 4. thes. 9. Cluten. in paradox. thes. 10.

10 Veruntamen hoc magis voluntatis quàm necessitatis esse, plurimi Doctorum tradunt. arg. l. 3. C. de leg. Dn. Bocer. cl. 1. disp. 3. th. 42. In quo tamen puncto, Regionis observantia, das Herkommen / aut pacta conventa inter Principes & Status Provinciales attendenda erunt. [Ita in Ducatu Würtembergico Pactis certis ordinatum est: Land-Recht und Lands-Ordnungen zu machen / mit Einrahten und Zuthun einer gesampten Landschafft / hoc est, ut cum consilio & cooperatione Statuum Provincialium conficiantur. Eodem modo in Principali Comitatu Tyrolensi Leges

leges Locales cum consilio & cooperatione Statuum Provincialium conduntur; Sicuti constat ex Statutis *Comit. Tyrolens. passim.*]

11. Dubitatur autem: *An ad validitatem hujusmodi Statuti, Imperatoris quoq; consensus & confirmatio requiratur?* Quod *utile*, non autem *necessarium* esse, tradit Jurisconsultorum communis Schola, *arg. c. 1. de Constit. in 6. l. 1. C. de emancip.* [*l. omnes populi. 9. D. de justit. & jur.* Cùm jus etiam consuetudinarium, ex tacito populi consensu conflatum, Principis superioris confirmatione non indigeat? *per l. de quibus. 32. D. de legib.*] Heig. *part. 1. quæst. 23. num. 31.* Coler. *de Process. Exec. part. 1. cap. 3. num. 6.* Bets. *d. tr. cap. 2. fol. 37.* Dn. Bocer. *d. disput. 3. th. 41.* Reinking. *2. c. 2. n. 5.* [Attamen Doctores tradunt, quòd consultius sit, ut superioris quoque adhibeatur confirmatio. Vult. *4. consil. Marpurg. 54. n. 26. & seqq.*

12. Illud sanè generaliter observandum est, quòd Statutum à Principe aut Civitate Imperii in suo territorio conditum, *Ius Civile* & quasi proprium ipsius terri

us terri

us territorii aut Civitatis fiat. *l. omnes. 9. ubi Bolognetus. D. de justit. & jur.* Ideoque tale Statutum, jus commune ipsius Provinciæ aut Civitatis vocatur. Ciosi. *Consil.* 132. *num.* 2. *lib.* 1. Johan. Anton. ab Ecclesia. *p.* 1. *Obs. for.* 2. *n.* 4. Deinde, quòd Statuta sint *stricti juris, & strictissimè* ad unguem, sicuti jacent & loquuntur, sint accipienda. *arg. l. si quando.* 35. *C. de inoffic. testam.* Honded. *Consult.* 32. *num.* 44. Ingn. de Villar Maldon. *resp.* 7. *quæst.* 4. *num.* 5. [Unde facetè scribit Franciscus Vivius: *Statuta dicuntur sterilia, sicut mulæ, quæ non pariunt.* Vivius *decis. Neapol.* 506. *n.* 16.] Necnon *propriè*, ac juxta corticem verborum intelligenda. *l.* 3. *§. hæc verba. D. de negot. gest. l. si verò.* 64. *§.* 9. *D. solut. matr.* Merend. *lib.* 2. *controv. cap.* 10 & 13. Novarr. *Decis.* 8. [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 10. *n.* 88.] Ac per Statutum non censeatur correctum jus commune, nisi id *expressè* cautum reperiatur. *arg. c. causam. de Rescript. l. præcipimus. §. f. C. de Appellat.* Gail. *lib.* 2. *Observ.* 35. *n.* 3. Grivel. *decis.* 86. *num.* 25. Novarr. *decis.* 232. *num.* 7.

13. Quod

13. Quod si dubius sit Statuti intellectus, *de interpretatione* ejus recurrere tenentur judices *ad Principes, ac Status Imperii*, qui statutum condiderunt. [Sicuti enim leges provinciales sanciendi potestas ad Principem territorii pertinet, ita eidem quoque interpretandi facultas competit.] *arg. l. f. C. de Legibus. l. & ideò. 11. D. eod. l. ex facto. in pr. D. de vulg. substit.* Klock. *consil. 20. num. 136. & 324. vol. 1.* Ut inde interpretatio procedat, unde & jus prodiit. *per c. inter alia. X. de sent. excom.* [*ac per l. facto. 43. in pr. D. de vulg. & pupill. substit.*] Dn. Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 66.* Gratian. *discept. forens. c. 927. n. 19.* [Michael. apud Klock. *consil. 3. n. 48. vol. 1.*]

14. Hoc interpretativum Rescriptum *vim legis* habet, imò *pro ipsa lege* in similibus casibus observandum reputatur. *d. l. f. §. 1. C. de Legib. l. 19. D. de Reg. Jur. Novell. 161.* Bornit. *de jur. Majestat. c. 17.* Hunn. *de interpret. jur. lib. 2. cap.* [Dn. Knipschilt. *dict. cap. 10. num. 96.*]

15. Non tamen perinde *Iudicibus*, omnis interpretandi licentia, quoad jus litigatoris adempta esse censetur. *Aliud*

verò

verò quoad jus constitutionis dicēdum erit. *l. ab executore. in pr. D. de Appell. l. 5. C. de bon. quæ lib.* Gœdd. *ad l. 6. §. 1. n. 3. D. de V. S.* Gratian. *d. c. 927. n. 18.* latè Bolognet. *in l. omnes populi. 9. num. 207. D. de justit. & jur.* Besold. *in Oecon. jur. quæst. 13.* Georg. Franzk. *in Comm. ad Pand. de just. & jur.* [Vide Diodor. Tulden. *de caus. corrupt. judic. lib. 2. c. 11. & passim.*]

Caput XL.

De Potestate publicandi Edicta & Mandata, ac de jure dandi Rescripta.

I. Legibus subjungo, potestatem publicandi *Edicta, Mandata & Inhibitiones*. Item dandi *Rescripta*, **offentliche** Mandata publiciren **und anschlagen lassen / Gebott und Verbott anzulegen / und** Rescripten **zu ertheilen.** Quæ cuncta [Principibus & Statibus Imperii, jure superioritatis competunt, ac in territorio imperantium] vim *legis localis* habent, iisdemvè subditi aliivè in territo-

rio existentes obedire tenentur. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 350.* Wehn. *in Observ. verb.* Gebott. Knichen. *de jur. territ. cap. 3. num.* 297. Besold. *in Thesaur. Pract. lit G. verb.* Gebott. Quæ quoniam adstringunt & obligant propriè ac principaliter *subditos* intra territorii fines existentes. Ritter. *de homag. concl* 181. Ideò necessariò inducunt, præsupponunt, ac probant, *superioris sublimitatem*, & juris territorialis quasi possessionem. *arg. c. tuam. de Ord. cognit.* Gœdd. *in resp. jur.* Bat. *de Valend. num.* 131 Meichsn. *tom. 3. decis. Camer. 6. num. 26.* Reinking. *lib. 1. class. 5. cap. 4. num. 181. & 199.* [latè Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 5. num.* 137. & 138.]

2. Edictum Principis dicitur Jus, *quod Princeps proprio motu ad subditorum utilitatem constituit.* Cujusmodi multa in jure repetiuntur exempla, veluti *in §. fin. Inst. de Usucap. l. conditiones.* 14. *D. de condit. subst. & pass.* Donell. *in Comm. lib.* 1. *cap.* 9. ubi Hilliger. *lit. A.* Claud. David *ad §. sed &. num. 7. Inst. de jur. N. G. & C.* Richter. *decis. jenens. 4. num. 5.*

[2. B. Sanè hæc Edicta publica ob majorem

majorem validitatem & ad inducendam ſtrictiorem obſervantiam *Clauſula indignationis* à Principe edicente quandoq; muniuntur; Sicuti imprimis apparet *ex l. 2. ibi: indignationem noſtri Numinis ſuſtinebit. C. de petit. bon. lib.* 10. Ac ex *Receß. Imp. de Anno* 1548. §. **damit nun alſo.** *ibi:* **Bey Vermeidung unſerer ſchwehren Ungnad.** Quæritur autem; *Si Princeps Imperii, Edicto publico adponat, clauſulam:* ſub pœna indignationis; *ſeu ut* Itali *loquuntur*: Per quanto la noſtra grazia tenete cara; *Qualem pœnam contraveniens mereatur?* Pœnam hanc arbitrariam eſſe, pro indignantis Principis voluntate, cenſeo, *arg. Novell. 17. cap. 3. in fin.* Omnes namq; pœnæ in Principe ſunt extra-ordinariæ & arbitrariæ. Cacheran. *deciſ. 80. num.* 18. Scaccia *de judic. cap. 12. num.* 18. Ita Maſtrill. *de magiſtr. lib. 3. cap. 4. num. 443.* Petr. Caball. *in crim. lib. 1. Caſ. 30 per tot.* Joan. Mar. Novar. *deciſ. 34. per tot.* Diſſentit Zaſius *ad l. un. num. 5. D. ſi quis jus dic. non obtemp.*]

3. Quæritur etiam: *An Edicta hæcce etiam Forenſes ligent?* V. G. ſi propter penuriam annonæ, Princeps prohibeat,

ne frumentum extra Provinciam portetur; *An etiam forenses in Principis territorio prædia possidentes, frumentum ex prædiis collectum extrahere prohibeantur?* Quod *affirmatur*, si Edictum conceptum sit in rem; Siquidem forensis possidens bona in territorio edicentis, subditus est quoad realem actionem: Nec debet forensis violare leges provinciæ, in qua existit, *per l. quod.* 38. *D. de judic. l. f. C. ubi in rem act. l. Imperatores.* 7. *D. de Public.* Ant. Fab. 1. *Cod.* 5. *def.* 2. Ant. Tessaur. *decis.* 152. *cum Limit.* [Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 5. *cap.* 21. *n.* 24. Don. Ant. de Marinis *in Observ. ad Reverter.* 55. *num.* 2.] Dissentit Caball. *resol.* 14. *ubi traait; Votum Thesauri esse votum Consultoris Principis, non verò votum Iuris-Consulti.*

4. *Mandatum* est præceptum & monitum, quod Princeps pro tempore & re nata ad certas personas veluti Magistratus, Prætores aut Judices, an die Amptleuth / Vögt / Burgermeister und Gericht dirigit, eisque aliquid fieri mandat. De quo extat. *t. t. C. de Mandat. Princip. Novell.* 114. Gothofr. *ad l.* 1. *lit. e. C. dict. tit.*

Paul.

Paul. Chriſtinæ, *deciſ. Belg. 64. num. 3. vol. 2.* Tulden. *in Cod. lib. 1. tit. 15. num. 1.* [Carol. Emanuel. Vizzan. *tr. integr. de mandat. Princip.*]

5. Quæritur autem; *An Prætori aut Officiali credendum ſit, qui aſſerit, ſe ex ore Principis mandatum accepiſſe?* **Ob einem Amptmañ zu glauben/wann er ſagt/er habe mündlichen Befelch empfangen?** Quod negamus; *per text. in l. 1. ibi: Niſi quod ſcriptis probaverit. C. de Mandat. Princip. l. decernimus. 10. ibi: ut hujuſmodi annotatione manefeſti ſint omnibus. C. de aquaduct. lib. 11.* Hujus aſſertionis *hæc eſt ratio*, quoniam Mandatum aut juſſio Superioris eſt facti, igitur non præſumitur, ſed ab allegante probari debet. *per l. un. C. de ſuperindict. lib. 10.* Natta *Conſil. 631. num. 19.* Cujac. *lib. 12. Obſervat. cap. 31.* [Jul. Clar. *in Pract. crimin. §. fin. Quæſt. 29. num. 1. in fin.*] Merckelbach. *apud* Klock. *conſil. 37. num. 37. & ſeq. vol. 1.* Franciſc. de Amaya *in Cod. ad l. prohibitum. 5. num. 2. 3. & 16. C. de jur. fiſc. lib. 10.*

6. *Inhibitio* Principis, eſt proviſio facta judici aut parti, vel cuicunque in

territorio degenti, ne quid faciat, aut prosequatur, ad jurisdictionem, vel partium jura conservanda emissa & publicata. *per text. in l. omnium. ibi: ne post secutam nostram inhibitionem. C. de Testament. cap. venerabili. ibi: authoritate nostra districtius interdices. X. de offic. delegat.* Nicol. Boer. *decis.* 124. *num.* 2. Robert. Lancell. *de attentat. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 7. *& seqq.* Consil. Argentor. 11. *n.* 103, *vol.* 1. Quintil. Mandosa *in tr. de inhibition. quæst.* 1. *& passim.* Quę inhibitiones à Gallis passim latinè *Arresta* Gallicè verò *un Arrest*, quasi dicas; *Arrestez vous la* vocantur ac Superioris authoritate fieri debet. Bertrand d'Argentrè *ad Consuet. Britan. art.* 116. *in proœm.* [Carpzov. *lib.* 1. *respons.* 42. *num.* 10.]

7. *Rescriptum* dicitur, quando Princeps libello supplicantium sententiam suam subscribit. *juxta text. in l. non distinguemus.* 37. *§. cum quidam.* 14. *D. de recept. arbitr. Vel* si Princeps Prætoris aut judicis relationib⁹ rescribit, quid facere vel omittere debeant, *secundum l. testium.* 3. *§. ideoque divus. D. de testib.* Unde Rescripta vim legis habere dicimus.

mus. *per l. reſcriptum. D. d. diſtract. pignor.* Claud. David *in velitat. legal. §. ſedet. num. 5. Inſt. de jur. N. G. & C.* Afflictis *deciſ. 128. num. 14.* Proinde Reſcriptū Principis propriè definitur, *Litteræ, per quas reſpondetur ad relationem judicis aut preces ſupplicantium. juxta tot. tit. C. de precib. Imper. Offer.* Petr. Gregor. Tholoſan. *de reſcript. lib. 2. cap. 1. n. 4. in oper. jur. Canon.* Reinking. *lib. 2. claſſ. 2. cap. 8. num. 1.* Cujus generis ingentia in jure extant exempla, ex quibus *Codex* Imperatoris Juſtiniani penitus ferè compoſitus exiſtit. Hilliger *in Donell. Enucl. lib. 1. cap. 9. lit. C.* Philipp. Richter. *deciſ. Ienenſ. 4. num. 6.*

8. Sanè Reſcripta Principum Imperii varias habent *clauſulas annexas*, & conditiones ſubintellectas, quas vide apud Reinking. *dict. cap. 8. n. 2. & ſeqq.* Auguſt. Barboſam *ad tit. jur. Canon. de Reſcriptis per tot.* Baſil. Pont. de Leon. *de matrimon. lib. 8. cap. 17. & ſeqq.* Univerſaliter autem, quodlibet Reſcriptum, etiam gratioſum, clauſulam hanc, veluti herbam Betonicam, annexam, habet, eavè ſemper ſubintelligitur;

ligitur; licet non exprimatur: *Si preces veritate nitanter. per text. in cap. dilectus. ibi: si ita vobis constiterit. 26. X. de rescript. l. 2. & seqq. C. si contra jus vel utilitatem publicam.* Hartm. Vult. *Consil. 35. n. 178. vol. 3.* Cabedo. *decis. Lusitan. 72. num. 1. part. 1.* latè August. Barbosa. *ad c. 2. num. 8. X. de rescript.*

9. Sanè Quæritur; *Si pars Rescriptum producat, quod ab adversario, tanquam falsis precibus obtentum, impugnatur, cuinam onus probandi, an producenti, an verò impugnanti Rescriptum, incumbat? Producenti* onus probandi, quod fides precibus suis adfuerit, incumbere censemus, secundum rescriptum Imperatoris Gordiani *in l. cùm iniquum. 5. ibi: probare, fidem vestris precibus adesse. C. de fide instrum.* Quoniam impetrans, rescripto producto innititur, adeò, ut ejusdem intentio in eo requiescat; *Merito igitur narrata* in eo probare tenetur. *l. in illa. 8. D. de Verb. Obligat.* Ita Petr. Gregor. Tholosan. *de rescript. lib. 2. ad cap. ex parte. 2. num. 6.* quod deducit latè Philipp. Port. *consil. 66. num. 7.* Henr. Kinschot. *re-*

ſpons. 95. num. 19. Quamvis diſſentiat Gail. *lib. 1. Obſerv. 14. ſub num. 2.*

10. Sanè Princeps & Dominus territorii contra contumaces, ac Edicto non parentes, Mandata ſua *variis pœnis & coërcitionibus* defendit: *De quibus vide t. t. D. ſi quis jus dicent. non obtemp.* Robert. *lib. 2. Rer. judic. cap. 8. & lib. 4. cap. 21.* Reinking. *lib. 1. cl. 5. cap. 4. num. 119.* Beſold. *in Theſ. Pr. verb.* Frevel. [Quod mulctandi jus, ſuperioritatem probare tradit Dn. Knipſchilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 5. n.* 141. Pari ratione Dominus territorii.] Edicta & Mandata *lacerantes, corrumpentes, aut radentes* olim 500. ſolidis, aſt hodie communiter *arbitrariè* punit, ac extraordinariè caſtigat. *per l. ſi quis id. 7. D. de Jurisd. §. pœnales.* 12. *Inſt. de Act.* Menoch. *lib. 2. Arbitr. caſ.* 281. Uſill. *ad d. § pœnales.* 12. *Inſt. de Act.*

Caput XLI.

De Magiſtratuum ac Officialium Ordinatione.

1. CUm mundanæ poteſtati impoſſibile ſit ſua ſcientia cuncta com-

plecti, ac ubiq; fasces suas explicare; Neque enim, unius ingenium, tantæ molis capax; Igitur Administris prudentibus opus erit ei, qui cum sumo Imperio Ducatui præexistit, latè Jacob Vandergraef. *de Regal. cap.* 11. *per tot*. Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 2 *cap.* 8. *n.* 2. *& seqq*. Cui consectarium est] Potestas creandi custodes legis; Scilicet *Magistratus*, *Prætores*, *Officiales*, *ac Iudices*, legum executionis faciendæ gratia; Frustra enim est leges condere, nisi adsint Viri prudentes publica authoritate armati, qui latas leges custodiant & executioni mandent. *arg. l.* 1. *D. ad l. Iul. de ambit. l. nam &*. 8. *de Iust. & Iur. l.* 2. §. 13. *D. de Orig. Iur.* Besold. *de Iur. Majest. cap.* 3. *n.* 3. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 15. Mastrill. *tr. de Magistr. l.* 1. *cap.* 3. Joh. Petr. Ceremat. *de rect. Reg. administr. cap.* 6.

2. Hinc fluit, quòd Principes & Status Imperii, [vigore Superioritatis territorialis & autocraticæ potestatis, Administros & officiales, cum terrendi potestate constituere,] in eorum acta facta & gesta, inquirere, eosve ex causa deponere possint. Amptleut/ Vögt/ Pfleger/

ger / Schöpffen an: und abzusetzen. *per* [*tot. tit. D. ad l. Iul. de ambit.*] *Novell.* 15. *cap.* 1. §. 1. [*cap. un. lib.* 2. *feud.* 27.] Ziegl. *in §. Landsassi pag.* 1. *num.* 128. Rosenth. *de feud. cap.* 5. *concl.* 52. [Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 5. *cap.* 10 *num.* 2. 9. *& passim.*] Vide Larrea. *alleg. fiscal.* 70. *n.* 9. Quod maximè disputatum fuit, & pro actu jurisdictionis territorialis allegatum fuit in causa Maynß contra Erfurth. Ac in causa Ingelheimb contra Chur-Pfaltz. Meichsn. *decis. final. num.* 120. *tom.* 2. *lib.* 2. Ritter. *de homag. concl.* 108. Reink. *lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 4. *num.* 104. [Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 135.]

3. Quod jus Magistratus & Officiales creandi, vi jurisdictionis territorialis, etiam *Nobiles Imperii immediati* in Suevia, Franconia & Rhenensi tractu possidere, benè tradit Dn. Treisbach. *de praeced. Equest. q.* 2. *num.* 146.

4. Sanè hosce Officiales territorii Dominus *suo periculo* creat; ex facto *illorum* obligatur; *ac scientia & patientia* Officialium, censetur scientia & patientia ipsius Principis, eorumvè delicta praestare, secundum quosdam, tenetur. *arg.*

l. 1.

l. 1. *D. quod jus. l.* 1. *§. D. de exercit. act. l. sed* & 7. *in f. l. sed si.* 11. *§.* 2. *in f. D. de instit. act.* Vult. *consf. Marp.* 30. *num.* 138. *vol.* 2. Knichen. *de jur. territ. cap.* 3. *n.* 132. Klock. *consil.* 29. *num.* 444. *vol.* 1. [Ita namque respondit Ulpianus, Alexandri Severi Consiliarius · *Procuratoris scientiam & dolum, nocere debere Domino, neque Pomponius dubitat, neq; nos dubitamus. in l. sed si.* 3. *§. fin. l. procurator.* 5. *D. de tribut. act.* Hinc damnum, quod ex negligentia Procuratoris frumētis à pluviis illatum est, Præsidi Provinciæ imputatur, juxta Rescriptum Imperatoris *in l.* 2. *C. de condit. in publ. horreis. lib.* 10. Quem casum, ad Comites, Barones & alios, omnimodam jurisdictionem habentes, extendit Petr. de Ferrar. *in append. ad Pract. Pap. Rubr.* 35. *num.* 4. & 5. Surd. *consil.* 566. *num.* 14.] latè Herm. Stamm. *de serv. person. lib.* 2. *cap.* 15 *per tot.* Larrea. *allegat. fisc.* 91. *num.* 21. [Dn. Knipschilt. *dict. tr. de Civit. Imper. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 11. & 12. Quod in terminis præscriptionis latè disputat Cravetta. *de antiquit. tempor. part.* 4. *Rubr. antiquum tempus. num.* 23. *fol. m.* 406. Jo. Bapt. Costa. *de facti scientia In-*

tia In-

tia Inspect. 41. num. 10. Declarationem subjicit Anton. Gabriel. *Comm. conclus.* 1. *tit. de praescript. lib. 5. num. 61.*]

5. Quaeritur autem: *Vbinam Praetor aut alius Officialis Principis non subditus, forum sortiantur?* Sanè quaestio haec valde est intricata & dubiis plena. Verùm cùm Officialis in civitate, in qua diu habitat, incolatum contraxisse videatur, ideò non absque re dici potest, quòd Officialis coram judice loci in quo officium administrat conveniri possit. *per l. Cives. Vbi* Amaya. *C. de incol. lib.* 10. *l. 2. C. de ratiocin.* Surd. *cons.* 106. *num. 6.* [Alciat. *consil.* 45. *num. 9.*] Gratian. *discept. for.* 184. Graeven. *lib. 2. concl.* 35. *num.* 51. Dn. Mevius *in Iur. Lub. lib.* 1. *in prael. quaest.* 3. *num.* 45. *& seqq.* Sanè haec quaestio ita resoluta imprimis locum habet in *contractibus* aliisque negotiis & conventionibus Praetoris, cum civibus suae praefecturae initis. [*per l. heres absens.* 19. *§. proinde. 2. D. de judic.* Dn. Besold. *de jur. Civium cap. 2. num. 6.* Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap.* 29. *num.* 107.]

6. Proinde aliud succedit Dubium; *Quid juris, si quispiam Praefectum, aliumve Officia-*

Officialem de aliqua causa, personali actione convenire velit; An ille forum in Civitate in quâ Officium gerit, sortiatur? Ad quòd *Negativè* respondemus; Sed *Præfectus* coram Principe, Domino suo, qui eum officio præfecit, conveniendus est. Quoniam Officiales ac tota Principis Aula, ejusdemvè Ministri, à jurisdictione & foro urbico exempti sunt. *per text. in l. non aliàs. 14. ibi: Quos Princeps evocavit. D. de judic.* Evocavit autem Imperator omnes suos Officiales, per rescriptum. *in l. cubicularios. in verb. ab observatione aliorum tribunalium liberamus. C de præposit. Sacr. Cubicul. lib. 12. l. ne ad diversa. 4. ibi: ex judicio tantummodo Viri excellentissimi. C. de silentiar. lib. 12.* Ita Marc. Anton. Natta. *consil. 576. per tot.* Ernest. Cothman. *consil. 21. num. 94. vol. 1.* Joh. Aloys. Ricc. *in prax. for. Eccles. decis. 549. num. 9.*

[6. B. Ac quamvis Officialis electus ad officium, in aliqua Civitate, civis & subditus effici dicatur à Glossa *in l. cives. C. de incolis*, Adeò, ut miles positus in præsidio, aut alio in loco ad exercendam militiam, civis illius loci evadat.

per

per l. municeps. §. fin. D. ad municipal. Hoc tamen intelligendum est de privilegiis civium, ut iisdem gaudere possit, non ut forum sortiatur, & in loco conveniatur, ex iis, quę ratione officii gessit. Menoch. 1. *Arbitr. cas. 66. num. 5.* Dn. Am. Lindenspur. *ad jus Municip. VVürt. fol. 13. num. 24.* Dn. Knipschilt. *dict. cap. 19. num.* 109. Quod in terminis Gubernatoris Civitatis *Albæ* deducit Surdus *consil.* 109. *num.* 38. [Eodem modò in causa Comitis de Vaila Regni Neapolitani decidendo scripsit Revert. *decis.* 7. Quem sequitur Dn. Ant. de Marin. *allegat. 137. n. 2. & 3.*] Dissentit Amaya. *ad dict. l. Cicer. 7. num. 103.* Hiron. de Laurent. *decis.* 140.

7. *Quid verò dicendum de Prætore aut alio Officiali delinquente in Civitate Municipali merum Imperium habente?* Sanè hoc casu cognitionem non ad Civitatem, *sed ad Principem territorii* pertinere, ad eundemque remissionem esse faciendam censeo. Quoniam in concessione jurisdictionis sive civilis, sive criminalis, semper authoritas concedentis illæsa & præservata censetur; Cum

Cùm in eo resideat suprema potestas, *per cap. dudum. de præbend. in* 6. latè Grammat. *decis.* 30. *num.* 3. Menoch. 2. *Arbitrar. Cas.* 40. *num.* 1. *&* 2.

8. Ac quando persona ob dignitatem exempta est ab alicujus foro, tota quoque domus, totaq; familia, omnesque ejus Officiales exempti censentur. *per text. in l. non aliter. D. d. judic. l.* 1. *C. si qua prædit. potest.* Ita Anton. Tessaur. *decis.* 22. *num.* 3. Anton. Macerat. *lib.* 1. *Resolut.* 25. *num.* 5. latè Mar. Giurb. *consil. decis.* 88. *num.* 3. *& seqq.* Stephan. *de jurisdict. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 81. Dissentit Bruning. *de jur. univers. posit.* 27. *per tot.*

9. Sanè *Civitates municipales* **die Land und Ampt-Stádt/** non omninò destituuntur potestate distribuendi officia, sed secundum cujusque loci consuetudinem, in rebus ipsam universitatem spectantibus, sibi ipsis eligunt *Consules*, *Senatores*, *Administratores*, **besetzen die Aempter/** juramentum obsequii **den Burger Eyd** suscipiunt, etiam sine territorii Domini confirmatione. *l.* 1. *§.* 1. *D. quod cujusq. univers.* Maul. *de homagio tit.* 12. *num.* 25. Everhard. apud Kirchov. *consil.*

consil. 41. *tom.* 4. [Novar. *decis.* 54. *num.* 4. ast imprimis, præsertim in Ducatu Würtenbergico, nomine Principis territorii juramentum civicum exigunt. Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 24. & 25.] Bocer. *de Iurisd. cap.* 8. *num.* 86. Vide *de Civitatibus Municipalibus* Stephan. *de Iurisdict. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 2. *per tot.* Ast super legalitate electorum, Principem aut alium superiorem justa ex causa inquirere posse, dubium non est. *arg. l. congruit. D. de Offic. præs. c. decrevimus. c. placuit.* 10. *q.* Vide Steph. *d. l. num.* 65. Pap. *decis.* 631. *num.* 7. Maul. *d. t.* 12.

10. Quæritur autem: *An Princeps aut Comes Imperii à civitate municipali petere possit, ut ipsi rationem reddat de bonis Universitatis?* Certè, quoniam dilapidatis Municipii bonis, aut ære alieno gravatâ Universitate, onera ejusdem in singulos cives cedunt, ideò superioris maximè interest, in rationes civitatum municipalium justa de causa inquirere. *arg. c. conquerente. d. restit. spol. l. congruit.* 13. *D. de Off. præsid. l. f. C. de debit. Civit. lib.* 11. Guid. Pap. *decis.* 631. *n.* 1. Matth.

 Stephan.

Stephan. *lib. 2. de jurisdict. part. 2. cap. 2. n. 65.* Besold. *de jur. Univers. cap. 5. n. 2.* [Præsertim, si fama & suspicio relevans malæ administrationis adsit, de qua conquerũtur subditi, pecuniam à Concivibus collectam in alios usus conversam aut indebitè insumptam esse. Petr. Heig. 1. *Quæst. jur. 20. num. 14.* Ærod. *9. rer. judic. tit. 5. cap. 7.* Dn. Knipschilt. *dict. tract. lib. 5. c. 10. n. 16.*] Quamvis aliter sentiat Maul. *de homag. tit. 13. per tot.*

11. Exinde provenit, ut plurimis in Ducatibus, præsertim in Patria nostra *VVürtembergia*, Princeps territorii statis temporibus decernat, **Ein Vogt-Gericht von der Cantzley auß zuhalten**; Quo per Consiliarios seu Commissarios suos, Civitatum Municipalium *acta & gesta* examinat, in Rationes tam Tutelares quàm Universitatis, inquirit, *gravamina subditorum* audit & haud rarò exaudit, si quid fraudulenter commissum fuit, debitâ pœnâ coercet. *arg. text. in l. si cujus. 13. §. æquissimum. D. de Usufr. l. si ita. 16. §. 1. ibi: fines prædii tueri. D. de usu & habit.* Gæd. *consil. 13. & seqq.* Bruning. *de jur. Univers. thes. 89.*

Caput

CAPUT XLII.

De Erectione Dicasterii & Judicii Appellationis.

1. A. D*Ivinus olim Plato* censuit & omni Imperanti consuluit, ut ii, qui litigant, ad vicinos primum & amicos, reiq; qua de quæritur, maximè conscios se convertant: Quòd si per eos non sufficienter fuerit judicatum, ad aliud judicium proficisci debeant. Plat. *de legib. lib.* 6. Unde absque dubio à prima antiquitate invaluit, ut in omni prope Imperio, summum quoddam extaret *Tribunal*, ad quod extremę causarum cognitiones devolverentur, ac ut ad illud, tanquam ad sacram anchoram & asylum, à corruptis & indoctis, maleque affectis Judicibus, confugere esset integrum. Lipsius *ad Tacit. lib.* 14. *num.* 77. Besold. *de appellat. cap.* 1. *num.* 8. Unde profluit, quòd summum justitiæ Tribunal & postremum sententiæ elogium in Republica constituere, *Regium & majestaticum jus* meritò & olim & hodiè reputatũ fuerit, quod *extrema Provo-*

catio appellatur, secundum *l*. 2. §. 18. *D. de origin. jur.* Molinæ. *ad Consuet. Burgund. tit.* 1. §. 3. *gloss.* 4. Quasi Imperator sua manu, jura per extremam hanc provocationem claudat, sicuti cecinit *Guntherus* in Ligurino:

-- *Vt præsens, quasi maximus omnia judex,*
Claudere jura manu, cunctasq; recidere lites
Debeat.

Jacob Vandergræf. *de Regal. cap.* 24. *n.* 2.]

[1. B. Hoc jus ad Principes & Status Imperii quoq; transivit, ut in territorio suo vigore superioritatis, jus habeant erigendi *Dicasteria, Scabinatus, ac Judicia provincialia*, **Hof-Gericht und Schöpffen Stuhl anzustellen**; ut totius Provinciæ appellationes eò devolvantur; *Qui enim te judicat, Dominus tuus est.* Unde consequitur, quòd appellatio judicis *à Quo*, subjectionem, & judicis *ad Quem*, superioritatem denotet. *l. præcipimus. l. à Proconsule. C. de Appell. c. licet. in f. d. Elect.* [Ord. Camer. *part.* 2. *tit.* 35. *art. ult.*] Ziegl. §. *Landsassi. p.* 1. *num.* 22. & 145. Viet. *de Exempt. concl.* 37. Michael. *de jurisdict.* 52. Reinking. 1. *cl.* 5. *cap.* 4. *n.* 121.
de sca-

De Scabinatu vide Freyer. *de jur. territ. thes. 9 disp. Basil. vol. nov.*

2. Quod jus constituendi Dicasteria suprema, signum & κριτήριον adeò urgens jurisdictionis territorialis existere, Doctores censent, ut in dubio vel ex sola hac provocatione, superioritas ac subjectio dignoscatur. *c. placuit. caus. 2. q. 6. d. l. à Proconsule. C. de appell.* Menoch. 3. *retin. poss. rem. 3. num. 585.* Knich. *de jur. territ. cap. 3. num.* 180. Mynsing. *dec.* 13. *resp. 3. num.* 66. [Marta *de jurisdict. part.* 1. *cap. 43.* latè Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 5. n.* 150. *& seqq.*] Id quod maximè consideratum fuit in causa Jngelheim *contra* Chur-Pfaltz/ Ortenburg contra Bäyern. Et hoc maximè deducit Hessen/ *contra* Waldeck. Idque urgent quoque *Genevenses contra Sabaudum.* Vide Gylman. *1. Symph. p. 2. tit. 2. vol.* 1. *num. 23. 63. Act.* Ortenb. *contra* Bayern. *fol. 472.* Ritter. *de homag. concl.* 176. *& 186.* Reinking. 1. *cl. 5. cap. 4. n. 102.* Acta Hessen *contra* Waldeck *passim.*

[2. B. Unde subditi ab incompetente judice extraneo citati, comparere non tenentur, ac si indebitè & contra

privilegia citantur, citatio remittitur, und wird dem Botten wider in sein Busen geschoben. Grævæus 1. *Pr. concluf. 48. consid. 2. num.* 3. In honorem tamen citantis, poterit citatus excusationem & privilegii allegationem per scripturam deducere. Carpzov. *de L. Regia Germ. cap. 9. sect. 4. num. 8.* Quod si judici citanti, de privilegio de non evocando, non constet, tunc comparitionem requiri ad allegandam fori declinatoriam, refert. Mynsing. *6. Observ. Cam. 7. num. 7.* Dn. Dieterich. *ad A. B. tit. 8. verb. minimè.* De quo casu intelligendæ sunt Additiones meæ ad Rüm. *ad A. B. part. 2. Dissert. 1. thes. 6.* Tutius tamen est, ut Dominus territorii, subditũ suum per litteras, tenorem privilegii exemptionis inserendo, defendat, quo casu pœnam contumaciæ licitè spernere poterit.]

3. Hanc territorii Domini jurisdictionem, Imperii Principum & Statuum subditi hodie *prorogare* nequeunt. Stephan *de jurisd. lib. 1. cap. 25. num. 50.* Vult. *ad l. 1. num. 168. C. de jurisd.* Rümelin. *lib. 2. ad Aur. Bull. dissert. 1. concl. 9. Vbi Add. mea.* Adeò ut nec ratione

pacti

pacti aut interpositi juramenti prorogatio subsistat. *per l. non dubium.* 5. *C. de legib.* Ursil. *ad Afflict. decis.* 155. *num.* 3. Græv. *lib.* 1. *concl.* 40. *num.* 5. *&* 6. Wamess. *consil.* 11. *cent.* 2. Petr. Fr. Tonduti *in tr. de prævent. p.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. [Addit. *m. ad* Rümelin. *ad Aur. Bull.* 2. *Diss.* 1. *thes.* 9. latè Imman. Sutor. *de non Evocand. posit.* 73. *&* 74. Adjectâ *Limitatione* apud Dn. Knipschilt. *d. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 184.]

4. Proinde subditi alterius judicio sese subjicientes, *à Domino retrahuntur* sub mandatis pœnalibus. Ziegl. §. *Landsassi concl.* 2. *num.* 9. Gail. 1. *Observ.* 40. *n.* 4. Michael *de jurisdict. concl.* 148. *lit. d.* [Ego *ad Rumel. ad A. B. p.* 2. *Diss.* 1. *th.* 9.] Potest autem & debet hæc remissio causæ cum subdito peti ac fieri, etiam post conclusionem in causa. Addit. ad Franchis. *decis.* 417. *num.* 2. Non obstante Salvaguardia per Principem concessa subdito non suo. Tonduti *dict. c.* 11. *n.* 5. In Würtembergiæ Ducatu *carceris pœnâ* prorogantes plerumque coercentur. *Polit. Ord. VVürt. fol.* 19.

5. Multò minus Principum ac Sta-

tuum Imperii ſubditi ab ordinario judice *avocari*, ac è territorio Domini litis cauſa, evocari poſſunt Gail. 1. *Obſerv. 40. num. 4.* Wehn. *in Obſerv. verb.* Ehehafften. Gylman. *lib. 2. deciſ. Camer.* 32. Id quò eò arctiùs obſervetur, ſolent Principes & Status Imperii, ſubditis ſuis ſub gravi pœna inhibere, ne ad aliena judicia citati comparecant. Mandoſa *de inhibit. quæſt.* 123 *num.* 5. Addit. *m. ad Rümelin. ad Aur. Bull. p.* 2. *diß.* 1. *theſ.* 9.

6. Adeò, ut ne quidem ad Curiam Imperatoris, vel Cameram aut Judicium Rotwilenſe litis cauſa citati, regulariter comparere teneantur. Quò ſe aſtringit etiam imperator *in Capit. Ferd. II. art.* 13. Carpz. *de Capitul. cap.* 9. *ſect* 5. *num.* 9. *arg. tradit. à* Tonduti *d. cap.* 11 *n.* 7. *&* 8. [Limnæ. 4. *jur. Publ. c.* 8. *n.* 57.] Niſi *in Cauſis*, quæ Cameræ jurisdictionem immediatè fundant. Rümelin. *part.* 2. *ad Aur. Bull. diſſert.* 1. *th.* 14. *&* 15. De quib. *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 9. Gail. *lib.* 1. *Obſerv.* 1. Frider. 1. *de Proceſſ. c.* 22. Vide addit. *m. ad Rümelin. ad diſſert.* 1. *theſ.* 13. Tondut. *d. cap.* 11. *num.* 14 17. Quod ſi ſubditi comparent, per modum exce-

ptionis

ptionis declinatoriæ fori, avocantur. Vult. *ad l. 1. num.* 137. *C. de jurisd.* Gail. 1. *Observ.* 41. *num.* 7. Carpzov. *dict. sect.* 5. *num.* 11.

7. *Limitatur* præfata assertio I. Nisi subditi *testimonii causa* extra Ducatum vocentur. Subditos enim Principum & Statuum Imperii, *à Commissario Cameræ vel Aulici judicii*, testimonii ferendi causa avocari, citari & examinari posse, non obstante ullo de non evocando privilegio, æquum est. Quod etiam per alterius inferioris judicis Commissarium per litteras ad Dominum territorii requisitoriales, fieri potest. *per l. 3. in fin. D. de testib. l. 1. §. hoc autem. D. de serv. fugit.* Joh. Bapt. Costa. *de remed. subsid. remed.* 18. Græven. 1. *Conclus.* 98. *consid.* 1. Besold. *in thes. Pr. V.* Compaß-Brief. Vide omninò Rümelin. *ad Aur. Bull. p.* 2. *diss.* 1. *thes.* 22. *Vbi Additiones meæ.*

[7. B. *Lim. II.* jus de non evocando ad aliud Tribunal, non procedere, *si subditus deliquerit, modò* ibidem reperiatur. *l. 3. D. de offic. præsid.* Etiamsi in foro ordinario lis cæpta fuerit. Sanè subditus *Regni Bohemiæ*, in causa fractæ pacis pub-

licæ, rectè in Camera Imperiali conveniri poteſt. Goldaſt. *de Regn. Bohem. lib. 4. c. 13. num. 21.* *Limitatur III.* in Contractibus, aliisvè conventionibus. Coler. *de Proceſſ. execut. part. 2. c. 1. num. 19.* *Limitatur IV.* in cauſis feudalibus, quoniam ſubditi ratione Feudi coram ſeniore aut Paribus Curiæ, propter juramentum Vaſallaticum reſpondere obligantur. Roſenthal. *de feud. c. 12. cap. 1. num. 25.* Vide Dn. Dieterich. *ad A. B. tit. 8. Verb. ſive poſſint.* Haſce & alias *Limitationes* latius deduxi in Addit. ad Rümelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diſſert.* 1. *theſ. 10. & ſeqq.*]

S. Hæc tamen Statuum Imperii Dicaſteria non ita ſuprema ſunt, ut ab eis *vel ad Cameram, vel ad Aulicum Conſilium vel ad judicium Rothvvilenſe* appellare non liceat; *Niſi* ſingulari Imperatoris privilegio jus non provocandi Imperii Principes & Status adquiſierint. *arg. c. 1. in f. x. de Reſc. c. Paſtoralis. de Ap. l. 1. § 4. D. à quib. app. non lic.* Coler. *de jur. Imp. concl. 21.* Brun. *de jur. Univerſ. concl. 56.* Prout hodiè à quibuſdam Imperii Principibus & Statibus *omninò non* provo-

provocatur: Als das gantze Hauß Sachsen/ Oesterreich/ Burgund/ Lothringen/ Würtemberg/ das Land-Gericht in Francken/Gröningen in Frisia; *Nisi* in causis, quæ *immediatè* Cameræ jurisdictionem fundant: *de quibus* Gail. *lib. 1. Observ. 1. & seqq.* Schwanman. *lib. 1. Process. Cam. cap. 7.* Frider. *1. Process. c. 20.* [latè Rümelin. *ad Aur. Bull. 2. Dissert. 2. thes. 4. & seqq. Vbi Addit. meæ.*] A quibusdam verò Principibus & Statibus Imperii non appellatur nisi intra *certam summam*; Quos congessit Frider. 1. *de Process. in tit. fin. de Privileg.* Roding. *in Pand. Camer. part. 3. tit.* 20. Gylman. *lib. 6. Symphor.* Coler. *de jur. Imp. concl.* 20. [Vide latè Dn. Burgold. secund. *in notit. Imp. part. 2. discurs* 20. *num.* 19.]

9. Præter hosce Principes & Status Imperii privilegiatos, Camera Imperialis appellationes à Principibus & Statibus Imperii aliisvè immediatis, hodiè non aliter recipit, nisi *summa excedat trecentos florenos Rhenenses.* R. Abschied *de Anno* 1600. §. wiewol auch. juxta novissimum Recessum Imperii verò *400. thaleros* seu Imperiales, Reichs-Abschied *de*

Anno

Anno 1654. §. Vierdtens soll die *Summa appell.* 112. Quam litigiosam summam, appellans disertis verbis narrare debet. Gail. *lib.* 1. *Observ.* 103. *num.* 1. Græv. 1. *Observ.* 123. *Vbi plures fallentias videbis.* [Dn. Blum. *de Proceß. Camer. tit.* 44. *passim.*]

10. Quæritur autem; *An Princeps aut Status Imperii, privilegio de non provocando destitutus, provocationem extremam Statuto antiquare possit?* Quod communiter *Negatur*; *per l.* 1. §. 4. *D. à quib. appel. non lic.* Appellatio enim partim in Litigantium favorem, præcipuè verò in recognitionem superioritatis introducta est. Andr. Knichen. *de jur. territ. cap.* 3. *n.* 27. Merckelbach. apud Klock. *consil.* 8. *num.* 122. *vol.* 1. Ea verò, quæ Principi supremo sunt reservata, non sunt de potestate statuentis, nec ab eo attingi debent. *per cap. cum inferior. X. de major. & obed* Zasius *in l. omnes.* 8. *num.* 4. *D. d. just. & jur.* Ritter. *d. homag. concl.* 178. Bruning. *de jur. Vniv. th.* 56. Reink. *lib.* 1. *cl.* 4. *cap.* 19. *num.* 126. [Sesse *decis. Aragon.* 91. *num.* 27. & 31. Rumelin. *ad Aur. Bull.* 2. *dissert.* 2. *thes* 1. *Vbi addit.*

meæ

meæ lit. c. latè Dn. Besold. *de appellat. c.* 2. *num.* 15. Unde benè scribit Dn. Burgoldus: *Vulgatum est proverbium;* Übel geurtheilt/ist wol *appelliert. Proinde, nisi hoc salutare remedium appellationis jura indulsissent, Deus bone! quantis iniquitatibus & gravaminibus inferendis fenestra tum in inferioribus judiciis aperta fuisset.* Dn. Burgold. 2. *part.* 2. *Discurs.* 20. *num.* 19 latè Thoming. *consil.* 24. *quæst.* 1. *per tot.*]

II. Quod Imperialis quoque Camera observat: ac contra similia Statuta, subditos Statuum Imperii mandatis pœnalibus defendit. *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 28. *in pr.* & §. 1. Gail. 1. *Observat.* 72. *num.* 3. Binder. *de revis. concl.* 29. *n.* 19. Sicuti in Camera Imperiali decisum fuisse, attestatur Johan. Meichsner. *tom.* 3. *decis.* 28.

[II. B. Quæritur autem; *An Statuto introduci possit, ne à debitis liquidis & instrumentis guarentigiatis appellare liceat?* Respondeo; *Quod* hoc Statutũ non tantùm propter æquitatem, ob abbreviationem litium *valeat*, sed etiam Reipublicæ maximè sit salutare ac nostris temporibus, ubi debitores præcipuè

sunt

ſunt lucifugi, ſummè neceſſarium. *per l. abſtinendum. 4.* ibi: *privati. C. quor. appell. non recip. juncta l. 3. §. 3. D. de jur. fiſc.* Ac tale Statutum vigere in *Auſtria, Saxonia, Holſatia, Herbipoli, Lubecæ, Hamburgi*, ac in aliis tam in Imperio quàm extra Imperium locis exiſtentibus, tradit Frider. Mindan. 2. *de mandat. cap.* 70. *n.* 11. Schwanman. *Obſ. Camer.* 175. *n.* 9. Gylman. 1. *deciſ. Cam.* 4. *num.* 35. Dn. Limn. 5. *I. P. cap.* 9. *n.* 3. Vide *Addit. m.* ad Rümelin. *ad A. B.* 2. *diſſert.* 2. *theſ.* 1. *lit. C.*]

12. Inſuper hoc addendum; Quod in quibusdam Imperii Provinciis conſuetudine introductum eſt, ut vigore deß Zugrechts/ licitum ſit ſubditis præterire Curias Dominorum, ac prorogando jurisdictionem, ſtatim ſupremum adire. Ita *Veſalia* ad Camerã, vel Aquisgranum appellat. Ruland. 4. *de Commiſſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 18. Similiter *Hamburgum, Brunſuiga, Suſatũ, Herfordia*, directò Spiram provocant. Vide Gylman. *Symph. cap.* 7. Wehn. *in Obſerv. Verbo* Zug-Recht. Viet. *d. Exempt. concl.* 36. Acta in cauſa Brunſ. contra Brunſ. *c.* 6. *num.* 28. *part.* 2. Ritter. *de homag. concl.* 129. [Dn. Knip.

de

de Civit. Imper. lib. 2. cap. 5. n. 184.] Quod tamen magis in vim consilii quàm superioritatis fieri, censet Hillig. *lib. 28. D. E. cap. 7.* Stephan. *2. de jurisdict. part. 1. cap. 7. num. 362.* Reink. 1. *cl.* 5. *cap. 4. n.* 127. & 129.

13. Insuper disputatur; *An Iudicium Provinciale* ein Hof-Gericht/ *tanquam suspectum recusari possit?* Ex gravioribus causis hoc licere communis opinio censet. [Recusatio enim continet defensionem, quæ est juris naturalis.] *per c. qui suspecti, caus. 3. q. 5. c. pastoralis. de appell. l. apertissimi. C. de judic.* Mynſ. 3. *Observ.* 64. Pacian. *de prob. cap. 45. num. 1. & seqq.* [Unde *Panormitanus* scribit: Recusationem jure naturali inventam esse, *in cap. inter. X. de except.*] Decian. *cons. 26. n. 5. & 15. vol.* 1. Raud. *Respons. 8. num. 2. lib.* 1. Gail. *1. Observ.* 33. *num. 4.* Zang. *de except. part. 2. cap.* 4. *num. 5.* & 6. [ac quod integra Pragmaticorum Curia tanquam suspecta recusari possit, ex justa causa; veluti si ageretur contra Civitatem vel Episcopum vel Capitulum, scribit Petr. Rebuff. *in tract. de recusat. art.* 14. *Gloss. un. num. 47. in operib. tom. 2.* & ante eum Capyc. *decis.* 138.

14. Et

14. Et hoc adeò quidem verum est, ut idem obtineat in judice dato *cum clausula*, appellatione remota. Marant. *in prax. part. 6. act. 2. num. 26.* Ruland. *d. Commiss. 1. lib. 2. cap. 15. num. 2.* Hillig. 17. *D. E. cap. 25. lit. e. in not.* [Seu ut *Galli* loquuntur, ut judex judicet *en dernier ressort*. Rebuff. *d. tr. art. 1. in præfat. num. 17.* Hoc tamen observandum est, quod cum allegatio & recusatio suspecti judicis] sit liberæ facultatis, non autem præcisæ necessitatis, ideò si suspicionis allegatio intermissa fuerit, sententia à suspecto judice lata nihilominus valet. Vivius *decis. 390. num. 1.* [Proinde hanc exceptionem suspecti judicis ante litem contestatam opponendam esse, *per cap. quod suspecti. caus. 3. quæst. 5. l. apertissimi. ibi: antequam jus inchoetur. C. de judic.* latiùs deducit Rebuff. *dict. tr. art. 1. Gloss. 2. num. 1.*]

15. Quæritur autem; *Quisnam de causa suspicionis cognoscat?* Arbitros à partibus electos cognoscere, constat ex *c. requiris. §. 1. de Appell. c. cum speciali. eod. tit. cap. suspicionis. X. de Offic. deleg.* Gail. 1. *Observ. 33. n. 14.* Ipsum tamen

territorii

territorii Dominum, aut quem delegaverit, cognoscere ex usu fori attestatur Knich. *d. Sax. Privil. Vb. Lit. provoc. nesc. cap.* 2. *n.* 14. [Vide Petr. Rebuff. *dict. tr. art.* II. *gloss. un. num.* I.]

Caput XLIII.

De Avocatione Causarum.

[I. A. SUmmę Potestati liberum existit, quascunque Causas coram judicibus sui territorii pendentes, avocare, eosvè à sententia ferenda liberare; Quoniam judicium solvitur, vetante eo, qui judicare jusserat. *l. judicium. verb. qui majus Imp. ubi* Anton. Faber. *in Rational. D. de judic.* Cum enim Princeps supremus totam jurisdictionem illis adimere possit, multò magis ejusdem particularem aliquam causam ad se trahere poterit. *per l. quæ tota.* 76. *in pr. D. de rei vindic.* Sicuti in arbitrio quoq; Principis existit mandatum cõcessum revocare. *l. solent. §. sicut. D. de offic. Proconsul.* Petr. Rebuff. *de evocat. in præfat. Q.* 5. *n.* 36. Jac. van der Graef. *de Regal. c.* 24. *n.* 4.

Quæ avocandi poteſtas in Imperio R. G. Principibus & Statibus quoque Imperii competit.]

1. Nam cùm hodiernis moribus jurisdictio facta ſit patrimonialis, ac à Statibus Imperii, ſcilicet Principibus, Ducibus, Comitibus, ac Civitatibus, jure proprio in ſuis territoriis exerceatur; Ideò eodem jure, cauſas coram judice inferiore, **vor den Ampt Städten** pendentes, vel motu proprio, vel ad partis inſtantiam, territorii Dominus *avocare* ad Conſilium Aulæ **zur Fürstlichen Cantzley oder Hof-Rath** / vel ad Provinciæ Dicaſterium remittere ſolet, adeò ut inferior Judex in cauſa amplius procedere non poſſit. *arg. c. noſtrum. X. d. appell. c. cæterum. de reſcript. l. judicium. 68. D. de judiciis.* Vult. *ad l. 1. num. 173. C. de juriſdict.* Zang. *de Except. part. 2. cap. 1. num. 51.* Leipold. *de concur. juriſdict. concl. 10.* Gail. 1. *Obſ. 41. num. 1.* Maſtrill. *de magiſtr. lib. 3. c. 4. num. 173.* [Rebuff. *dict. Quæſt. 5. num. 38.*]

2. Ad hanc autem avocationem ſuperior proclivis eſſe non debet, *niſi justa & legitima cauſa ſubſit*, videlicet ſi Judex

dex inferior litem protrahat, aut negligenter officio fungatur. Wesembec. *in auth. Qua in provinc. C. ubi de Crim. num.* 15. Moller. *lib.* 2. *Semestr. cap.* 30. benè Johan. Wames. *consil. civil.* 11. & 13. *vol.* 1. [Vel si allegari & probari potest, suspicio notabilis, V. G. si quispiam litiget contra Præsidem alicujus curiæ; Quoniam ubi caput est suspectum, potest consilium recusari, sicut etiam Curia. *arg. cap.* 1. *X. de judic. cap. Quod suspecti. caus.* 3. *quæst.* 5. Petr. Rebuff. *dict. tr. in præfat. quæst.* 7. *num.* 66. Vide Jac. van der Graef. *de Regal. c.* 24. *num.* 6.]

3. Quæritur autem; *An Princeps Imperii causas à judicio provinciali*, **von seinem Hof-Gericht** / *avocare possit?* Negativa sententia regulariter verior est. Quoniam in Dicasterio Principis Imperii præventioni locus est; Siquidem Dominus territorii cum suo Dicasterio concurrit. Ubi autem præventio adest, avocatio locum non habet. Covarr. *in pract. Q. c.* 9. *num.* 3. Berlich. *d. concl.* 7. *num.* 4. Vult. *ad l. n.* 173. *C. de jurisdict.* Riccius *part.* 1. *decis.* 158. *num.* 3. Grivel. *decis.* 112. Dissentit Bocer. *de jur. Dom. &*

 Vasall.

Vasall. lib. 1. *c.* 3. *num.* 31. [Et ante eum Petr. Rebuff. *dict. tr. in præfat. quæst.* 6. *num.* 59. *Vbi tradit; Quòd vani sit capitis, existimare, Superiorem non posse præcipere, nec evocare sine causa.*]

4. Et hoc eò magis verum est; Si Dicasterium privilegiatum ac constitutum sit cum clausula, *Appellatione remotâ*; Ad exemplum Imperatoris, qui causas à Camera Imperiali avocare nequit, **dann dem Cammer-Gericht sein starcker Lauff gelassen werden soll.** *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 35. Gail. *lib.* 1. *Observ.* 41. *n.* 3. Magenhorst. *ad jus Camer. part.* 2. *tit.* 35. Græv. *lib.* 1. *Observ.* 41. *num.* 2. [Quod tamen *limitatur*, si intercedat gravis causa, præcipuè in publica utilitate fundata. *per cap. si quando. X. de rescript.* Perr. Rebuff. *dict. tr. quæst.* 6. *num.* 59. *in præfat.* Belluga *in Specul. Princip. Rubr.* 23. *n.* 7.]

Caput XLIV.

De Relaxatione jurisjurandi, ad effectum agendi.

[1. QUoniã juramenti observatio ad vitam, ejusq; vituperatio in quibusdam

busdam casibus ad mortem vel saltim ad pœnam pertinet: Ideò jus absolvendi à juramentis, publicæ potestati concessum fuit, quod etiam inter Regalia hodie eminet. Dn. Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 135.* Vandergraef. *eod. tr. cap. 21. n. 1.* Et hoc jus tempore Romanorum Imperatorum emicuit: Ita namque Julianus JCt. scribit: *Qui metu criminis, in quo jam Reus fuerat, postulatur, nomen militiæ dedit, statim juramento solvendus est, in l. fin. D. de re militar.*]

2. Moribus Imperii hodiernis, *Relaxatio jurisjurandi* ad causam agendi, inter jura superioritatis refertur, & quidem meritò. Proinde si quispiam subditorum cujusdam Status Imperii, juramentô iniquè circumventus, jus suum prosequi velit; ne exceptione perjurii à limine judicii repellatur, *secundum gl. in c. parvuli. 22. q. 5.* Raudens. *resp. 9. num. 114. vol. 1.* Surd. *cons. 37.* territorii Dominum adire, & ab eo juramenti relaxationem petere debet. Zanger. *de Except. part. 2. cap. 1. num. 428.* Stephan. *lib. 3. de jurisdict. part. 1. cap. 14. num. 85.* Reink. *3. cl. 1. cap. 10. num. 56.* Cran. *de Pac. Relig.*

p. 1. probl. 7. Quod latè deducit Græv. *1. concl. 22. & seqq.* [Quæ potestas relaxandi etiam ad *Civitates quoq; Imperiales* meritò extenditur. teste Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 3. num. 190.*]

3. Quamvis enim hanc juramenti relaxandi potestatem, ut plurimum Canonistę soli *Ecclesiastico judici* attribuant: *per cap. novit. 13. vers. licet autem. Vbi Aug. Barbosa. X. de judic. c. cùm contingat. de jurejur.* Molin. *de Iust. & Iur.* 1. *disp. 149. col. 4. Fachin.* 3. *Controv. c. 13.* plenè Ricc. *in Praxi for. Eccles. decis. 131.* Dn. m. Læl. Mancini Patavii Prof. *tr. de juram. relaxat. cap. 8.* [Ex hac ratione, quòd hæc concessio sit actus spiritualis, cujus sęcularis potestas est incapax; Cùm directa sit vinculi juramenti remissio, nomine Dei. Castr. Palao. *Oper. moral. tr. 14. disput. 3. Purat. 6. num. 4.* Qui hanc relaxandi potestatem à Christo Ecclesiæ relictam esse, ad animarum salutem censet, *dict. disput. 3. punct. 3. num.* 1.]

4. Verius tamen est, tam quoad Canonistas, quàm Casistas & Catholicos, eandem relaxandi potestatem etiam *ad*

judi-

judicem secularem pertinere. Ideoque Regalibus meritò accensetur. [ac judicibus secularibus Superioribus submittitur.] *arg. l. f. in pr. D. ad municip. l. adigere. 6. §. f. D. de jur. patron.* Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 135.* Mynsinger. 3. *Obs. 99.* Quoniam hæc potestas relaxandi per se non est spiritualis, sed generatim fundata est in potestate gubernandi; siquidem sine hac potestate gubernatio civilis esset manca & imperfecta, adeò ut quàm plurimis incommodis occurri nequiret Gail. *lib. 1. Obs. 25. ubi Græven.* Marc. Anton. Macer. 2. *Resol. 60. cas. 7.* benè Læss. *de Iustit. & jur. lib. 2. cap. 42. dub. 12. num. 66.* Paul. Layman. *Theol. Moral. lib. 4. tr. 3. cap. 11. num. 9.* [Dn. Knipschilt. *dict. cap. 3. num. 189. & 190.*] Quod etiam in *Gallia ac Hispania* observatur, teste Vasq. *de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 105.* Guid. Pap. *decis. 194.* Ranchin. *ad Pap. decis. 140.*

5. Quæ relaxandi potestas in Imperio Romano-Germanico parum dubitationis habet, cùm *Camera Imperialis* hanc potestatem pragmaticâ Imperii & Statuum sanctione sibi vindicet. *Ord.*

Cam.part.2.tit.4. Forster. *in Proceß.Cam. tit.*12. Magenhorst. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 24.* Zanger. *de Except.part.2.cap.1. num. 426.* Multò magis hoc verum est apud Principes & *Status Imperii Augustanæ Confessioni* addictos, cùm vigore Pacis Religiosæ constitutionis Episcopali utantur potestate, [Dn. Georg. Besold. *apud* Christ. *fratrem. lib.*1. *Delibat. fol. m. 98.*] Exinde quotidiè videmus Electores & alios Principes hanc potestatem absolvendi à vinculis juramenti exercere. Consult. Witteb. *part.* 1. *consult.* 4. *num.* 13 Stephan. *de jurisd. 3. part. 1. cap. 14. num. 85.* Cran. *d. tr. part.* 1. *probl.* 7. Finckelthaus. *Observ. 9. per tot.*

6. Veruntamen, cùm promissio *sub fide Principali*, juramento realiter præstito, æquivaleat; Vide *Nomolog. m. cap.* 8. Hinc quæritur; *An hoc quoq; in casu, relaxatio juramenti petenda sit, æquè ac si corporale juramentum intercesserit?* Ac Ego *Affirmativè* respondendum esse, censeo. Nisi Princeps aut Comes Imperii, dignitati infamiæ maculam aspergere velit. Rosenth. *de feud. cap.* 12. *concl.* 2. *num. 57.* Matth. Stephan. *de Iudict.2.part.*1 *c.13.*

*num.*130.

num. 130. Mynsing. *Resp.* 3. *Decad.* 11. *num.* 135.]

7. Sanè juramenti relaxationem petere tenetur, non solùm major, sed etiam minor natus, adeò ut ætatis imbecillitas neminem excuset, vel ab hoc beneficio excludat. *arg. l. qui jurasse.* 26. *D. d. jurejur.* Ludov. *decis.* 18. *num.* 10. Sforz Odd. *de restit. part.* 2. *q.* 65. *art.* 7. *num.* 19. [Ideò si *Iuvenis vel Puella* in minorennitate degens, insciis parentibus, & post scientiam contradicentibus, matrimonium hoc juramenti vinculo promiserit, hanc relaxationem impetrare tenetur. Georg. Besold. *apud* Christ. *Fr. dict. lib.* 1. *fol.* 99.]

8. [Quòd si minor expressè juraverit, *se non contraventurum contractui*, neque ratione minoris ætatis, neque ratione læsionis, nec alia quacunque ratione; Non poterit à juramento absolvi ratione enormis læsionis; Quoniam huic læsioni expressè renunciavit: Secus tamen erit in enormissima læsione. Guttierez. *ad auth. Sacramenta puberum.* *n.* 88. Castro Palao. *dict. tr.* 14. *disquis.* 3.

 punct.

punct. 4. *num.* 4. Paul. Gallerat. *de renunciat. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 67.]

9. Sanè, si quis ante obtentam juramenti relaxationem, contractui jurato contravenierit absolutio ei tanquam perjuro non conceditur. Car. de Grassis *except.* 12. *n.* 4. Raudens. *respons.* 9. *n.* 25. *vol.* 1. Mantic. *decis.* 267. *num.* 7. & 8. Marc. Antonin. Macer. *lib.* 2. *Resol.* 17. *n.* 2. Gratian. *discept. for.* 570. *n.* 18. Nisi simul ab ipso incursu à perjurio absolutionem petat. Ricc. *Prax. for. Eccles. decis.* 342. Rot. Rom. *in Recent. decis.* 701. *num.* 2. *q.* 1. Dn. m. Mancin. *d. tr. cap.* 20. Fontanel. *d. part. tot. cl.* 2. *gl.* 2. *pag.* 7. *num.* 8. Dissent. Marescot. *V. R. lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 17. Seraph. *d. juram. priv.* 174. *num.* 9.

10. Quæritur: *An hæres injustam defuncti obligationem juratam, citra juramenti relaxationem, infringere possit? Affirmamus.* [Quoniam juramentum est quid personale, ideò quoad perjurium, non est ad heredes transitorium.] Surd. *decis.* 114. Gail. 1. *Observ.* 27. *num.* 8. *Ubi* Græven. *conclus.* 27. Berlich. *part.* 2. *concl.* 44. *num.* 20. Ricc. *in Prax. for. Eccl. decis.*

345. *n.*

345. num. 3. Paul. Layman. *Theol. Moral. lib. 4. tr. num. 20.* [Dissentit Seraphinus hac motus ratione, per Regulam generalem, quòd toties heres possit venire contra factum defuncti, quoties ipse defunctus posset, si viveret. Cravetta *consil. 200. n. 7.* Seraph. de Seraphin. *de privileg. juram. Privileg. 68. num. 4.* Qui tamen se *sub n. 5.* declarat. Beneckendorff. *in addit. num. 4.*]

11. Hanc relaxationem concedit, vel *Iudicium Curiale*, vel *ipse Princeps*, quandoque etiam *Consistorium*, juxta morem cujusque Regionis. Dubitatur autem; *An factâ absolutione à judice seculari, ille in Principali quoq; negotio cognoscere possit?* *Negat* hoc fori stylus. Igitur causa ad suum judicem remitti debet. Nam Prætor (*juxta l. 2. §. 6. D. de judic.*) de privilegio quidem cognoscit; At compertâ privilegii veritate, negotium ad forum privilegiati remittit. Ne jurisdictiones confundantur. Osasc. Carcher. *decis. 68.* Fach. *lib. 11. Controv. cap. 78.* Seraph. *de Privileg. 69. num. 19.* Licet aliter censeat Gratian. *decis. Roth. March. 165. num. 5.* Mancin. *d. tr. cap.* ac *in Sacr. Iur. Controv. diss. 3. cap. 2.*

12. In

12. In Relaxatione juramenti *prævio justæ causæ examine* opus est, quæ judicem movere debet, ut juramentum relaxet; nec ea temerè indulgenda est. Sufficit autem summariè, non verò plenè, ut causa cognoscatur. Marches. *de Commiss. relax. part. 3. §. 1. num. 69.* Mancin. *d. tr. c.* 11. Novarr. benè apud Ricc. *Collect. decis.* 3186. Reginald. *in prax. for. pœn. lib.* 18. *num.* 69. Layman. *dict. tr.* 3. *cap.* 8. *num.* 3. [Georg. Besold. *apud* Christ. *Fr. in delib. lib.* 1. *Rubr. juram. relax.* Castr. Palao. *dict. tr.* 14. *disp.* 3. *punct.* 5. *num.* 1. & 2. Dn. Thumm. *de jurament. fol. m.* 119. & *seqq.*]

13. Justa autem causa, concedendi relaxationem est; *Vis, Metus, Dolus, Error, Mina, Circumscriptio simplicitatis, si quis contra leges juravit, si puer vel puella,* reluctantibus Parentibus, *matrimonii vinculo,* mediante juramendo, se adstrinxerit, *si quis iniquè incarceratus,* jurato elogio, **bey geschworner Urphed** de non vindicando carcere liberatus fuerit, aut *Latroni militi* in præterita Imperii ferè anarchiâ bellicâ, juratam obligationem **umb Quartier/Geld** dederit. Vide Less. *de*

de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 42. dub. 12. num. 62. Layman. *in Theol. moral. lib. 4 tr. 3.* Græv. 1. *concl. 22.* Ricc. *in coll. decis.* 1252. Læl. Mancin. *d. tract. cap.* 14. benè Fontanell. *de Pact. dot. cl. 7. gl. 2. p. 5.* [Balduin. *in casib. conscient. lib. 2. c. 9. cas.* 14. Dn. Thom. Thum. P.P. Tub. *tr. de jurament. c. 23. per. tot. fol. m. 98.*]

14. Dubitatur autem quid juris; *Si quispiam juravit, se non petiturum relaxationem*, **daß er die Sach nicht eyffern wolle/ inn/ noch ausserhalb Rechtens?** *Duplici relaxatione* jurato succurrendum esse, verius est. Nec auditur, nisi prius ab ipso perjurio absolutionem petierit, eandemve obtinuerit. Proinde idoneam causam adferre debet, cur contractui jurato contravenire velit. Gram. *decis. 66. num.* 17. Riccius *in Collect. decis.* 1152 Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 72. Græven. 1. *concl. 22, num. 9.* Mancin. *dict. tr. c.* 29. [Paul. Gallerat. *de renunciat. tom. 2. cent. 2. cap.* 152.] In petenda juramenti relaxatione summarius tantùm Processus requiritur; ut supra dictum fuit. Cavalc. *decis. 9. num. 29. pag. 1.* Gail. 1. *Observ.* 23. Græv. 1. *concl.* 23.

15. *An autem in petenda juramenti relaxatione adversæ partis citatio necessaria sit?* pugnat hic *communis* opinio cum *communi*. *Negativa* tamen sententia verior est & communior. Nam ubi nullum aut saltem modicum præjudicium vertitur, ibi citatione opus non est. *arg. c. dilect. de offic. deleg. l. D. de in jus voc.* Mynſ. *6. observ.* 84. Græv. 1. *concl.* 22. *consid.* 1. Fach. 8. *c.* 62. Gratian. *decis.* 156. *num.* 2. & 4. [Castro Palao *dict. tr.* 14. *disquis.* 3. *punct.* 5. *num.* 4. Ubi tradit; *Quòd hæc relaxatio, etiam ex officio concedi possit.*] Distinguit Jacob. Sbrozzi *de potest. Vicar. lib.* 2. *q.* 187. *num.* 7. Licet dissentiat Marcin. *d. tr. c.* 12. Gail. 1. *Obs.* 22. *mum.* 3. [Dn. Georg. Besold. *in Delib.* Christ. Besold. *lib.* 1. *fol. m.* 102. [Hoc observandum est; Quòd relaxatio hæc etiam per Procuratorem peti possit, ideò superior, juranti absenti, imò etiam ignoranti hanc relaxationem cōcedere potest. *per l. Labeo. D. de jurejur.* Sanchez. *in Moral. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 37. Castro Palao *dict. punct.* 5. *num.* 5.]

Caput

CAPUT XLV.

De Conventibus Provincialibus; von Land-Tägen.

I. UTcunque Proceres, Ordines ac Cives mediati alicujus Ducatus in Imperio Germanico libertate quadam & privilegiis gaudeant; Non tamen Reipublicæ causa convenire, aut Conventus, nisi ex mandato supremæ potestatis agere possunt. Neque enim temerè aut passim subalternis convenire fas liberumque est, nisi facta sibi potestate à superiore. Qui si aliter coeant, conspiraturi, rebellaturi, malaque machinaturi dicuntur. Dn. Mart. Schoock. *de conjurat. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 8. Ideò nemo alius Comitiorum Provincialium convocandorum jus exercet, quàm is, penes quem summa Reipublicę potestas residet, & cui omnes Reip. necessitates conspicuæ sunt. *arg. l.* 1. *D. quod cujusq. Univers. nomin.* Jacob. Vandergraef. *de Regalib. c.* 12. *num.* 2. Dn. Besold. *de consiliariis c.* 19 *per tot.* Unde in Imperio R. G. profluit, ut Princeps

Imperii

Imperii, *Iure superioritatis*, *Conventus* quoque *Provinciales*, indicant. **Land-Tág außschreiben/ und die Land-Stánd beruffen.** Solent enim Principes Imperii, Provinciales suos subjectos Status, **die Land-Stánd** (qui plerumque ex triplici, nimirum *Abbatum*, *Nobilium & Civitatum* ordine consistunt) ex justa & urgenti causa publica, convocare, ut de publico commodo, salute & utilitate Principis ac Principatus in Commune consultent. *arg. l. placet. C. de S. S. Eccles. l.* 8. *C. de LL.* Gail. *de Arrest. c.* 7. *num.* 14. Knich. *de jur. territ. c.* 3. *n.* 277. Gylman. 2. *part.* 1. *vol.* 5. *num.* 14. Reinking. 1. *cl.* 5. *cap.* 4. *num.* 99. Schepliz. *ad Const. Brand. part.* 2. *tit.* 5. §. 1. Klock. *de Contribut. cap.* 6. *num.* 6.

3. Hi ex singulis oppidis mittunt *quosdam selectos Viros*, **einen Außschuß**; Qui in loco à Principe assignato universaliter congregati, constituunt unum Corpus, quod vocatur **eine gemeine Landschafft**/ ac subditos universos & singulos repręsentant, eorumque nomine deliberant & concludunt, adeò ut quidquid constituant, ab universo populo, & ab univer-

sis

sis constituisse censeatur. *arg. l. quod semel. D. de Decr. ab Ord. fac. l. si is qui. l. si rem. D. de pignor.* Gœdd. *de jur. Civit. cons. 5. num.* 10. Bruning. *de jur. Univers. concl.* 77. Anton. Fabr. *4. Cod. 7. def. 5. num.* 9. Plerisque in Provinciis Germaniæ, **da die Landsasserey im Schwang gehet/** præter Cives, etiam Nobiles, **die Ritterschafft/** vocantur; quandoq; etiam Prælati. Wehn. *in Observ. verb.* **Landsassen/** Besold *in Thes. Pract. verb.* **Landschafft.** [ac *in tr. de Consiliariis cap.* 19. *num.* 36. & 37.]

4. Subditi ad hosce Conventus vocati, comparere tenentur, Ziegl. §. **Landsaß** *part. 1. num. 139.* adeò ut nisi compareant, vigore territorialis jurisdictionis ad comparendum cogi possint. Viet. *de exempt. concl.* 37. Gail. *d. cap.* 7. *num.* 14. Gylman. *2. Symph.* 1. *vot.* 5. *num.* 14.

5. Quæ comparitio Territorialis jurisdictionis *Possessionem* inducit; subjectionem plenè probat; ac Landsassum hominemque jurisdictionalem efficit. Knich. *d. cap.* 3. *num.* 281. Cothm. *resp. Acad.* 47. *num.* 33. Roding. *cap.* 3. *Observ. Cam.* 27. *n.* 3. Ritter. *de homag. concl.* 185.

 Consil.

Consil. Argentor. 17. *num.* 37. *vol.* 1. Eô enim ipsô dum paret mandatis Principis, subditus esse censetur. Mascard. *de Probat. concl.* 546. *num.* Wehn. *in Observ. verb.* Lands-Fürstl. Obrigkeit. *Act. Ortenb. contra* Bayern. *fol.* 465. Mager. *de Adv. arm. c.* 6. *num.* 76. [Quod valde urget Author Informat. *in causa Hessen contra VValdeck. fol.* 48. Vide Auth. Waldeck. Ehrenrettung. *part.* 1. *cap.* 20.]

6. Necesse est autem, ut compareat *cum effectu*, aliàs sola citatio ac asserti Domini præceptum, deß angemaßten außziehens nihil probat. Vietor. *d. exempt. concl.* 37. Gylman. *Symph. part.* 1. *vot.* 5. *num.* 14. Item, ut compareat consultandi gratia de rebus ac utilitate Principatus; Aliàs actus, destitutus debita qualitate, nihil probat. *arg. l.* 4. *§. docereq; D. d. vi bon. rapt.* Wesenb. *consil.* 19. *num.* 1. Gail. 1. *Observ.* 3. *num.* 6. *ac* 2. *Observ.* 106. *&* 1. *de P. P. cap.* 13. *num.* 1 Gylman. 4. *Symph.* 1 *vot.* 16. *num.* 51. Horum Statuum Provincialium authoritas viget & apparet in imponendis *Collectis*, *Accisis*, *Impoſten* uñ *licenten* anzulegen: in ineundis *Fœderibus*; *in alienanda* certa parte Pro-

vinciæ;

vinciæ; ac *Universaliter*, ubi de salute & utilitate, onere ac præjudicio singulorum agitur. *arg. c. quod omnes.* Ubi Petrus Peckius *de Reg. Iur. in 6. l. juris gentium. 7. §. 14. D. de Pact. l. humanum. 8. C. de Legib.* Petr. Wesenb. *cons. 2. num.* 132. *& seqq.* Resp. Jur. *in caus. agri Bilthens. num.* 42. Apologia *Civit. Embden. fol. m.* 10 *& passim.* [Imprimis verò tales Conventus sunt celebrandi, ubi *de bello suscipiendo* agitur. Pro patria namq; pugnandum, sed si sit libera, promptius hoc fieri solet, si subditorum consultationi subjicitur, justane, an injusta sit belli movendi causa. Boccal. *cent. 2. ragguał.* 31. Dn. Besold. *de Consil. cap.* 19. *num.* 19.]

6. Hinc quamvis *Hispaniarum Rex* absolutus esse videatur, ille tamen ob necessitatem publicam tributa extraordinaria, præcipuè verò edulibus, vino, carnibus, oleo, aceto & similibus imposita, non aliter nisi in Comitiis Generalibus à Procuratoribus Civitatum, quæ *Matrices* sunt, & Capita aliarum Civitatum, concedantur, exigere potest; Ita jubente, *leg. 1. & Recopil. tit. 7.*

lib.6. ubi Azevedo, Bobadilla *Polit. lib. 5. cap. 5. num. 3.* Franc. de Amaya. *ad lib. 3. num. 37. C. de annon. lib.* 10.

[6. Sanè nulla ferè Natio, præsertim Germanica, Senatu ordinum Provincialium caruit. Isac. Pontan. *lib. 6. de origin. Francor. cap.* 11. Imò hodiè tali adhucdum Senatu vix carere potest, si tranquillè & sine turbis intestinis vivere satagit. Bodin. *de Republ. lib. 3. cap. 6. num.* 346. Cùm juxta Politicorum observationem, omne Imperium in se, & quà tale, insidiis & odio sit expositum. Lipsius *lib. 4. Polit. cap. 6. & lib. 9. cap.* 15. Dn. Cramer. *P. P. Coll. illustr. Tub. dissert. Barclai.* 1. *§. 9.* Felix ideò existit Principatus vel Ducatus, ubi Princeps graviora cum ordinibus publicè peragit. Perez. *en las obras fol. m.* 324. Siquidem in Comitiorum Provincialium celebratione, Princeps cum Populo sibi subjecto, quasi in familiare colloquium descendere videtur, ut consultet de Ducatus utilitate; De familiæ illustris conservatione; de Provinciæ amplificatione; de ære alieno suscipiendo aut solvendo,

vendo; ut patriæ gravamina percipiat; ut privatorum querelas, quemadmodum sese verè habeant, citra fucum, audiat; quod propter Aulo-Politicorum fraudes & velamina plerumque aliter vix rescire potest. Cominæ. *histor. lib. 4. cap.* 1. Thuan. *histor. lib.* 27. Rex Angl. Jacob. *in Orat. 2. ad Ord. Regn. Oper. fol. m.* 504.]

7. Quæritur autem; *An Deputatus ad Comitia provincialia* **zu einem Landtag** *pro debito arrestari possit?* Quod *Negamus*, cùm Reipublicæ causa peregrè proficiscatur, ideò meritò hac immunitate gaudet. Paul. Christinæ. *decis.* 160. *num.* 6. *vol.* 2. [Unde is, qui à superiore ad curiam vel aulam, pro negotio publico peragendo mittitur, ab arrestis meritò immunis existit, cùm non spontè, sed coactè veniat; ideò jus revocandi domum, tanquam ad forum ordinarium, habet. *arg. l. 2. §. legatis. l. si quis. 8. D. de judic.* Petr. Peck. *de jur. sistend. c. 5. num.* 9. *&* 10. Ruland. *de Commissar. part.* 1. *lib.* 1. *c.* 10. Dn. Mevius *de arrest. cap.* 8. *num.* 110. *&* 123.

CAPUT XLVI.

De Jure Constituendi Pondera, Mensuras & Vlnas, Gewicht/ Maß und Ehl anzuordnen.

[1. OMnium ferè Gentium, antiquatâ observantiâ invaluit, ut Reges tantùm absoluti regia potestate circa mensuras & pondera statuant. Renat. Choppin. *de doman. Fr. lib. 3. tit. 22. n. 1.* In cujus fidem extant præcipuè Rescripta Imperialia *in Cod. tit. de susceptor. & tit. de ponderat.* Et apud Cassiodor. *lib.* 10. *Rescript. 14.* Vide *Metrolog. meam c. 1. & 2.*]

1. In Imperio Rom. Germ. hoc jus constituendi certa *Pondera, Mensuras, Vlnas*; gleich Gewicht/ Maß/ Ehl und Eich anzuordnen und zu geben/ etiam Principibus & Statibus Imperii in suo territorio, vigore juris superioritatis competit. Policey-Ordnung zu Augspurg/ *de Anno* 1548 *Tit.* von etlichen Articuln. Knich. *de jur. territ. cap. 4. n.* 282. Schepliz *ad Consuet. Brand. p. 4. tit. 4.* Bidenb. *Qq. Nob. 7. fol. 56.* Limn. *4. Iur. Publ. cap. 8. n. 257.*

Besold.

Besold. *Consil.* 233. *n.* 31. Klock. *de Contrib. c.* 1. *num.* 272. [Quod latè defendi *in Metrolog. c. 3. per tot.* Quamvis expressè dissentiat Dn. Mevius *ad jus Lubec. lib.* 4. *tit.* 12. *art.* 1. *num.* 26.]

2. Curare enim debet Princeps, *ut sub justa mensura* & pondere, commercia in universo territorio exerceantur, ac quantum fieri potest, *ut mensura sit parilis*, ac ad consonantiam redigatur, quò incautorum Contrahentium deceptio evitetur. *l. modios.* 9. *C. de suscept. lib.* 10. *Nov* 128. *c.* 15. Pap. *decis.* 490. Chassan. *ad cons. Burg. Rubr. de Droit. de justices vers. item jus mensurandi.* Loccen. *de Ord. Republ. lib.* 4. *c.* 9. Non enim subsistere possunt Commercia, si eorum Instrumenta, id est, Pondera & Mensuræ cum fide publica corruptæ sunt. *arg. l. f. D. de offic. ejus cui.* Mevius *ad jus Lubec. lib.* 4. *tit.* 12. *art.* 1. *num.* 12. Besold. *de jur. majest. c.* 8. *num.* 9. [Meritò igitur jura hæc inter Regalia & jura Regia numerantur. Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 5. *c.* 23 *num.* 17. Metrolog. *cap.* 3. §. 11. *num.* 1. & 2.]

3. Hanc miram per totum Impe-

rium Romano-Germanicum varietatem, ad conformitatem & unitatem redigere voluisse *Carolum M.* tradit Avent. *histor. Bojar. lib.* 4. Idem sibi proposuerat *Carolus V.* in Reformatione Politiç zu Augspurg *de Anno* 1520. von Ehlen. Dn. Schüz. *in Coll. jur. publ. disput.* 6. *th.* 20. *lit.* 1. Dn. Limn. *d. c.* 8. *num.* 259. [Metrolog. *c.* 3. §. 4.]

4. In Patriâ nostrâ, cùm Ducatus *VVürtembergensis* è quibusdam variis Ditionibus, Principatibus ac Comitatibus, jure præcipuè hæreditario, in unum coagulatus, nondum autem ob Statutorum & rituum diversitatem satis consolidatus esset, *Serenissimus Princeps Christophorus* p. m. magna prudentia usus est, daß er alle Gesätz/ Gewicht/ Maß/ Ehlen und Eich gleich machte. Balth. Bidenb. *in Vit. Ducis* Christ. *fol.* 37. Dn. Am. Lindenspür. *ad Ord. VVürtemb.* 265. *num.* 5.

5. Sanè constitutis rebus publicis solet Magistratus *in loco publico*, sub dio, mensurarum *Archetypum* das Land-Meß exponere, quò quilibet contrahens formam exinde sumere, ne ob mensuræ defectum, fraudem ignorantia excusare possit.

possit. *arg. d. l. modios. 9. C. de suscept. lib.* 10. *Nov.* 128. *c.* 15. Zasius *cons.* 20. *num.* 1. *& seqq.* Schepliz. *ad Const. Brandenb. part.* 4. *tit.* 6. §. 2. *num.* 3. *&* 4. [Imò Imperator Justinianus *in Novell.* 128. *c.* 15. Architypos in *Ecclesiis* cujusvis Civitatis conservari jussit. Quoniam Mensuræ & pondera, sanctum quid in vita humana existunt, ut ea sanctione publicâ munita & defensa sint. Tolosan. *in Syntagm. lib.* 33. *c.* 4. *&* 14. Zasius *consil.* 20. *n.* 1. In hujus fidem, viva adhucdum testimonia & vestigia in *Templis*, præsertim Abbatiarum extant. Vide *Metrolog. cap.* 7. §. 2. *&* 4.]

6. Cura & custodia Mensuræ à Principe constitutæ, ad cujuslibet *Civitatis Municipalis* Magistratum pertinet. *l. pen. C de defens. Civit.* [Petr. Rebuff. *de pœn. mercat. art.* 1. *gloss. un. num.* 4. Metrolog. *cap.* 9. *per tot.* Qui mensuras & pōdera *publico* notant *stigmate* seu signo, vel Principis territorii insigniis, **Man druckt der Herrschafft Wappen drauff**/ ad evitandas fraudes & corruptiones. *l. fin. ibi: & tesseræ designentur. C. de frum. urb. Alex. lib.* 11. Sarayn. *ad Constitut. Sicil.*

verb. pondus. 49. P. Gregor. 36. *Syntagm. c.* 1. [Dn. Dav. Mev. *ad Jus Lubec. part.* 4. *tit.* 12. *num.* 22. Mensura namque publica per signum Authenticum ab adulterina mensura discernitur; Ac stigma publicum, fidem & probitatem mensurarum spondet. Kizel. *de jur. monet. class.* 5. *Q* 1. *num.* 18. Mascard. *de probat. conclus.* 1048. *num.* 5. Metrolog. *cap.* 8. §. 2.]

7. Absoluti verò subditi coguntur *ex Archetypo* superioris formam mensuræ desumere. *arg d. l. modios.* Knichen. *d. tr. c.* 4. *num.* 295. *Nisi* speciali privilegio huic vel illi Civitati, justa de causa indulgeat Princeps, diversitate mensurarum uti; *Vel* propter remissionem deß Ungelts; ut quædam Monasteria & Hospitalia, majores mensuras habent; *Vel* propter Vicini commoditatem: Ita das Closter Sefflingen/ Ulmensium mensuras accepit. [Vide Metrolog. *cap.* 5. §. 5. *&* 7.]

8. Cæterum, Pondera & Mensuras defraudans, *in Crimen falsi* incidit, proinde punitur pœna dupli, damni illius, quod defraudando dedit; ac insuper in Insulam

Insulam relegatur. *l. pen. D. ad L. Cornel. d. fals. l. 6. D. de Extra-ord. Crimin.* Quod datum est condicitur *l. arbitrio. 18. §. de eo. D. de dol. mal.* [Vide Metrolog *cap.* 12. *§. 2.*] Imò tenetur etiam actione furti. *l. si quis. 52. §. majora. 22. ff. de furt.* Panormitan. *in c. ut mensuræ. X. de empt.* Damhud. *in prax. crimin. c.* 123. *num. 2. & 6.* Pet. Gregor *Syntag. 36. c.* 1. *num. 8.* Debent item mensuræ & pondera falsa publicè frangi aut comburi. *arg. l. Item quæritur.* 13. *§. si quis 8. D. Locat.* [Omnia enim, quæ publicum rerum & commerciorum usum impediunt, à Prętore vel Ædile Curali è medio tollenda sunt. *arg. l. lectos. 12. D. de peric. & commod. rei vend.* Chassan. *ad Consuet. Burg. Rubr. 1. tit. des justices. Verb. juribus num. 97.* Unde Gregorius M. scripsit: *Injusta pondera frange & nova constitue.* Metrolog. *c.* 12. *§. 4.*]

9. Quæ tamen obtinent, modò quispiam *sciens, & dolosè* falsis mensuris utatur. *l. f. ac t. t. D. ad L. Corn. de fals. l. arbitrio. 18. §. 3. D. de dol. mal.* Knichen. *d. cap. 4. num. 198.* [Metrolog. *c. 12. §. 13.*] Quamvis autem delicta non præsumantur,

tur, præsumptio tamen adest doli contra utentem, propter mensurarum archetypum publicè affixum, qui ignorantiam excludit. *arg.* traditorum Menoch. *6.præsumpt.23.* [Proinde ea ignorare, quæ publicè manifesta sunt, habetur pro ignorantia crassa & supina per *cap.cùm tua.X. de cland. sponsal.* Georg. Mund. *de diffamat. c.2.§.3.n.*100. Metrolog. *c.12.§.24.*]

10. Hodie utens falsa mensura & pondere, *Arbitrariè* punitur, quandoque pœna dupli, quandoque fustigatione. *Constit. Crimin. Carol. V. art. 113.* Ubi Vigel. *cap. 10. Regul. 10* Menoch. *Arbitr. Cas. 317.* Damhud. *d.c.* 117. *num.* 2. Gregor. Tholos. *d. c.* 1. *num. 8. & seqq.* Coler. *decis.* 129. *num. 9.* Martin. Coler. *d. alim. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 33. [Adeò ut pœna falsificantis mensuras & pondera, pro qualitate & quantitate fraudis, ad mortem usque extendi possit. Petr. Caball. *Resolut. crim. 165. num.* 10. & 12. Crus. *de indiciis lib. 2. c. 35. num. 49.* Metrolog. *c.*12 *§. 5. num.* 1. & 2.]

[11. Sed dubium hoc loco occurrit; *An falsi pœnam incurrat is, qui in re minima,*

minima, mensurando aut ponderando falsum commisit? Et hunc *vix puniendum esse* censeo. Nam propter parvitatem materiæ, plurima in jure non considerantur; & impunibilia sunt, quæ aliàs punirentur. Quoniam minima, non curat Prætor. *per l. scio. D. de restit. in integr.* Cujus hæc est *ratio*, quòd parum aut nihil æquiparentur. *cap. multa. X. de præbent.* Petr. Caball. *Resol. crim. 260. n. 2.* Dn. Sprenger. *de modico c. 5. & 7.* Vide Metrolog. *m. c.* 12. 33. *per tot.*]

[12. De Agrimensore, ejusque Relatione. *Vide Metrolog. c.* 13. De Lapide terminali & termini Motore, ejusque Pœna, tractat *Metrolog. cap.* 14. *&* 15. De jure & potestate statuendi circa Molas; adi Metrolog. *cap.* 16. *&* 17. De jure Torculorum agit. *Metrolog. cap.* 18. 19. *&* 20.

Caput XLVII.
De Jure Archivi.

1. CÆterùm Principes & Status Imperii habent hoc singulare, ut tam vigore Regalium quàm juris ter-

ris territorialis *Iure Archivi* gaudeant; quò scripturæ, in eorum Archivo repertę, contra regulas juris, pro scribēte plenè probent, adeoque ut quasi in causa propria testes sint. Ruland. *de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 4.* Schrad. *cons. 5. vol. 1.* Cacheran. *d. decis. 69.* Ritterhus. *ad Nov. 49. c. 2.* Besold. *in thes. pract. verb. Archiv.* [Dn. Fritsch. *tr. de jur. Archivi cap. 3. num.* 11. Quod jus Archivi, in specie *Civitatibus quoque imperialibus* tribuit, & quidem meritò, Joh. Adam. Dapp. *de Civitat. Imper. part.* 1. *c. 7. n.* 20. Dn. Knipschilt. *eod. tr. lib. 2. cap.* 12. *n.* 1.]

2. *Archivum* est locus seu scrinium, in quo scripturæ, Monumenta, Acta Principis aut Civitatis, reponi solent, ut ibi reserventur, sub custodia Archiotæ. *l. ult. §. hi quoq́. 10. D. de muner.* [Siquidem de Archivi publici tam utilitate quàm necessitate Imperator Justinianus ita sanxit: *Vt constituatur in Civitatibus habitatio quædam publica, in qua conveniens est, defensores monumenta recondere, eligendo quendam in Provincia, qui horum habeat custodiam: Quatenus incorruptè maneant hæc, & velociter inveniantur à requiren-*

requirentibus, & sit apud eos Archivum.] Novell. 15. *cap.* 5. Nicol. à Passer. *de script. Priv. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 4. Dn. Fritsch. *dict. tr. cap.* 1. Vocatur *Cancellaria*, die Hof-Registratur; Libri ibi custoditi sunt, Lager-Bücher/ Landschaffts-Bücher/ Urbarin/ Kauff- Steur- und Lehen-Bücher/ & similia. Schurf. *conf.* 99. *num.* 8. *cent.* 3. Bornit. *de Instrum. lib.* 2. *cap.* 10. [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 12. *num.* 2.]

3. Libris ex Archivo desumptis plenè creditur; talis scriptura plenissimam facit fidem, publicumque testimonium habet, quod testium probationi prævalet. *c. ad audientiam. d. præscript. l. census.* 10. *D. d. Probat. Auth. ad hæc. C. de fid. instr. Nov.* 49. *cap.* 2. §. 2. Chassan. *consil.* 15. *num.* 4. Kirchov. *conf.* 24. *num.* 47. *vol.* 3. Menoch. *consil.* 1261. *num.* 4. [Dn. Fritsch. *tr. de jur. Archivi cap.* 7. *num.* 5. Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 12. *num.* 16.]

4. Quæritur autem: *An scriptura ex Archivo producta, pro producente, non solùm contra subditos, sed etiam contra Tertios probet?* Quòd *Affirmamus*; Quoniam in his, quæ fidem & probationem scripturæ respiciunt, inspicitur locus, ubi

ubi ſcriptura confecta eſt, non verò perſona, contra quam producitur. *per l. ſi fundus. 6. D. d. evict.* Car. Molin. *in conſ. Pariſ. tit. 1. §. 5. num. 9.* Schrad. *d. conſ. 5. num. 97. vol.* 1. Klock. *de Contrib. cap.* 19. *num.* 49. [Dn. Knipſchilt. *dict. c.* 12. *num.* 17.] Diſſentit Cacheran. *deciſ. 69. num. 9.* [Valaſc. *de jur. Emphyteut. Q. 9. num.* 29. Diſtinguit Dn. Fritſch. *dict. tr. c.* 7. *num.* 57.]

5. Sanè ſcripta hæc ex Archivo prolata, nullam aliam extrinſecam probationem, vel Sigilli recognitionem requirunt, *d. auth. adhæc. C. de fid. inſtrum. c. pervenit. §. invenimus. cauſ.* 30. *q.* 1. plenè Nicol. à Paſs. *d. privat. ſcript. lib.* 5. Roſenth. *d. feud. cap.* 12. *concl.* 14. *num.* 51. Althuſ. *3. dicæolog. c.* 41. *num.* 25. Quòd ſi ſcriptura ex Archivo producta, deſtituta ſit ſolennitate, nec diem vel conſulem habeat, eandem tamen authoritem habere, ſunt qui aſſerunt. Qualis eſt Chaſſan. *conſ.* 15. *num.* 2. Kirchov. *conſ.* 24. *num.* 45. *vol.* 2. [Quoniam ipſum ſcrinium publicum, ſub Archiotæ jurati inſpectione cuſtoditum, ſcripturæ, probationis vim tribuit. *arg. cap.*

fin.

fin. X. de fide instrum. l. in fraudem. 45. §. neque. 5. D. de jur. fisc. Schrader. 1. *consil.* 5. *num.* 25. Dn. Knipschilt, *dict. cap.* 12. *num.* 19.]

6. *Quid si Exemplum scripturæ, in Archivo depositæ, producatur?* Huic eandem vim tribui deberi, ac ipsi Originali, verius est, modò debitâ solennitate confectum fuerit. *arg. c. f. de fid. instrum. l. 37. §. 5. D. de Legat. 3. l. 45. §. 5. D. de jur. fisc.* Molin. *ad Cons. Paris. §. 8. num.* 26. Cacheran. *decis.* 69. *n.* 7. *&* 8. Schrader. *d. consil.* 5. *num.* 25. Etiamsi Originalis scriptura haberi nequeat; præsertim *si exemplum* sit antiquum. *arg. Nov.* 127. *cap.* 2. *lib.* 57. *D. de admin. tut.* Nicol. à Passer. *d. script. privat. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 37. Mastrill. *decis.* 43. [Dn. Knipschilt, *dict. cap.* 12. *n.* 20. Dissentit latè Dn. Fritsch. *dict. tr. cap.* 7. *num.* 43. Cum Limitatione & Declaratione *sub num.* 47. *&* 48.] Vide Ruland. *part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 12.

7. *Reperta* in Archivo *Scriptura*, ut probet, necesse est concurrere. I. Ut Archivo præsit Officialis. II. Ut reposita sit scriptura inter autenticas scripturas, in loco publico ad hoc destinato. III.

Ut scriptura habeat testimonium, quòd in Archivo fuerit reperta, quod fit, si manu Archiotæ corroborata fuit, qui subscriptione suâ hoc attestetur; Cui ceu Viro legali & jurato creditur. *l. in fraudem. 45. §. quoties. 7. D. jur. fisc. auth. adhæc. C. de fid. instr. Nov. 15. c. 5. Novell. 49. cap. 2.* Cacheran. *decis.* 69. Ruland. *d. tr. part. 2. lib. 5. c. 8.* Schrad. *d. cons. 5. num. 8. & seqq.* Klock. *d. tr. c. 19. n. 40.*. [Alia insuper requisita adducit Dn. Knipschilt *dict. lib. 2. c. 12. num. 15.* Dn. Fritsch. *dict. c. 7. num. 8.* Hodie verò, regularirer Unicum requisitum sufficit, scilicet, quòd Archivum in loco publico & non suspecto benè custoditum habeatur ab illo, qui *jure Archivali* gaudet. Quod Camera Imperialis in causa **Sachsen und Sahlfeld** consideravit; Locus enim publicus, facit scripturam publicam. Ruland. *d. cap. 8. n. 4.* Dn. Brunneman. *ad l. comparationes. C. de fid. instrum.*

8. Quæritur hic; *I. Si quis ex Archivo Principis scripturas*, **als die Läger-Bücher**, *dolosè abstulerit, aut tempore belli easdem Officialibus publicis vi extorserit, an*

pro

pro fure [aut eo, qui cauſam à fure habet,] *probent*? [Sanè Caſus in patriæ *Ducatu VVürtembergico* accidit, dum poſt cladem Nördlingenſem præter alios, etiam *Nebulones* Archivum Ducale ingreſſi, ſcripturas, libros publicos & chyrographos abſtulerunt.] Ac verius eſt; *Quòd Non*. Quoniam tota vis Archivi, ac ejuſdem ſcripturæ dependet ab authoritate ejus, in cujus poteſtate Archivum eſt; *Nov*. 15. *cap*. 5. Cacher. *deciſ*. 69. Rot. Rom. *in noviſſ*. Mellin. *p*. 1. *deciſ*. 549.

9. Quæritur inſuper *II. An ſcriptura ex Archivo producta, extra Territorium probet, etiam inter non ſubditos*? Et talem ſcripturam ad exemplum teſtium, ubique locorum probare, nec perſonæ vel territorio alligari, aſſero. *per Auth. ad hæc. C. de fid. inſtr. N*. 149. *c*. 2. Schrader. *de conſ*. 5. *num*. 97. *vol*. 1. Ruland. *de Commiſſ*. *part*. 2. *lib*. 5. *cap*. 5. Nic. à Paſſer. *de privat. ſcript. lib*. 5. *in pr*. [Dn. Knipſchilt, *dict. cap*. 7. *num*. 16.]

Caput XLVIII.

De Jurisdictione Civili & Criminali.

I. JUs dicere inter suos, cum coercendi & cogendi potestate, Regium est & Divinum negotium; Adeò ut is, qui proprio jure, causas definit, Principalem in territorio personam meritò sustineat, quem omnes subjecti venerari debent. In Imperio Rom. Germ. sicuti olim Imperatores Romani per Præsides & Prætores imperiales jus dicebant. *tot. tit. D. & C. de offic. Præsid. & de offic. Prætor.* Mart. Mager. *de advoc. armat. cap. 6. n.* 189. Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 6. num. 2.* Ita hodiè Principes & Status Imperii in eorum territoriis *jurisdictionem ac potestatem*, **die hohe und nidere** Jurisdiction **und Botmässigkeit** / de omnibus causis cognoscendi & jus reddendi, proprio jure, habent & exercent. Et hoc præcipuum *Jus superioritatis territorialis* meritò censetur. Knich. *de jur. territ. cap. 3. n.* 401. Rosenth. *de feud. c. 5. conclus.* 4. Michael

de

de jurisdict. conclus. 56. Klock. *de Contribut. cap. 4. num.* 182.

2. Quod etiam *in Nobilibus Imperii immediatis* verum est, qui æquè in territoriis, pagis & districtibus suis, omnimodam jurisdictionem, non tantùm civilem, sed etiam criminalem in subditos & rusticos suos exercent. Besold. *consil.* 49. *num* 121. Nolden *de Nobil. cap.* 13. *num.* 124. Dn. Treisbach. *de Ord. Equestr. præc. q.* 2. *num.* 129. [Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. cap. 6. num. 6.*]

3. Hæc olim in *Iurisdictionem simplicem, Mixtum ac Merum* Imperium dividebatur. *per l. 3. &* 9. *D. de jurisdict.* Bocer. *de Iurisdict. cap. 3. 4. & 5.* Scip. Gentil. *eod. tr. lib. 1. cap. 3.* Steph. *eod. tr. lib. 1. cap. 3.* At quoties mutata Imperii Romani regiminis forma, toties etiam *immutata* fuit forma judicandi. Gregor. Tolos. *lib. 32. Syntag. cap.* 10. *in f.* Wehn. *in Observ. verb.* Gent. Besold *de jurisdict. Imp. Roman. German. in proœm.*

4. Adeò ut hodie jurisdictio magis consuetudine quàm legibus scriptis dependeat, ejusque partes, secundum mores cujusque Provinciæ variè discer-

nantur. Obrecht. *de jurisd. cap. 2. num.* 12. Reinking. *lib. 2. num. 43. cl. 2. cap. 17.* Consil. Argent. *22. num. 1. & 2. vol. 1.* Lampad. *de Rep. Rom. Germ. part. 3. c.* 15.

5. Ex usu Cameræ Imperialis, ac plurium Germaniæ locorum consuetudine, pro ratione causarum civilium & criminalium, jurisdictio dividitur *in Superiorem & Inferiorem*, seu mutato ex Italico idiomate termino, *in Altam & Bassam* in hohe und nidere Obrigkeit vel hohe und nidere Erb-Gericht. Matth. Wesenb. *cons. 95. num.* 20. Michael *de jurisdict. concl.* 72. Reinking. *cap. 17. n.* 24. Wehner. *in Obs. verb.* Gericht. latè Besold. *de jurisd. Imp. Rom. German. cap.* 21. *&* 22. [Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 6. num.* 140.]

6. *Alta Iurisdictio* sub se comprehendit, merum Imperium & mixti Imperii partem maximam, alle peinliche Sachen/ *Homicidium; Adulterium, Stuprum, Crimen incendii, Proditionis, Prædationis, Furti, Falsi, Injuriarum atrocium, Relegationem, Ictus, Contusiones, usque ad vulnera qualiacunque inclusive;* Item Halßeisen/ Galgen auffrichten/ Urfehd/ Bannung

in

in Zehenden / Galleen schmiden / Aliasvè species quàm plurimas, quas vide apud Bocer. *de Iurisdict. cap.* 5. Michael. *d. tr. concl.* 76. *& seqq.* Bidenb. *Q. Nobil.* 7. Coler. *part.* 2. *de process. execut. cap.* 1. *n.* 137. Berlich. 1. *concl.* 1. *n.* 10. [Dn. Besold. *de jurisdict. cap.* 21. *per tot.* Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 6. *num.* 17. *& seqq. & num.* 141.]

7. *Ad Bassam refero*, causas omnes *Civiles ac pecuniarias*, **Schuldforderung / Geldsachen** / *ubi agitur de damnis & redditibus*; *Executiones, item* **die Hülff**; *Imò etiam nonnulla ex iis, quæ sunt mixti Imperii*, scil. *Punitiones criminum minorum*; Puta *vetitarum mercium, ludorum*; *contumaciam, injurias non atroces*; **als Scheltwort** / quo referunt nonnulli **kleine Frevel / Brüch / werffen / blaw und braun schlagen / Blutritzen / Messerzucken.** Modò hæc fiant sine sanguinis profusione; *capere item delinquentes*, ut altam jurisdictionem habenti tradantur. Vide Moller. 4. *Semestr. cap.* 45. Coler. *d. tr. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 138. Michaël. *concl.* 101. *& seq.* Wehner. *in Obs. verb.* **Vogtey** /. Reink. 2. *cl.* 2. *cap.* 17. *num.* 45. Dn. Besold. *dict.*

tr. cap. 22. per tot. Dn. Knipſchilt. *dict. lib. 2. cap. 6. num.* 143.]

8. Hæ jurisdictiones Statuum Imperii Romano Germanici, non amplius in commercio ſeu temporariæ, ut olim in veteri Republ. Romana, ſed patrimoniales ac propriæ factæ ſunt, ac in dominio Principis ac Status Imperii exiſtunt. Stephan. I. *de Iurisdict. cap.* 38. *n.* 3. Rittershuſ. *de feud. lib. 2. cap. 9. q. 2.* Knich. *de jur. territ. cap. 1. n.* 359. Reinking. *d. cap.* 17. *num.* 95. [Ac quod imprimis *Civitates quoque Imperiales*, jurisdictionem tam altam quàm baſſam, proprio nomine, tam jure territorii quàm jure magiſtratus exerceant, tradit Dn. Knipſchilt. *dict. cap. 6. n. 7. & 8.*]

9. Ideò unicuique Principum & Statuum Imperii ſua jurisdictio ſemper ſalva, quieta & intacta manere debet, ne jurisdictionum ordo confundatur. Adeò, ut Princeps aut Comes Imperii, capiendo delinquentem in alterius Principis vel Civitatis territorio, jurisdictionem eſuſdem turbare, ac territorium violare dicatur. *cap. pervenit. cauſ.* 11. *quæſt. 1. l. f. D. de juriſd.* Honded. *conſ.* 95. *vol.*

vol. 2. Gail. 1. *P. P. cap. 16. num. 27.* In poenam fractæ pacis publicæ incidat, *Const. Max. I. de Anno 1495.* Mynſ. *2. Observ.* 29. Weſenb. *conſil. 33.* Ac captus ante omnia ut relaxetur, in Camera Imperiali peti, vel ad ſatisfactionem violati territorii agi poteſt. *l. 3. De Offic. præf. urb. l. 3. D. de Offic. proconſ. Nov.* 134. *c. 5.* Reinking. *lib. 2. cl. 2. cap.* 1. *num.* 96. Gail. *d. cap. 16. num. 27.*

10. Quæritur autem: *An delinquentem in territorio alicujus Status Imperii, ac fugientem in Vicini territorium, ibidem capere liceat*, ob die Nacheil zugeſtatten? Quod *Affirmatur*: modo in continenti fiat. Nam quod in continenti fit, actus continuus cenſetur. *per l.* 1. *C. ubi de Crimin. l. quod ait. 23. §. f. D. ad l. Iul de adult. c. un. §. ſi judex. de pac. tenend.* Reichs-Abſchied *de An. 1555. §.* würde ſich aber. Gail. *1. de P. P. c.* 16. *num.* 26. Everh. *conſ.* 13. *vol* 1. Beſold. *in Theſaur. Pr. verb.* Nacheil/ Wames. *conſil. canon. 516. per tot.* [Quod latiùs pro & contra deduxi, in caſu, quo Civis Würtenbergicus Homicida culpoſus ad Civitatis *Reütlingenſis* Aſylum

tendens, in ipso Reütlingensium territorio ab Apparitoribus deprehensus, dimitti aut relaxari non debet. *in tr. de Asylor. jur. cap. 9. num.* 13.]

11. Unde fluit decisio Quæstionis; *An delinquens in persecutione captus in alieno territorio, Domino loci ad petitionem remittendus sit?* Quod *Negamus*; nam quando finis habet necessariam culpam seu caussam cum principio, tunc attenditur principium, non finis. juxta Bartol. *in l. damni. §. Sabini. D. de damn. infect.* Et actus in uno territorio cœptus, & in altero consummatus, jure indivisibilitatis, pro unico actu, censetur. [Nellus *de bannit. part. 2. tempor. 2. quæst. 29.* Gail. *1. de P. P. cap.* 16. *num.* 25.] Besold. *de jur. territ. cap. 3. num.* 3. Steinberg. *de jur. territ. thes. 8. disp. Bes. vol.* 5. Dissentit Wehner. *consil 92. quæst.* 2.

12. Quod *Limitatur* in pacis publicæ turbatore, aliovè publico hoste; Nam si talis fugitivus in persecutione deprehenditur in alieno territorio, *Magistratui loci*, ubi capitur, sistendus est, ut de eo, tanquam de publico hoste, judicet, & judicatum exequatur. *per R. A.*

de

de Anno 1559 §. **so nun in solcher.** *Ita in hisce terminis intelligendus est* Mynsing. *cent.* 2. *Observ.* 28. *num.* 3. Wehn. *in Observ. v.* **Freybeuter.** *ac consil.* 92. Michael *de Iurisdict. conclus.* 145. Reink. 2. *cl.* 2. *cap.* 17. *num.* 101. & 122

13. Quæritur etiam: *An Princeps aut Status Imperii, alteri Statui, aut Nobili immediato* **das Durchführen der** Maleficanten **gestatten müsse?** Et hoc *affirmatur.* Quia nemo prohiberi debet via publica uti, siquidem exinde Jurisdictio alterius non violatur. *l.* 11. *C. de servit. & aq. l.* 13. §. *si quis. D. de injur. c. omnes. dist.* 1. Bidenb. *Q. Nob.* 11. Wehn. *consf. franc.* 92. Reinking. 2 *cl.* 2. *cap.* 17. *num.* 118. benè Besold. *de jur. territ. cap.* 3. *num.* 4. *in Oper. polit.* [Dn. Fritsch. *de via public. cap.* 8. *per tot.*] Quod si *Maleficus* invocet Dominum territorii pro administranda justitia, is de jure se intromittere nequit, sed ibi finiri debet judicium, ubi cæptum est. *l. acceptum.* 30. *D. de judic.* Bidenb. *d. q.* 11. *num.* 6. [Marta *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 51. *num.* 17. Guazzin. *de Defens. reor. defens.* 1. *c.* 37. *num.* 45.]

14. Nec quidpiam Captivo proderit,

rit, etiamsi per *Cœmiterium Ecclesiæ*, aut per locum, ubi *jus asyli* viget, v. g. *per agrum Reutlingensis* Civitatis Imperii, in quo amplissimum Asyli jus viget, ducatur. Siquidem propter continuationem jam cæptæ jurisdictionis, ibi finiri debet judicium, ubi cæptum est. *arg. l. si quis. 6. C. de ædif. priv. l. 1. §. 1. D. de mort. infer.* Boër. *decis.* 110. *num. 8.* Decian. *6. pract. crim. cap. 28.* Besold. *de jur. territ. cap. 3. num. 4.* [Quod latiùs defendi *in tr. de jur. Asylor. cap.* 10. *num.* 22. Quamvis dissentiat Erasm. à Cockier *tr. de jurisdict. in exempt. part. 4. Q. 98. num.* 1.]

15. Illud observandum est, cùm Jurisdictiones in Imperio ex inveterata consuetudine, hodiè sint *Patrimoniales* factæ, ideò illæ non tantùm ab Imperatore immediatè promanant, sed etiam per subinfeudationem, concessionem, aut emptionem ad alios, etiam Mediatos Imperii Cives quandoque transeunt. Wesenb. *cons. 45. num. 36. vol.* 1. Coler. *in process. exec. p. 2. cap* 1. *num* 127. Stephan. 1. *de jurisd. cap.* 28. Paurmeist. 1. *de jurisdict. cap.* 20. [Dn. m. Bocer *de jurisdict. cap. 8. per tot.*] 16. Hinc

16. Hinc videmus *tot Nobiles* in Imperio jurisdictionalia exercere; Quamlibet *ferè Civitatem Municipalem* actus quosdam jurisdictionis possidere; Tot oppida & pagos reperiri, quorum jurisdictio divisa est, ut unus habeat, **die Lands hohe Obrigkeit**: Alius **die Nieder-Gericht**: Tertius **die Fürstliche Obrigkeit**: Alius item **das Malefitz**; Quidam jus Patronatus: [Vide Acta Lindaviens. *in indice; verb jurisdictio.* Quæ jura particularia, à diversis possessa, totalem non inducunt subjectionem, nec ab una aliqua jurisdictionis specie, ad universalem jurisdictionem & subjectionem argui licet. V. G. **Er hat die** malefiz; Ergò, **so hat Er die Lands-Fürstl. Obrigkeit.** Joan. Gæddæus 2. *consil. Marpurg.* 28. *num.* 263. & 164. Dn. Knipschilt. *d. civit. Imper. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 45. & 47. *ac lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 145.].

17. Sanè, *hæc divisio jurisdictionis* magnarum litium causa existit, ut perutile & necessarium sit, probè scire & discernere, ad cujusnam jurisdictionis speciem & curam quilibet casus pertineat. Vide Michael. *de jurisdict. concl.* 136. & *seqq.*

ſeqq. Stephan. *de jurisdict. 2. part. 2. cap. 1. & 2.* Ziegl. §. *Civitas. per tot.* Ritter. *de homag. concl.* 84. Leipold. *de concurr. jurisdict. concl. 12.*

18. Hoc inſuper notandum eſt, quòd quædam *Civitates Municipales*, ſingulari privilegio, aut titulo oneroſo, Imperium etiam merum habeant, ac de criminibus cognoſcant. Steph. *d. jurisdict. 2. part. 2. cap. 2. num. 17.* Bocer. *d. jurisdict. cap. 8. num. 2.* Scip Gentil. 3. *d. jurisdict. cap.* 21. Bruning. *de jur. Univerſ. concl.* 27. Ziegl. §. *Civitas. concl.* 1. *num.* 4. Ritter. *d. homag. concl* 84. [Quemadmodum Civitates Ducatus VVürtembergici ex ſingulari Principali conceſſione merum quoque Imperium poſſident & exercent. *Statut. Ducal. VVürt. part.* 1. *fol.* 49. *Et Ordin. Ducal. fol.* 236. & 238. Dn. Bocer. *de jurisdict. cap. 8. n. 85.*] Quæritur autem, *ſi Aulicus Principis Imperii in Civitate, habente merum Imperium, deliquerit; An Civitas de hoc crimine cognoſcat?* Hoc caſu cognitionem ad Principem pertinere ſuprà diximus. *arg. l. non aliter. D. de judic. l. 1. C. ſi quæ præd. pet. l. hujus. D. qui pot. in pign.* Heig. 2. *q.* 25.

n. 13.

n. 13. post Covarr. & Matth. Stephan. 2. *d. jurisdict. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 81.

Caput XLIX.

De Concessione Privilegiorum.

1. HUcusque de actibus territorialis jurisdictionis quę *Iustitiam* concernunt. Nunc ad actus *Gratiosos* transeamus. *Ad Gratiam* præcipuè refero. I. Quòd Principes & Status Imperii ad exemplum Imperatoris, *Privilegia, & immunitates* concedendi jus & potestatem habeant. *arg. l.* 1 §. 2. *l.* 3. *D. de Constit. Princip. l.* 16. *D. de legib.* Enenckel. *de privileg.* 1. *cap.* 4. *num.* 21. Gylman. *tom.* 3 *Symph. verb. Privilegium* Tilem. de Bening. *lib.* 1. *Syntag. dec.* 2. *vot.* 6. [Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 218. *Vbi in specie de Civitatibus Imperii hoc asserit.* Jacob. Van der Græf. *de Regal. c.* 15. *num.* 8. Idquod regulariter arguit superioritatem *Dantis*, & inducit subjectionis speciem *Impetrantis*. Reinking. 2. *cl.* 2. *c.* 8. *num.* 25. *& seqq.* Dn. Klock. *de Contribut. cap.* 4. *n.* 246.

num. 246. [Cum Declaratione Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 3. *c.* 6. *num.* 43.]

2. Sed quæritur hoc loco; *An Civitates Municipales privilegia ac immunitates sine Principis, ac territorii Domini consensu & permissu, alicui concedere possint? Negativa* sententia verior est. *per text. in l.* 1. *C. d. decret. decur. lib.* 10. Ubi Imperatores Diocletianus & Maximinianus rescripserunt; Quòd Decuriones, *exceptis Doctoribus literarum & liberalium artium, vel Medicis*, immunitatem tribuere nequeant. Quod confirmat. *l.* 4. *D. eod. tit. l.* 1. *C. de his qui vacat. à Princip. lib.* 10. [*Leg. un. C. de vacat. mun. publ.* Ne propter dispositionem privatorum, quorum loco in respectu Reipublicæ, municipia, similesque Status habentur. *l.* 26. *D. de V. S.* detrimentum patiatur causa publica, *l.* 38. *D. de pact.*] Quod etiam *Hispaniæ* legibus constitutum reperitur. *in leg.* 2. *tit.* 9. *lib.* 7. *Recopil. Vbi Azevedo.* Ita Natta *consil.* 304. *num.* 1. & *seqq.* Losæus *de jur. Vnivers. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 6. *latè* Franc. de Amaya. *ad l.* 1. *num.* 39. & *seqq. C. de immunit. nem. conced.* [Cum distinctione, Dn. Jul. Chop. *de tribut.*

tribut. thes. 96. & 97. apud Dn. Fritsch *in Exerc. jur. Publ. 6* Quod *Declarationem* admittere videtur in collecta municipali, accedente gravi causa. *De qua collecta* Dn. Bocer. *de collect. cap. 5.*] *Dissentit* Johan. Petr. Surdus *consil. 419. num. 17. & seqq lib. 3.*

3. Privilegium autem est *vel Personale*, quod intuitu personæ conceditur, nec personam egreditur, sed cum persona extinguitur. *Vel Reale*, quod propter rem datur, eamque concomitatur, ac tam diu durat, quàm diu res ipsa subsistit. *l. privilegia. 196. D. d. R. l. l. 4. D. de jur. immunit.* Tiraquel. *de primog. q. 58. benè* Joach. Scayn. *decis. 127. num. 8. & seqq.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. cap. 3. num. 54.* In dubio autem Privilegium potiùs *Personale*, quàm *Reale* esse præsumitur. Nam cùm Privilegium sui naturâ, sit contra vel præter jus commune, ideò quàm strictissimè intelligendum est. *l. 1. §. 2. l. 3. D. de constit. Princip. l. 1. §. f. l. 5. §. immunitati. D. de jur. immunit.* Gail. *lib. 2. Observ. 2. num. 14.* Ubi Græven. Klock. *de Contribut. cap. 16 sect. 1. num. 51. & 75.* Scayn. *d. decis. 127. num. 13.*

[Sagittar. *de jur. Comit. Palat. thes.* 5. *lit.* A. apud Dn. Fritsch. *Exerc. Iur. Publ.* 13.]

4. Privilegiorum quædam sunt 1. *Precaria*, quæ ex mera Principis gratia, voluntate, & beneplacito profluunt; eaquè vocantur *Gratiosa*. [Car. Tapia *de Constit. Pr. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 38.] 2. Quædam sunt *Conventionalia*, quæ vim contractus habent, utpote pecunia, benè meritis, vel alio titulo oneroso acquisita. [*cap.* 1. X. *de probat.* Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 56. Andr. Turov. *apud Fritsch. Exerc. Iur. Publ.* 5. *cap.* 1. *num.* 80.] Quò referantur etiam Privilegia *Remuneratoria*. [Klock. *de Contribut. cap.* 16. *num.* 178. Dn. Knipschilt. *d. cap.* 3. *num.* 60. *latè* Nomolog. *mea cap.* 2. *num.* 15.] 3. Quædam Privilegia sunt *Iurata*; ac vim juramenti habent, quô fuerunt confirmata. *De quibus vide quoq;* Bar. Eneneck. *d. tr. lib.* 1. *cap* 4. Hunn. *de interp. jur. lib.* 1. *cap.* 12. Klock. *d. tr. cap.* 16. *sect.* 1. *num.* 151. Suarez. *tr. de legibus lib.* 8. *per tot.*

5. Privilegii obscuri Interpretatio est vel *Expressa*, quæ penes solùm Princi-

pem

pem Imperii concedentem consistit, & quidem meritò: *per l. ex facto. 43. ibi: ipsi Principes solent interpretari. D. de vulg. substit.* Gylman. 2. *decis.* 54. *num.* 40. Coler. *decis.* 56. *num.* 52. Reinking *d. cap* 5. *num* 40. [Gæddæ. 4. *consil.* 16. *num.* 26. cum explicatione *sub num.* 63.] Qui & solus cognoscit de violato Privilegio & ob id pœnam indicit & determinat. *c. cùm venisset. de judic. cap.* 1. *de legib.* Gail. 1. *Observ.* 1. *num.* 7. Besold. *in delibat. jur. lib.* 1. *fol.* 46. [Carol. Tapia *dict. tr. in rubr. cap.* 6. Quæ tamē expressa privilegii interpretatio non semper solius est Principis, secundum tradita Turov. *de jur. Pr. in privileg. cap.* 5. *per tot.* apud Dn. Fritsch. *Exerc. I P 8.*]

6. Vel *Tacita*, quam quilibet Judex ex natura Privilegii & negotii æquitate desumit. [De quo latiùs dict. Turov. *cap.* 5 *num.* 26. Fr. Reverter. *decis. Neapol.* 351. *num.* 2. Ubi distinctionem magistralem refert, eumq; sequitur Don. Marinis *Observ.* 351. *num.* 1.] Hæ enim *Clausulæ* privilegiis regulariter tacitè insunt; I. *Salvo jure tertii*, ne in alterius damnum extendantur. *l.* 2. § *meritò.*

D. ne quid in loc. publ. Gail. 2. *Observ.* 1. *num.* 14. Gratian. *discept.* 640. *num.* 14. Ricc. *Collect. decis.* 1010. [Jo. Gæddæ. 4. *consil. Marp.* 18. *n.* 26. II. *Si preces veritate nitantur. text. in l. universa.* 7. *C. de divers. rescript. cap* 2. & *c.* 20. *de rescript.* Vult. 3. *cons. Marp.* 35. *num.* 178. Mynf. 4. *Observ.* 5. *num.* 6. Wames. *consil. canon.* 410. *num.* 4. III. *Rebus sic stantibus*, ac in eodem statu permanentibus. *per l. continens.* §. *cùm quis. D. de verb. oblig.* Marc. Ant. Macer. *lib.* 2. *Var. Resol.* 55. *num.* 29. IV. Quoad Principem *latissimè*, quoad tertium *strictissimè* sunt interpretãda. *d. l. f. D. de Cõst. Princip. l.* 1. *ad municip.* Ant. Faber. 1. *Cod.* 2. *def.* 22. Carol. Tapia. *dict. cap.* 6. *num.* 11. & 12. Vide omnino de hac extensione Joan. Gæddæ. 4. *consil. Marpurg.* 17. *num.* 222. cum Declaratione *sub num.* 265.

7. Hinc Quæritur; *An Privilegium immunitatis à Collectis, extendatur quoq; ad casum necessitatis, ut quempiam etiam tempore belli immunem reddat?* Quod *Negativè* resolvitur. *per l. jubemus. C. de S. S. Eccles. l.* 2. *C. d. quib. mun. se nemo. lib.* 10. Surd. *decis.* 275. Enenck. *de Privil. lib.*

lib. 2. cap. 5. num. 75. Boc. *d. Regal. cap.* 3. *num.* 216. Sixtin. *d. Regal. cap.* 2. *num.* 125. Walther. *tr. de metatis cap.* 8. §. 51. Quod si quispiam, *cum titulo oneroso* tale privilegium adquisiverit, aliud dicendum esse, *tradit* Cacheran. *decis.* 39. *n.* 1. Mynf. *respons.* 1. *decad.* 15. Sixtin. 2. *d. Regal. cap.* 14. *num.* 136. Prout & hoc notabiliter *fallit, in Doctoribus ac Professoribus*, qui etiam belli tempore à collectis immunes esse debere, nec ad hospitationem teneri, & naturalis & civilis ratio suadet *per l.* 6. *C. de Profess. & Medic. l. ab honoribus. l. angariorum. l. sunt munera. D. d. Vacat. mun.* Pap. *decis.* 88. Ludov. *decis. Luc.* 6. Thoming. *decis.* 55. *num.* 17. Græv. 2. *concl.* 2. *Consid.* 1. Klock. *de contribut. cap.* 15. *num.* 101. Quod tamen in casu necessitatis, quoad *Expensas Cibarias* locum non habere, tradit Walther. *d. tr. cap.* 8. *num.* 51.

8. V. Privilegium personæ concessum, ad hæredes non extenditur. *l.* 1. §. *f. l.* 5. §. *immunitatis. D. ad municip.* Rümelin. *ad Aur. Bull.* 2. *diss.* 4. Nisi quorum specialis facta est mentio, vel expressè, vel per necessariam consequentiam.

 Gail.

Gail. 2. *Observ. 2. num. 15.* [Car. Tapia *dict. tr. part. 2. c. 3. num. 19.*] Hinc dum quæritur; *An Privilegium patri personaliter concessum, etiam ad filios pertranseat?* *Negativè* respondetur *per l. in honoribus. §. vacationum. D. de vacat. muner.* Qui textus de Veteranis militibus loquitur. Cotter. *de jur. milit. lib. 1. c. 24.* Car. Tapia. *dict. tr. part. 1. c. 3. num. 1.* August. Barbosa *ad cap. sanè. 9. num 3. X. de privileg.* [Ita in suprema Regni Neapolitani Curia decisum fuit, referente Franc. Reverter. *decis. 395. num. 1. Ubi* Don. Ant. de Marinis *Observ. 1. num.* 1.] Quod *Limitatur* in privilegio Nobilitatis patri concesso, quod ad liberos quoque porrigitur, quamvis eorum mentio facta non sit. Tiraquell. *de nobilit. c. 15.* Chassan. *in Catal. glor. mund. part. 8. consid.* 24. [In terminis privilegii militiæ Regni Neapolitani, Salon. de Paz *consil. 45. num.* 24.] Eadem Quæstio *Limitatur*, in Privilegio ob benè merita & egregia facta concesso, quod inter realia privilegia refertur. *per l. in omnibus causis. 69. D. de regul. jur. l. si cum mihi. 35. D. de dolo.* Ubi Bald. August. Barbosa,

bosa. *add. cap. sanè. 9. num. 8.* [Adeò quidem, ut illud etiam subdito concessum revocari nequeat. Fr. Revert. *decis.* 409. *num.* 2. Quod tamen sollicitam recipit dubitationem, juxta Suarez. *de legib. lib. 8. c. 4. pr. & num. 8.*

9. VI. Privilegium clausum *in Corpore Iuris*, ac à Principe concessum, favorabilius est eò, quod ex speciali gratia conceditur. *l. in causa. 16. D. de minor.* Anton. Faber. *9. Cod. 30. def. 4. num. 1.* [Faciliùs namque tollitur privilegium quàm jus commune. Johan. Gæddæ. 4. *consil. Marp.* 16. *num.* 266. Carol. Tapia *decis. S. C. Neap.* 24. *num.* 15.] VII. Privilegium *non insinuatum* judici aut parti, nihil prodest. *l. si quis divinam. 5. C. de aquæd. lib. 11.* Gail. 1. *Observat.* 1. *num.* 11. VIII. Privilegium publicæ utilitati facilè opponi non debet. *l. f. C. si cont. jus vel util.* Alciat. *consil.* 61. *in pr.* Surd. *decis.* 225. *num.* 3. Hasce Clausulas vide latius apud Reinking. *dict. c. 8. num.* 23. *& seqq.* Baron. Enenck. *d. privileg. lib. 2. c. 3. & pass.* Suarez. *dict. lib. 8.*

10. IX. Privilegia à Principe concessa temerè *revocanda non sunt*, ne quis

ſub principali authoritate circumſcribat. *l.* 1. *C. de his, qui ven. at. impetr.* Klock. *de Contrib. c.* 16. *ſect.* 1 *num.* 16. *ſect.* 1. *n.* 136. Quod tamen juxta qualitatem privilegiorum, differentiam admittit; Privilegia enim *ad beneplacitum* auff Wolgefallen conceſſa, liberè poſſunt revocari, inſtar aliarum legum; Quo caſu Princeps nemini facit injuriam, dum id tollet, quod ſine cauſa conceſſit. *per cap. ſuggeſtum. X. de decim. c. pen. de præſcript.* Gail. 2. *Obſerv.* 60 *num.* 15. Sixtin. 1. *de Regal. c.* 6. *num.* 3. Pratus *contr. forenſ. c.* 16. *num.* 71. *& ſeqq.*

II. *Conventionalia* verò privilegia in concedentis arbitrio non ſunt; Quoniam in naturam contractus tranſierunt; Quę cùm Princeps absque gravi cauſa revocat, dicitur contra naturalem æquitatem peccaſſe. *arg. l.* 1. § 1. *D. de off. Procur. l. ſicut. C. de O. & A.* Enenkel. *de Privileg. lib.* 3. *c.* 8. Fontanella *de Pact. Dotal. cl.* 4. *gloſ.* 10. *p.* 2. *num.* 36. latè Ign. del Villar Maldon. *reſp.* 8. *num.* 13. *&* 28. *lib.* 1. [Carol. Tapia *de conſtit Princip. part.* 2. *c.* 9. *num.* 1. Quod adeò verum eſt, ut, ne quidem Princeps ſucceſſor

pri-

privilegia cōventionalia revocare posse, sive is succedat tanquam Heres. *l. cum à matre. C. de rei vindic.* Sive per electionem in Principatu. Joan. Gędæ. *4. consil. Marp.* 16 *num.* 392. & 393. Turov. *apud Fritsch. Exerc. I. P. 5. c.* 1. *num.* 3. & *seqq.* Nomolog. *mea c.* 13. *num.* 4. Decisionem refert Fr. Reverter *decis. S. C. Neapol.* 97. *num.* 2. Ubi Marinis *Observ.* 97. *num.* 2.] Proinde in Camera Imperiali Mandata pœnalia contra Principes & Status Imperii impetrantur, qui privilegia conventionalia & ex causa onerosa impetrata, revocant. *arg. Cam. Ord. part.* 2. *tit.* 23. Rauchbar. 2. *Q.* 11. *n.* 76.

12. *Quid de remuneratoriis Privilegiis dicendum?* Et ea irrevocabilia esse, verius est. Quoniam antidoralis obligatio nullo casu, ne quidem ingratitudinis prætextu revocari potest. *arg. l. si verò non.* 12. *in pr. D. mand.* [textus magistralis *in l. Aquilius.* 27. *ibi: officium magistri quadam mercede remuneratum. D. de donat. c.* 12. *vers. licet autem. ibi: juxta servitii meritum. X. de testam.*] Sixtin *d. c.* 6. *num.* 23. [Herm. Vult. *4. Consil. Marp.* 25. *num.* 102. latè Ego *in Nomolog.*

c. 13 *num.* 2 *fol. m.* 174 *ac* latè *c.* 2. *n.* 16.] Klock. *d. c.* 16. *sect.* 1. *num.* 178. Carpzov. *decis. illustr.* 78. Quod notabiliter *limitatur*; nisi aliqua justa causa subsit revocandi privilegium, quæ etiam irrevocabilia privilegia revocare concedat. Gylman. *Symph.* 2. *num.* 67 *fol.* 226. Bar. Enenckel. *d. tr. lib.* 3. *cap.* 6. *per tot.* Hect. Cap. Latro. *decis.* 68. *num.* 26. *& seqq.*

13. Puta 1. *Delictum atrox*; Quoniam talis delinquens non dignus est legis auxilio. *Nov.* 17. *c.* 9. *l.* 1. *C. ubi senat. vel Cl. c. gravem. de excess. præl.* Sixtin. 1. *c.* 6. *n.* 38. [Car. Tapia *de constit. part.* 2. *c.* 7. *num.* 10.] 2. Si *in abusum* rapiatur. *l.* 11. *C. de judæis. c. privilegia.* 2 *de privileg.* Sixtin. *d. c.* 6. *num.* 34 Fontanel. *d. tr. cl.* 4. *gl.* 29. *part.* 2. *num.* 25.] Joan. Gæddæ. 4. *consil. Marp.* 17. *num.* 156. Car. Tapia *de constit. Princip. part.* 2. *c.* 7. *num.* 1. Cum Declaratione *sub num.* 2. *& seqq.* 3. Si *Iniquum* esse appareat. *l.* 2. *& seq. si contr. jus vel util. publ.* Reinking. *d. cl.* 2. *c.* 8. *num.* 31. [Joan. Gæddæ. 4. *consil. Marp.* 18 *n.* 27 *&* 64.] 4. Si per *sub- & obreptionem* impetratum fuerit, veluti

luti vera reticendo, vel falsa enarrando. *l. sed si.* 10 *§. patronum. D. de in jus voc. cap. in litteris. X. de rescr. Ubi* Tholosan. Gail. 1. *Observ. 14. per tot.* Tessaur. Fil. 1. *Quæst. forens. 4. per tot.*] Larrea *alleg. fisc. c. 91. per tot.* Basil. Pont. Leon. *d. matrim. lib. 8. cap.* 17. *§. fin.* 5. Si *causa privilegii finalis* cesset, aut iniqua esse incipiat. *c. suggestum. de Decim.* [Tapia *dict. tr. part. 2. c. 4. num. 1.* Joan. Gæddæ. *4. consil.* 17. *num.* 288. Klock. *d. tr. c.* 16. *sect.* 1. *num. 94. 100. &* 198.

14. Dubitatur autem; *An Privilegium amittatur per actum contrarium?* Quod asserimus *per l. fin. D. de veteran.* Ubi hæc adfertur ratio; *Quòd veteranus, cùm posset se excusare à susceptione muneris & non fecit, videtur tacitè suo privilegio renunciasse, ita ut ex taciturnitate eliciatur consensus, ut sponte munus suscepisse censeatur. l. Campanus. 47. D. de Oper. libert.* Suarez. *de legib. lib. 8. c. 35.* Giurba *consil. crimin.* 59. *num. 8.* Amaya *ad l. 1. n. 14 & seqq. C. De his, qui spontè. lib.* 10. [latissimè Carol. Tapia *dict. part. 2. c. 2. per tot. Cum variis Declarationibus.* Proinde si privilegium alicui Civitati concessum

sum sit *privilegium exemptionis* à collectis & datiis, ac illa patiatur se inscribi in catastrum collectarum, eo ipso sibi præjudicat, & privilegium exemptionis amittit. Sicut *in S. C. Neapol. decisum fuisse, refert* Fr. Revert. *decis.* 38. *num.* 4.] Dissentit Fontanella *d. pact. nupt. cl.* 3. *gloss.* 2. *num.* 18.

15. Quæritur insuper: *An ex Ratione Status privilegia irrevocabilia revocari possint?*] Et hoc Statistæ asserunt; Quibus fundamentum subministrat Imperator Hadrianus *in l. quod semel.* 5. *D. de decret. ab ordin. fac.* Ubi ita rescriptum legimus: *Quod ordinis decreta, ex utilitate publica rescindi possint.* Rationes deducit Andr. Turov. *de jur. Pr. circa privileg. c.* 1. *num.* 54. Quæ præcipuè in necessitate aut utilitate publica consistunt. Senec. *lib.* 1. *de clement. c.* 4. Hac addita *Declaratione*; Modô præstetur privilegiorum & jurium æstimatio. Idque propter naturam contractus. *per l.* 15 §. 1. *&* 2. *D de Rei Vindic.* Rauchbar. *lib.* 2. *Quæst.* 11. *num.* 92. *&* 94. latè Paschal. *de Patr. potest. p.* 1. *c.* 1. *num.* 89. *& seqq.* Bar. Enenckel. *dict. lib.* 3. *c.* 9. *per tot.*

tot. Villar. Maldon. *d. resp.* 8. *num.* 33. [Dissentit latè Johan. Gæddæ. 4. *consil. Marp.* 16. *num.* 269. Eò quòd nullum privilegium includat casum publicæ utilitatis vel necessitatis. *num.* 270. *Ac* 4. *consil. Marp.* 17. *num.* 213.]

16. Claudat insuper hanc materiam hæc Quæstio; Si Princeps alicui privilegium concessit cum aliqua conditione adjectâ; *An Conditio ista per æquipollens adimpleri aut observari possit?* Ac quòd Conditio apposita in forma specifica adimplenda sit, nec æquipollentiam admittat, verum esse censeo; *per cap. susceptum.* 6. *ubi Aug. Barbosa. num.* 3. *de rescript in* 6. Mandel. *consil.* 73. *n.* 2. *latè* Leand. Galganetti *de Condit. part.* 2. *c.* 1. *quæst.* 104. *n.* 23. & 24. Forster. 4. *consil. Marp.* 10. *num.* 55.

CAPUT L.

De Dispensatione.

1. SIcuti Principes, aliiq; Status Imperii, jure superioritatis leges mutare, Ita & contra eas *Dispensare*, ac (*ut ait*

ICtus) *sine exemplo subvenire* possunt; Siquidem rationi consentaneum est, ut qui leges mutandi potestatem habent, ii quoque earum sanctionem laxare queant. *arg. l.* 1. *D. de Const. Princ. l. minoris.* 9. §. *ista*. 11. *D. de pœn. c. inferior. de major. & obed.* Wesenb. *cons.* 18. & 23. *in pr.* Pruckm. *de soluta potestate. c. 4. eff.* 1. Camman. *de Regal.* 4. *th.* 60. Limn. 4. *Iur. Publ. cap.* 8. *num.* 268. Andr. Suarz. *de jur. aggratiand. thes.* 3. *lit. d.* Dn. Daniel Classen. *eod. tr. c.* 7. Qui hanc dispensandi potestatem, etiam Civitatibus Imperii quoque attribuit. *cap.* 8. *per tot.* Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 52.]

2. Definiri potest Dispensatio; *Legis relaxatio, facta publicâ authoritate ab eo, qui legis ferendæ potestatem habet. d. c. inferior.* Pruck. *dict. cap.* 4. *m.* 1 *eff.* 1. *n.* 11. Layman. *in Theol. moral. lib.* 1. *tr.* 4. *cap.* 22. *num.* 1. & 2. [Suarz. *dict. dissert. thes.* 1. Classen. *eod. tr. cap.* 4. *per tot.*]

3. Hanc relaxationem Princeps exercere non debet, nisi *Gravi* aliqua ratione vel causa; puta, pietate, misericordia, aut majoris mali evitandi gratia

mov< a-

moveatur. [*per l. Divi fratres. D. de pœnis.*] Tiraq. *de pœn. temp. in pr.* Ricc. *in Prax. for. Eccl. decis.* 260 *num.* 7. Petr. Wesenb. *consf.* 23 *num.* 17. [Suarz. *dict. diss. thes.* 5. latè Classen. *eod. tr. cap.* 13 *per tot.*

4. Dispensatur autem plerumque I. *In Matrimonialibus.* II. *In Testamentis,* III. *In Contractibus.* IV. *Pœnarum remissione.* [Rudolph. Heiden. *de Superior. Pr. Imper. thes.* 89. *apud Fritsch. E. I. P.* 10.]

5 Dispensatio I. causarum matrimonialium in territorio Principum & Statuum Imperii, *qui Catholicam Religionem profitentur, ad Episcopum* loci pertinet. *per c. multorum* 35. *q.* 6. [*tot. tit. X. de consanguin. & affin.*] *Concil. Trid. Sess.* 24. Sbrozz. *de potest. Vicar. lib.* 2. *q.* 36. *&* 37. Basil. Pont. *de matrim. lib.* 8. *per tot.* [Joan. Aloys. Ricc. *Var. Resol.* 226. Gamolog *latius c* 8. *num.* 1. *&* 4.]

6. *Augustanæ Confessionis* Principes & Status, cùm translata sint in eos jura Episcopalia per pacem Religiosam, eaque fiduciario jure possideant, ideò causas matrimoniales *in Consistoriis suis* terminant. *arg. l. si Senatori.* 31. *l. qui in.* 57. *D. de nupt. num.* 89. *c.* 3. *n.* 117. *c.* 6. Beust. *de*

de matrim. c. 56. Petr. Wesenb. *conf.* 23. Matth. Stephan *de jurisdict. lib.* 3. *p.* 1. *c.* 14. *num.* 70. [Knipschilt. *dict. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 256. Carpzov. *in I. P. C. lib.* 2. *tit.* 7. *definit.* 109. Gamolog. *c.* 8. *n.* 2]

7. *In gradus jure divino aut naturali prohibitos*, nulla cadit dispensatio. *c. non licet.* 2. *dist.* 10. *c. innotuit. de elect.* Dn. m. Harppr. §. *Sunt &c.* 21. *num.* 22. *Inst. de nupt.* Hassenref. *in Com. Theolog. loc.* 10. Kirchov *tom.* 3. *conf.* 1. [Dn. Knipscilt. *dict. c.* 3. *num.* 258.]

8. Secus erit in gradibus *jure positivo* prohibitis; Quod tamen Principes sine gravi & urgenti causa peragere non debent. *arg. l. si senatori.* 31. *l. filio* 48. §. 1. *D. de nupt.* Modest. Pistor. *conf.* 35. *n.* 33. *vol.* 1. Petr. Wesenbec. *d. conf.* 23. Pruckm. *dict. c.* 4. *membr.* 1. *eff.* 2. Vide Bechstat. *de gradib. fol. m.* 318. & 336. Schneidew. *in Instit. de nupt. R. Arb. Affin. num.* 22. [Knipschilt. *dict. c.* 3. *num.* 257. Gamolog. *cap.* 8. *n.* 6.]

9. II. *In Testamentis* dispensat Princeps, cùm *Surdi aut Muti* Testamentum validum pronunciat, modò debitæ solennitates intervenerint. *per l. f. C. de repud.*

repud. hæred. l. 7. D. qui testam. fac. poss. [*arg. l. quamvis. D. de natal. restit.*] Mastrill. *d. Magistr. lib. 3. cap. 4. num. 245.* [Joan. Petr. Moneta *de commut. ult. vol. cap. 5. Quæst. 2. n. 102. ac Quæst. 3. num.* 124. Petr. Dom. Magdalen. *de numer. test. Limit. 7. cap. 22. num. 1.*] Aut si Princeps cuipiam permittit, ut omissô legitimô testium numerô, testari possit. *arg. l. hac consultissima. C. de testament.* Mynf. *1. Obs. 20.* Maul. *de ult. volunt. tit. 5. num. 7. & tit. 12. num. 8.* Vincent. Fusar. *tr. de substitut. q. 408. num. 7.* [Magdalen. *dict. cap. 22.*]

10. Dubitatur autem; *An Princeps Imperii, circa testamentum ob defectum solennitatis irritum, puta ex defectu testis unius vel alterius, dispensare ac pronunciare possit, ut illud vires obtineat?* Quod *Affirmatur. arg. l. quod si. 24. §. 2. D. de minor. l. 3. D. de natal. restit.* Quoniam hæredes instituti, in tali testamento ratione solennitatis nullo, secundum jus Naturæ & Gentium habent jus quęsitum ex voluntate testatoris; Cui (quia lex propter defectum solennitatis refragatur) ipse Princeps assistit, nec aufert

 quid-

quidquam, sed voluntatem ejus, qui bona in alium transtulit, ratam habet. *Nov.* 22 *cap.* 46. Zas. *cons.* 6. *num.* 16. *lib.* 1. Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 267. Maul. *de ult. volunt. tit.* 6. *num.* 3. [Petr. Domin. Magdalen. *dict. c.* 22. *num.* 77. *& seqq.*] benè Less. *de Iust. & Iur. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 3. *Dissentit* Pruckm. *d. cap.* 4. *membr.* 1. *effect.* 7.]

11. Sed Quæritur; *Si Princeps alicui consensum dederit ad testandum, An impetrans hanc dispensationem, insuper mortis causa donare possit?* *Negativè* Respondet Joannes Deckerus. Quoniam mixtum non comprehenditur sub simplici in materia stricta & odiosa: Omnibusque prohibitis, sub simplicibus concessis, non veniunt mixta. *l. si ita scriptum. in pr. D. de lib. & posth. l. vim passam. §. præscriptionem. D. de verb. Obligat.* Cravetta. *consil.* 959. *num.* 17. Joh. Petr. Surd. *decis.* 174. *num.* 14. Testamenti autem factio, ultimæque voluntatis indulta dispositio, ex naturæ conditionisque suæ confinio, cum Donatione mortis causa, in ullam dispensationis communionem nusquam transit. Camerar. *in cap.*

cap. Imperialem. de probib. feud. alien. fol. m. 240 latè Johan. Decker. lib. 1. decis. 1. num. 29. & 30.

12. III. *In Contractibus* dispensat Princeps, cùm Conventiones minorum aut mulierum, ex defectu solennitatum, à legibus requisitarum, invalidæ, aut contra leges irritæ quæ sunt, rescripto valere jubet; qualis est *Donatio excedens 500. solidos*, facta absque insinuatione. *Vide* Bertazol. *consil. civil.* 12. Cephal. *consil.* 91. Hect. Capyc. Latro. *decis.* 156. *n.* 25. Besold. *consil.* 71 *num.* 13. & *seqq.*

13. IV. *In Pœnarum* remissione dispensat Princeps Imperii, dum *Reum* crimine obnoxium, ex singulari Gratia pœnæ eximit: Vel eam in totum condonando; vel pœnam corporalem in pecuniariam commutando; vel condemnando ac mox *Reum* restituendo. *l. moris.* 9. §. *ista.* 11. *D. de pœn. l. f. D. de constit. Princip. l. Lucius.* 17. *D. ad Sc. Turpill. t. t. C. de sent. pass.* & Reichs-Abschied zu Speyer / *d. Anno* 1526. §. Es soll auch. Zas. *de Action.* §. *pœnales.* 22. *num.* 32. Michael. *de jurisdict. concl.* 76. Crus. *de Indiciis, part. 4 cap.* 50. Ant. Fab. 9. *Cod* 24.

def. 1. *Ac titul.* 25. *def.* 1. *&* 8. Limn. 4. *Jur. P. cap.* 8. *num.* 268. [Unde Baldus ſcribit, quòd ſolius Principis honor, in damnatorum reſtitutione conſiſtat. *per. l.* 1. §. *fin.* D. *de quæſt. & tort.* Bald. *in l. cunctos.* C. *de ſumm. Trin.* Beſold. *in Delibat. lib.* 1. *Tit. de diſpenſat. fol. m.* 51. Heinr. Kinſchot. *tr. de remiſſ. homicid. cap.* 1. *num.* 1. Maſtrill. *tr. de indult. general. cap.* 2. *per tot.*] Prout quotidie in Patria videmus, Sereniſſimo Principi noſtro facinoroſos, ſupplices preces **umb Lands-Huld** offerrre.

[13. B. Sanè hoc diſpenſandi jus, in ſpecie attribuitur quoque *Civitatibus Imperii immediatis*, quæ jus remittendi pœnas quoque capitales habent & exercent. Dn. Joan. Adam. Dapp. *de Civitat. Imp. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 20. Suarz. *de jur. aggrat. concluſ.* 3. *in fin.* Dn. Knipſchilt. *de Civit Imper. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 1. *& ſeq.* Claſſen. *de jur. aggrat. c.* 8. *per tot.* Hoc tamen in pœnarum mitigatione obſervandum eſt, quòd alia ſit conditio Magiſtratuum, alia imperantium. Magiſtratuum, corruptæ videntur eſſe ſententiæ, ſi legibus ſint mitiores: Alia Principum

eſt

est potestas, quos decet, acrimoniam severi juris flectere. Symmach. *3. epistol. 63.* Besold. *delibat. lib. 1. tit. de dispensat. fol. 51.* Knipschilt. *dict. cap. 27. num. 34.* Thoming *consil. 65. num. 9.* Vide omnino Diod. Tulden. *de caus. corrupt. judic. lib. 2. cap. 15. & 16.*].

[13. C. In Pœnarum condonatione aut mitigatione Princeps difficilis ut sit, publicè interest, *Roman.* 13. propter bonum publicum, ac ut aliorum exemplo reliqui deterreantur. R. A. *de Anno* 1567. §. Wiewol wir/ ibi: ein vorgebilden Spiegel haben. *l. 2. C. de Privil. Schol. c. injustum. 23. q. 4.* Reinking. *2. cl. 1. cap. 8. num. 63. & seqq.* Bœkel. *in Vision. disq. 2. q. 8.* Mouchombert. *es Essais Politiq. lib. 5. aphorism. 6.* Ne nimia lenitas condonandi, ocasionem præbeat peccandi; lenitas enim vitium est, non minùs Reipublicæ perniciosum, quàm crudelitas; Exinde namq; criminosi, & turbatores pacis publicæ invalescunt. Leon. Less. *de Iust. & Iur. lib. 4. cap. 4. Publ. 5. num. 44.* [Unde notanda sunt verba *Dn. Georg. Besoldi*, Christophori fratris: *Regia hæc in condonandis pœnis voluntas,*

minimè vaga, sed probabili causa & innocentiæ præsumptione subnixa, rationéq; moderata, & non nimiùm frequens esse debet: Ne ex impunitate scelerum bella, pestes, & sterilitates, quæ ultione sceleratorum arcentur, accelerentur. Besold. *in delibat. lib. 1. Rubr. de Dispensat. fol. m. 51.*]

14. Delicta autem committuntur, 1. Vel contra *Ius Naturæ.* 2. Vel contra *Ius Divinum.* *Vel.* 3. contra *Ius Civile.* Horum *quædam* Deum T. O. M. principaliter offendunt; *Quædam* proximum; *Quædam* ipsum Principem & Reipubl. Statum. Quorum delictorum gradus Principem nosse oportere, publicè interest. De quo eleganter, Johan. Petr. Ceremat. *de rect. reg. admin. cap.* 31. [Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 17. *& seqq.*]

15. I. Crimina *in Deum*, sunt *Blasphemia, Magia, Veneficium, pactum cum Diabolo, Sacrilegium,* & similia, in quibus criminibus dispensationem nullo modo locum habere, tradit politicæ Christianę communis Schola. Damhoud. *in prax. crim. cap.* 145. *num.* 6. Bœck. *in Vision. disq.* 2. *q.* 8. *ac disq.* 4. *q.* 1. Limn. 4. *Iur.*

Iur. P. cap. 8. *num.* 280. [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 27. *num.* 19. Dn. Suarz. *de jur. aggrat. posit.* 10. *lit. B.* Dn. Classen. *eod. tr. cap.* 16. *Conclus.* 1. *fol. m.* 169. Quòd adeò verum est, ut talia delicta enormia, ne quidem in *generali indultu* comprehendantur. Vide Mastrill. *de indult. general. cap.* 26. *& seqq.* Vermigliol. *consil. crim.* 389 *num.* 3.]

16. II. *Contra Proximum* jure Naturæ ac divino prohibitum est, adulterium, homicidium. *Deut. c.* 22. *vers.* 22. *Exod.* 21. *v.* 12. Quibus delictis cùm à Deo ipso certa pœna sancita sit, ideò ad authoritatem Decalogi tuendam, nec hîc regulariter dispensationi Princeps indulgeat. *arg. c. cùm inferior. d. major. & obed. c. literas. de restit. spoliat.* Enenck. *de Privil. l.* 1. *cap.* 9. *num.* 16. Eckard. *de Ord. Eccl. & Polit. f.* 217. [Reusner. 1. *consil.* 5. Dn. Knipschilt. *d. cap.* 27. *num.* 22. latè Ern. Godofr. *de jur. consistor. posit.* 85. Mastrill. *dict. tr. cap.* 30. *&* 31.]

17. Justa tamen aliqua de causa, veluti *in muliere, in pupillo, in demente,* Princeps, hisce delictis impositam pœnam temperare, ac ordinariam, in aliam cor-

poris afflictivam, vel pecuniariam pœnam convertere potest. *arg. l. hodie 13. D. de pœn. l. quid ergo. 13. §. pœna. 7. D. de his qui not. infam.* [Carpzov. *in Pr. Cr. part. 3. quæst. 143. & pass.* latè Classen. *dict. tr. cap. 13.*] Decet enim in malis pœnisve inferendis non uti tota potestate; sed aliquid remittere, & infra meritum punire; Sic Deus T. O. M. dicitur punire citra condignum, & præmiare ultra condignum. Less. *de Iust. & Iur. l. 4. c 4. dub. 5. num. 38.* Limn. *4. Iur. Publ. cap. 8. num.* 288. [Classen. *dict. tr. cap. 17. passim. & cap.* 19. Dn. Knipschilt. *dict. cap. 27. num. 30. & 31.*] Prout hodiè videmus, si maritus adulteram recipit, aliquatenus dari veniam, & plerumque relegatione puniri; sicuti præjudicia Scab. Lips. refert. Mauser. *§. 11. tit. de Nupt.* Bœck. *d. disq. 2. q. 8.* [Carpzov. *in Pr. Cr. Quæst. 55. n. 2. & seqq.* Suarz. *dict. tr. posit. 10. fol. m. 72*]

18. III. Pœnam delicti, in Principem commissi, penitus consistere in Imperantis arbitrio censeo, an rigidè vel ex gratia eam exigere velit. Laudabile certè ac magni animi est, si Princeps pro-

priam

priam injuriam merâ gratiâ vindicet. *l. un.* ubi Tulden. *C. si quis imp. mal. l. 2. C. de reb. cred. c. inter querelas. caus. 23. q. 4. cap. sanè. 7. caus. 15. quæst. 1.* Limn. *d. cap. 8. num.* 284. [Marq. Freher. *de existimat. lib. 2. cap. 8. num.* 7. Guyon. *es divers. leçons. tom. 3. lib. 3. cap. 25. fol. m. 485.* Scipio Gentil. *de conjurat. lib. 2.* Hinc Theodosius Junior Imp. ab amicis interrogatus, cur neminem eorum, qui ipsum læsissent, supplicio capitis afficeret? respondisse fertur: *Utinam mihi liceret, & mortuos ad vitam revocare. Ac privatis quidem injuriis, oportet Principem esse facilè ad ignoscendum; Sed in iis, quæ lædunt Rempublicam,* decet esse severiorem. Theodor. *in Colleg. crimin. disput. 10. thes. 7. lit. B,*]

19. IV. Contra jus Civile, aut Statuta Reipubl. delicta, Princeps remittere potest pro lubitu, vel in totum, vel pro parte, *l. relegati. 4. d. l. divus. 27. in pr. l. ad bestias. 31. D. eod.* Farin. *in prax. crim. q. 6.* Ant. Fab. *9. C. 25. def. 1.* [Suarz. *dict. dissert. posit. 12. lit. B.* Classen. *eod. tr. c. 17.*] Et quidem meritò; *Cùm Principis honor consistat in damnatorum restitutione,*

 & igno-

& ignoscendi gloria; ac ut Galli dicunt: *C' est aux grands courages à excuser des grandes fautes. arg. t.t. C. de sent. paß. & restit.* Danæus. *lib. 6. polit. Christ. cap. 3.* Reinck. *2. cl. 1. cap. 8. n. 82.* Vide Carpzov. *in Pr. Crim. quæst. 150. per. tot.*

20. Quæritur hoc loco: *An Princeps delinquenti gratiam facere possit, etiam dissentiente ac contradicente parte læsa?* Si pars læsa egit *ad publicam vindictam*, sua contradictione gratiam Principis impedire nequit. *arg. l. si venditor. 6. §. 1. D. de serv. export. l. locatio. 9 §. quod illicitè. 5. D. de public.* Anton. Fab. *9. Cod. 25. def. 1.* benè Kinschot. *tr. de remiß. homicid. cap. 13. per tot.* Secus erit, si pars læsa ad privatam vindictam agat, scilicet quanti interest, ei nocitum non fuisse. *per l. fin. C. de abolit.* Thoming. *consil. 45. per tot.* Besold. *in delibat. lib. 9. c. 2.* Officio tamen Principis convenit, ita concedere indulgentiam, ne læsus à Justitia, nec delinquens à misericordia penitus excludatur. Jul. Clar. *Recept. sent. lib. 5. §. f. q. 59. num. 3.* Ærod. *rer. judic. fol. 566.* Reink. *2. cl. 2. cap. 8. num. 73.* [Vide omninò Don. Gars. Mastrill. *de indultu general.*

general. cap. 21. num. 7. 12. & seqq. & cap. 24. num. 50. & passim.]

21. Hæc omnia locum habent *in Delictis dolosis, notoriis, probatis & confessatis:* Aliud dicendum est, *in Delictis dubiis, incertis, nec probatis,* in quibus plenior, & laxior condonandi facultas Principi tribuitur, & meritò; Juxta regulam D. Trajani. *in l. absentem. 5. in pr. D. de pœn. Satius esse impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare. Causa* pœnæ remissionis sumitur ex circumstantiis personæ, ætatis, delicti, aliisque qualitatibus; *Vt si fortuitò,* si defendendi animo, si ab alio provocatus, inconsultò cædes admissa sit: *Si ætatis, dementiæ, sexus,* aut similis non injusta excusatio, delicto accedat. *Si merita personæ* erga Rempubl. aut *egregius artifex* pœnæ mitigationem efflagitet. *l. aut facta. 16. l. ad bestias. 31. D. de pœn.* Tiraq. *de pœn. temper. caus. 49. & paß.* Heig. 2. *q. 22. & 24.* Ant. Fab. *9. Cod.* 10. *def.* 5. latè Henr. Kinschot. *tr. de remiß. homicid. cap. 9. &* 10. [Quæ causæ propter varietatem negotiorum certis Regulis includi non possunt; cùm pro delicto-

rum

rum & pœnarum ratione, major interdum, interdum minor ratio, juri aggratiandi locum faciat. *Novell.* 77. Suarz. *dict. dissert. thes.* 13. *lit. B.* Carpzov. *de leg. Reg. cap.* 9. *sect.* 11. Claſſen. *de jur. aggrat. cap.* 13. *per tot.*]

22. Quandoque *Publica utilitas & Reipubl. necessitas* pœnæ remiſſionem exigit, [*arg. l. ad bestias. ubi Ludov. Carrer. D. de pœnis.* Gramat. *consil.* 29. *num.* 46. Dn. Claſſen. *dict. tr. cap.* 14. *Cauſ.* 22.] Ita Italiæ Principes tempore belli, è Republ. bannitos, per generale indultum ab exilio revocare ſolent, quò in præſidiis ac triremibus ad tempus Reipublicæ inſerviant. Vide Bejard, *ad Clar. l.* 5. §. *f. q.* 59. *num.* 97. Ita perterritâ ante quosdam annos *Republ. Venetâ* belli timore, à *Turcarum Imperatore*, ob victos & cæſos in *Portu Valonæ* Piratas Turcicos, Patres Reipubl. Ventæ in Patriæ auxilium Bannitos à Statu Veneto, revocare conſtituebant, quorum numerus *ad aliquot millia* aſcendebat. [Ex eadem ratione *Pontifex Romanus modernus*, quò numeroſas copias auxiliares ad defendendam *Insulæ Candiæ Metropolin* mittere

tere queat, omnes extorres & bannitos domum revocavit, & reditum liberrimum sub conditione militatum abeundi in Candiam indulsit.]

22. Claudet hoc Caput, hæc Quæstio; *An Gratia Principis remittens pœnam pecuniariam cum Cl.* Dummodo non fuerit executa, nec soluta; *operetur, si Reus pro pœna in carcere detineatur?* Ad quod *Negativè* respondetur. Quoniam Carceratio vocatur personalis executio, ac per incarcerationem pœna jam dicitur executa. *arg. l.* 1. *C. qui bon. ced. Auth. de fidejuss.* §. *qui autem.* Bart. *in l. usq. D. ex quib. caus. major.* Afini *de execut.* §. 2. *cap.* 4. *num.* 10. Ita decisum fuisse tradit Hector. Capyc. Latro *decis.* 72. *per tot.* [Ubi M. Ant. Gizzarel. *Observ.* 72. *num.* 2. Vide Don. Gars. Mastrill. *de indult. general. cap.* 22. *ac cap.* 12. *n.* 3. Vermigliol. *consil. crim.* 13. *num.* 26. *&* 27.]. Dissentit Alexander *in l. à Divo Pio.* §. *in venditione. num.* 8. *D. de re judic.* [Hac ratione, quod detrusio in carcerem fiat custodiæ, non pœnæ causa.]

Caput

CAPUT LI.

De Constitutione Asylorum.

[1. A. LOcum in Provincia aut territorio inviolabilem & consecrationis lege tutum constituere, ad quem confugientes alicujus criminis rei, sine summo piaculo avelli & abduci non possunt, apud omnes ferè Nationes consuetum fuit; Vulgò *Asylum*, Germanicè Freyhung/ Gallicè *Franchise* appellatum. Tolosan. *de Republ. lib.* 13. *cap.* 22. *num.* 1. Georg. Rittershus. *de Asyl. cap.* 2. Ego *de Asyl. cap.* 1. *per tot.* Hoc jus constituendi Asyla in Imperio R. G. inter majora Majestatis jura refertur. Rittershus. *dict. tr. cap.* 5. *num.* 6. Georg. Besold. *in delibat. lib.* 1. *fol.* 53. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 66. Ego *de Asyl. cap.* 6. Quod à Dn. Stamlero, reservatis Imperialibus accensetur. *in tr. de reservat. Imper.* §. 60.]

1. B. Quæritur autem; *An Princeps aut Status Imperii suo quoque in territorio Asylum constituere, ordonner Franchise, ac locum quendam ita privilegiare possit, ut homi-*

homicidæ illuc refugientes à pœnâ liberentur? Quoad subditos aliosvè, etiam Forenses in Principis territorio delinquentes, *affirmativam* sententiam æquis rationibus defendi posse censeo. *arg. l. 1. C. de h. qui ad Stat. princip. conf. l. quid sit. 17. §. apud. 17. D. de ædil. edict. l. Imperialis. 23. in pr. C. de nupt.* Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 23. num. 23.*

2. Quoniam delinquens in Principis territorio, solummodò jurisdictionem Domini territorii, non verò alterius Principis, violare dicitur. *l. convenit. D. de Offic. Præs. l. capitalium. 28. §. famosos. 15. D. de pœn. l. si cui. 7. §. p. l. f. D. de accusat.* Ideò hanc injuriam quoque remittere potest is, in quem injuria commissa est. *l. non solum. 11. §. 1. D. de injur.* Nec ullus tertius de jure suo violato conqueri potest, præsertim cùm pœnæ remittendæ potestatem, Principes & Status Imperii sibi vindicent. Heig. *2. q. 22. num. 30.* Leibfrid. *de jur. asyl. concl. 9. l. C.* adi Gregor. Tolos. *33. Syntag. cap. 21. num. 12.* [Quod latiùs variis Rationibus confirmavi in tr. *de jur. Asyl. cap. 8. à num. 1. & seqq.*]

3. Ita

3. Ita *Fridericus IV.* Elector Palatinus novæ urbi *Manheimiæ*; ac Dux Würtembergiæ *Fridericus* p. m. novæ Urbi *Freidenstadio* parilē immunitatem concessisse dicitur. Georg. Rittershus. *de Asyl. c. 5. num. 5.* Imò tale Asylum laudem meretur, propter dictum. *Deut. c. 4. Num. 35. vers. 10* Jos. *20. vers. 2.* Mart. Mager. *d. Advocat. arm. c. 15. num. 80. Qui varia exempla Asylorum, in Imperio Rom. Germ. quæ vigent. num. 94. refert.* [Alia exempla *vide in tract. meo Asyl. c. 8. sub num. 8.* Dissentit Leibfrid. *de Asyl. thes. 9. lit. c.* Besold. *de jur. majest. cap. 4. num. 8.*]

[4. Sanè hoc magis controvertitur; *An Princeps Imperii in Civitate sui territorii Asylum constituens, illud tanto privilegiô munire possit, ut Forensis extra territorium delinquens, ibidem quoque immunitatem habere possit?* Adeò, *ut Asylum hoc, vires suas ad universi Imperii Reos criminales extendat?* Quod satis probabiliter *assertur.* Hac imprimis ratione, quòd avocationes & remissiones delinquentium, hodie in mera Principis territorii voluntate & arbitrio consistant,

sistunt, utrum ad instantiam requisiti, Dominus territorii Reum remittere velit, necne? Gail. 1. *P.P. c. 16. num. 30.* Besold. *consil. 131.* Mod. Pistor. *consil. 29. Quaest. 2. num. 6.* Quod latiùs deduxi *in Asylolog. c. 8. num. 10. & seqq.*]

5. Caeterum haec Asyla tantùm laudem merentur, & de jure subsistunt, quae patrocinantur non voluntariis nec dolosis, den Muthwilligen/und Vorsetzlichen/ sed imprudentibus homicidis, so auß Hitz deß Zorns übereylet. Mager. *de adv. arm. c. 8.* Ego *de Asylis cap. 10. per tot.* Nec ut ibi omninò immunes existant, sed à carceris poena tantùm liberentur, quò ex loco illô privilegiatô causam commodiùs defendere possint. Petr. Sarp. *de Iur. Asyl. c. 3.* Rittersh. *de Asyl. cap. 7. num. 2.* Layman. *4. Theol. Moral. tr. 9. cap. 3. num. 1.* Ego *de Asyl. cap. 11. & 12.*

6. Quaeritur autem; *An Reus criminis, si ad Carceres, per territorium Asylo privilegiatum ducatur, & profugiat ad Magistratum Asyli, ipso jure tutus sit, ac immunitate gaudeat?* Quod *Negamus.* Quoniam Asylum, Reum criminis non recipit

Hh cipit

cipit liberum, sed captum. [Ideò criminis Reus, etiam invitus abducitur. *per l. si quis. 6. ibi: Quamvis per muros vel etiam per mediam Civitatem eos transferri necesse sit. C. de ædific. privat.*] Cùm Asylum, confugientem ad locum securitatis, adhuc liberum tantùm tueatur, Joh. Ign. *ad l. 1. in prin. num. 5. D. ad. Sc. Syllan.* Franc. Marc. *part.* 1. *decis.* 989. in term. Alex. Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 10. *num.* 10. [Farinac. *in crimin. Q.* 15. *num.* 201. Guazzin. *de defens. reor. cap.* 37. *num.* 45. Leibfrid. *de Asyl. thes.* 13. *lit. E. Q.* 2. Ego *de Asyl. cap.* 10. *num.* 22. Dissentit Cockier *de jurisdict. in exempt. part.* 4. *Q.* 98. *num.* 1.]

7. Quid verò dicendum est, *de Carcerato, qui effractis carceribus ad Asylum confugit?* Ac eum tutum esse, respondet Decian. *arg. l. præsenti. 6. C. de his, qui ad Eccles. cap. delictis. eod. tit. lib. 6.* Quod pro & contra disputat Dn. Harpprecht. *ad §. in potestate. num. 84. & seqq. Instit. de his, qui sui vel alien.* [Vide Wames. *consil. canon.* 516. latiùs Ego de Asylis *c.* 10. *n.* 21.]

Caput

Caput LII.

De Constitutione Publicæ securitatis vulgò Burgfrieden.

1. AD superioritatis jura sunt, qui referunt quoque jus constituendi Pacem Burgensem, quod vulgò **Burgfrieden** appellamus. Solent enim Principes Imperii in Palatiis aliisve locis publicis, **als an den Fürstl. und Gräfl. Residentzen und Schlössern** / affigere signum & inscriptionem Pacis Publicæ, quo loca ista sanctificentur, & ab omni injuria ac scelere immunia fiant; Dn. Harpprecht. *ad §. sanctæ.* 10. *num.* 22. *l. de rer. divis.* Mart. Mager. *tr. de Advoc. armat. cap.* 15. *num.* 86.

[2 Hæc Pax Burgensis originem absque dubio duxit, ab ipsa Burgorum natura. Fuerunt enim Burgi, habitacula seu propugnacula, in limitibus, & parva Castella eáque turrita, præsidio militari munita. *l.* 2. *§.* &. 4. *ibi: in Burgis, C. de offic. P.P. Afr.* Orosius *hist. lib.* 7. *c.* 22. Jacob. Gothofred. *ad l.* 1. *in Comm. C. Theod. de Burgariis*, Stenuich. *ad Veget.*

lib. 4. cap. 10. In hisce autem Burgis & Castellis inter habitatores securitas publica acerrimè semper custodita fuit. *arg. l. quadam.* 14. *D. de pœnis. l. officium.* 12. *D. d. re milit. in pr. &* §. 2.]

3. Proinde si quispiam in loco Pace Burgensi munito, temerè aliquid admiserit, ac quempiam vel vi vel verbis læserit, tanquam violator pacis publcæ, acrioribus pœnis, vel manus amputatione, quandoque capitaliter punitur. *per l. sacra. 9. §. propriæ. 3. D. de rer. divis. l. prætor dixit. 7. §. f. cum ll. seqq. D. de injur.* Aloys. Ricc. *decis. cur. Archiep. Neap. 245. p. 3.* Benè Dn. Dav. Mevius *ad jus Lubec. lib. 4. tit. 15. art. 2.* [Dan. Heider. *in Act. Lindav. lit. eeeeeeee. fol. 939.* Christinæ. *5. Decis. Belg. 101. n. ult.* Præjudicium pœnæ frangentis pacem burgensem, amputatione manus refert Carpzov. *in Pr. Cr. Q. 40. n. 33.*] Quasi is, qui publicam securitatem turbavit, ac **den Burg-Friden gebrochen /** in ipsius Principis contemptum deliquisset; [ac Domini Palatii, tanquam Superioris, reverentiam debitam lędere attentaverit. *arg. l. Prætor edixit. 7. §. fin. ibi: in con-*

spectu

spectu Prætoris. D. de injur.] Dn. Harpp. *d. §. 10. num. 22.* Killiger. *de ganerb. diss. 3. num. 55.* Hering. *de jur. Burg. c. 1. num. 723.* [Ex me Dn. Knipschilt. *dict. c. 28. num.* 11. Dn. Fritsch. *de Palatiis cap.* 12. *num. 3.*]

4. Quod tamen *Declaratur*; Ut Pax Burgensis tum demum violetur, modò quispiam præmeditatè, & *dolosè* deliquerit, ac aliquē injustè aggressus fuerit. Injuriæ enim propulsatio, terminum vel limitem non agnoscit. *l. scientiam. 46. §. qui cum, 4. D. ad l. Aquil.* Ricc. *dict. decis. 245. p. 3.* Hering. *de jur. Burg. c.* 1. *num. 730.* Dn. Bocer. *de bell. & duell. lib. 2. c.* 10. Cl. Cotæræ. *de jur. milit. lib.* 3. *c. 24.* Proinde si is, qui in loco securitatis insultatus fuit, inculpatæ tutelæ moderamen excesserit, in excessu puniri debet. *arg. l. adulterium. 38. §. Imperator. D. de adult.* Schneid. *ad §. 1. Inst. d. l. N. G. & C. num.* 18. Dn. Bocer. *dict. c.* 10. *num.* 61. Ricc. *d. decis.* 245. *num. 5.* Gregor. Caraffa. *de Duell. tr. 3. sect. 2. Q.* 20.

5. Hoc securitatis privilegio, gaudent *Palatia* Principum & Statuum Imperii sui naturâ ac per se; Ubi enim Prin-

ceps degit, ibi ſecuritas exiſtit, modò Princeps ibidem reſideat, ac Curiam celebret vel teneat. *arg. l. 1. C. d. b. qui per met. jud. l. ult. D. quod met. cauſ.* Petr. Sarp. *d. Aſyl. c. 5.* Hering. *de jur. Burg. c. 1. num. 727.* Martin. Mager. *de Advoc. armat. c. 15. num. 93.* [Unde Galli proverbialiter dicunt: *Le Roy eſt toujour à la Cour.* Quæ ſecuritas Burgenſis adeò viget & vires exerit, etiamſi Palatiis Principum nihil pro ſigno ſecuritatis adſcriptum ſit. *arg. l. 1. C. d. b. qui per met. jud. l. ult. D. quod met. cauſ.* Riccius *d. deciſ. 245. num. 5.* Proinde Palatia inter Regalia connumeravit *Fridericus I.* Imperator. *in cap. un. lib. 2. Feud. 56. l. un. C. de Palat. & dom. Domin. lib. 11. l. quicunq. 17. ibi: in Palatio. C. de Oper. publ.* [Vide latiſſimè Dn. Fritſch. *de Palatiis cap. 8. per tot.* Et ante eum Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 17.*]

6. Quæritur autem; *An provocans aliquem ad duellum in loco publicæ ſecuritatis vel Pacis Burgenſis* da Burg-Friden iſt/ *in pœnam violatæ Pacis Burgenſis incidat? Negativam* ſententiam non deſunt, qui ſuſtinent. *arg. l. interpretatione.*

42. D.

42. *D. de pœn.* Quoniam in odiosis verba constitutionis propriè sunt accipienda. *l. is qui navem. D. de Exercit. act.* Aloys Ricc. *part. 3. decis.* 250. *Vbi* Novar. *in addit. per discurs.* Ambrosin. *de immun. Eccl. c. 5. num. 4.*

[7. *Verior tamen est Contraria sententia*; scilicet, quòd solâ tantùm provocatione, Pax Burgensis violetur, & *Reus* ordinariâ pœnâ fractæ pacis impositâ affici possit. Siquidem ipsa provocatio ad duellum, est delictum, dum provocans, spontè sanguinem profundere, & humanam cædem committere intendit; consequenter ordinarium juris remedium dispiciendo, propriam ultionem suscipere properat; Cùm tamen Magistratus officium in medio sit constitutum, ne quispiam sibi ipsi permittere valeat ultionem; juxta rescriptum Impp. Arcadii & Honorii *in l. nullus. 14. C. de judæis. l. si cui. 13. §. æquissimum. D. de usufr.* Dn. Bocer. *de bell. & duell. c. 8. num. 10.* latè Pingizer. *Quæst. jur. 59. num. 65. & seqq.* Carpzov. *in Pr. Cr. Quæst. 29. num. 73.* Gregor. Caraffa *de duello, sect. 3. Quæst. 1.* Tantò gra-

vius delictum erit; si quispiam non habito respectu loci sanctificati pace Burgensi, Titium ad duellum provocat; Eoque ipso Principis dignitatem & Palatii reverentiam læserit; Ut meritò ordinaria pœna plecti possit.]

8. Quę tamen assertio *Limitatur*; si quispiam Titium in confinibus Palatii, aut in atrio ac cortile ad duellum provocaverit; Quo casu Provocantem extraordinaria pœna afficiendum esse censeo. Ita intelligendus erit Joan. Aloys Ricc. *dict. decis.* 250. Johan. Mar. Novarius *ibid. in Discurs.*

9. Quæritur etiam; *An Pacis Burgensis violati pœnam incurrat quoque Is, qui tertium gladio non læserit, sed illum tantùm strinxerit, nec manu pulsaverit, sed manum ad pulsandum tantum levaverit?* Et hoc quoque *Asserimus*. Nam si Pamphilius non quidem pugno percussus sit, sed extento brachio, porrecta manu parum abfuit, quin percuteretur, attentans, animum nocendi apertè prodidit, Pacem Burgensem turbare attentavit, ac loci sanctitatem contaminavit. Audiamus Jureconsultum: *Si quis pulsatus qui-*

tus quidem non est, verùm manus adversus eum levata & sæpè territus est, eum, qui quasi percussurus, non tamen percussit, utili actione injuriarum tenetur, l. Item apud. 15. §. 1. D. de injur. Claud. Coteræ: *de jur. milit. lib. 3. cap. 24. fol.* 490. Quod praxis Imperii Rom. Germ. quoque observat, adeò, ut **wann einer in den** Residenzien **nur die Hand zum schlagen aufhebt / so ist der Burg-Friden gebrochen.** Ita in terminis quoque mecum censet D. Fritsch. *de Palat: Pr. Imp. c. 12. num. 4.*

Caput LIII.

De Jure Restituendæ Famæ.

I. POenarum remissioni annexum *est jus abolēdæ infamiæ,* Quo fama & existimatio amissa restituitur, quam quis ob delictum ac factū turpe & probrosum amisit. Nam propter *furtum, adulterium, aliudvè simile delictum* damnatus, vel fustibus cæsus, infamiâ notatur, omnibus honoribus & ornamentis indignus censetur, à consortio virorum gravium secluditur, ac omnimo da fide

destituitur, *l. quoties. C. de dignit. l. isti* 8. *D. quod met. caus. l.* 1. 2. *l.* 4. §. *ult. l.* 20. *D. de his qui not. infam. c. infames.* 6. *q.* 1. Freher. *de existim. lib.* 3. *cap.* 1. *& seqq.* Dn. Bocer. *de Regal. cap.* 2. *num.* 114. Mastrill. *de magistr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 396. [Unde vulgò dicimus; quòd bona fama prævaleat auro & argento. *in cap. deteriores. caus.* 6. *Quæst.* 5. Jo. Petr. Fontanell. *decis.* 259. *num.* 17.]

2. Hoc famæ restituendæ jus, [olim in Romano Imperio tantùm Imperatoribus competebat; De quo sequentia Callistratus: *Divi fratres, Haruntio Siloni rescripserunt:* Non silere Præsides Provinciarum, ea quæ pronunciaverunt, ipsos rescindere. *Vetinæ quoq; italiersi rescripserunt*; suam mutare sententiam, neminem posse, idque insolitum esse fieri: Quoniam id duntaxat à Principibus fieri potest. *per l. Divi fratres.* 27. *D. de pœnis. Vide tot. tit. D. & C. de sent. pass. & restitut.* Renat. Choppin. *de Doman. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 5. Besold. *in delibat.* 3. *lit.* 1. *fol. m.* 61. Vandergraef. *de Regalib cap.* 22. *n.* 1.

[3. In Imperio R. G. jus & potestas restitutionis Famæ & honoris,] etiam

etiam Imperii Principibus & Statibus propter autocraticam potestatem competit. *arg. l. 1. §. de qua. 10. ibi: quam Princeps indulsit. D. de postul. l. 1. C. de sent. pass. & restit.* Sfortia Oddus *de restit. quæst. 92. act. 9. num. 90. & seqq.* Besold. *in delib. lib. 1. fol. 61. ac consil. 117.* Bocer. *de Regal. cap. 2. n.* 115. Non quidem indistinctè quoad *Omnes*, id est, Forenses & exteros; Sed determinatè quoad *subditos. arg. l. f. D. de jurisd.* Freher. *de existim. lib. 3. cap. 30. num. 8.* Michaël *de jurisdict. concl. 47. lit. S.* Coler. *de jur. imp. concl.* 40. Limn. *4. Iur. Publ. cap. 8. num.* 302. [Quod in specie Civitatibus quoque Imperii competere, tradit Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib. 2. cap. 4. num. 73.*]

4. Quæritur autem: *An subditus à Principe Imperii famæ restitutus pro integra ac legali persona, ubiq; in Imperio habeatur?* Si infamia lege provinciali irrogetur, non dubium est, *quod sic*; qui enim legem condidit, contra eam quoque dispensandi potestatem habet. *arg. l. 1. §. de qua. D. de postul.* Bocer, *d. tr. cap. 2. num.* 116. Chass. *in Catal. glor. mund. part. 5. consid. 24. num.* 115. [Freher. *de existi-*

existimat. lib. 3. cap. 30. num. 8. Besold. *in Delibat. lib. 1. fol. 62.*] Quod si lege ac recessibus Imperii alicui infamia inuratur clarum est, *quod non*; Adeò ut Princeps & Status Imperii subditum ab Imperatore Bannitum, ne quidem in territorium recipere queat. [Besold. *dict. lib. 1. fol. 62.* Hinc sopitâ *Anno* 1525. rusticorum seditione, propter novas impositiones ortâ, *Carolus V. Imperator* Ordinibus Imperii specialiter indulsit, quod rebelles subditos, in bannum Imperii declaratos, infamiæ notâ eximere possint. *per* **Reichs-Abschied** *de Anno 1526. §.* **und wiewol der gemeine Mann.** Dn. Knipschilt. *dict. cap. 4. num. 75.*]

5. In infamia verò quæ jure communi ac civili imponitur, probabiliter defendi potest, famæ restitutum pro legali persona habendum esse, extra territorium. *l. Imperialis.* 23. *C. de nupt. l. 1. §. 10. D. de postul.* Sublato enim nomine, tollitur etiam præjudicium nominis. Freher. *de existim. lib. 3. cap. 30. num.* 11. Grivel. *decis.* 32. *num. 16.* Fontanel. *l. de pact. dotal. cl. gloss.* 10. *part.* 1. *num.* 170. Vide Menoch. *consil.* 1136. *num. 29.*

6. Causa

6. *Causa* abolitionis infamiæ est commiseratio ætatis. *l.* 1. *D. Imperialis.* 23. *C. de nupt.* Reipubl. utilitas, meritum aliquod subsequens; veluti si transfuga suos complices indicet. *l. non omnes.* 5. §. *ult. D. de re milit.* Freher. *d. cap.* 30. *num.* 10. Besold. *in delibat. fol.* 62. [Vide omnino Dom. Classen. *de jur. aggratiand. cap.* 12. *&* 13.] Quemadmodum Ego sæpius in variis *Italiæ* Provinciis observavi, ut si bannitus, alterius banniti caput, Magistratui offerat, eo ipso Patriæ restituatur.

7. Restitutionis *Effectus* colligitur ex formula indulgentiæ; de qua Raudens. *respons.* 37. *lib.* 1. & Grivel. *decis.* 7. [Fit autem Famæ restitutio *vel expressis verbis, veluti,* dum Diplomate hæc clausula inseritur; **Wir setzen euch in den vorigen Stand/ Ehr und Würde. Reichs-Abschied/** *Anno* 1526. §. **und wiewol der gemeine Mann.** *Vel factis æquipollentibus,* scilicet, Vexilli rotatione in Castris, qui modus inter milites usitatus est. Rudolph. Heiden. *de superior. territ. thes.* 51. apud Dn. Fritsch. *Exerc. I. P.* 10.]

8. Communis autem hæc formula, **Wir**

Wir setzen euch in vorigen Stand und Würde/ operatur, ut impetranti priorem maculam adimat. *l. Imperialem*. 23. *C. de Nupt.* Restitutus famam, existimationem, ac reditum in Patriam recipiat. Freher. *d. cap.* 30. *num.* 11. Bocer. *d. tr. cap.* 2. *n.* 117. [Adeò, ut testimonium deinceps ferre, ac publicis officiis præesse possit. *c. testimonium*, *X. d. testib.* Besold. *dict. lib.* 1. *fol. m.* 46.]

9. Luculentam hujus Restitutionis formulam cernimus in rescripto Theodorici Gothorum Regis prudentissimi apud Cassiodorum; dum infit; *Quia fas est Principi, maculosas notas, vitiatæ opinionis abstergere, ideò asperitatem pœnæ nostrâ lenitate mollimus, statuentes, ut sex mensium patiaris exilium: Ita ut nulli post constituta nostra, sub qualibet inpretatione, tibi liceat objicere crimen infamiæ; sed hoc exacto tempore, patriæ, rebusq; omnibus deformato, jus tibi liberum sit, ac quod primitùs.* Cassiodor. *lib.* 3. *Var. Rescript. cap.* 64.]

10. Dubitatur autem: *An famæ restitutus, etiam bona publicata & à fisco occupata recuperet? Distinguendum est*, an

restitu-

restitutio fiat, cum clausula *illa generali*; **Wir setzen euch in vorigen Stand.** *An verò* cum hisce verbis: **Wir wollen euch Gnad erweisen.** Priori casu *asseritur*. Posteriori verò, *Negatur. per l. 1. §. de qua. D. de postul. l. 1. l. f. de sent. pass.* Oddus *de restit. q. 99. art. 4.* Menoch. *5. præsumpt. 46.* Bocer. *de Regal. cap. 2. num.* 117. Grivel. *decis.* 7. [Besold. *dict. lib.* 1. *fol. m.* 65. Vide Kinschot. *tr. de remiss. homicid. cap. 2. per tot.* Choppin. *de doman. lib. 1. tit. 8. num.* 7. & 13.]

II. Gravis autem est concertatio: *An Bannitus restitutus generali hâc formulâ, bona etiam à fisco alienata recuperet?* Affirmatur; Tantum enim tribuit restitutio, quantum abstulit condemnatio, *per l. f. C. de sent. pass. l. Venditor. 13. §. 1. D. Commun. præd. l. 38. §. 4. D. de Usur.* Sforz. Oddus *q. 99. art. 5.* Raudens. *respons.* 37. *num. 30. & 47.* Bursat. *consil.* 128. *num.* 8. Dissentit Bocer. *de Regal. cap. 2. num.* 120. Kinschot. *d. tr. cap. 4.* Quo intuitu Viri prudentes asserunt, banno Imperiali *notatum*, ac formula generali ab Imperatore restitutum, recuperare etiam castra ac territorium jam in alium

per

per infeudationem translatum. Vide Afflict. *in c. Domino guerram. num. 6. lib. 2. feud.* 28. Schneid. *de feud. p. 5. num.* 103. Dissentit Clar. *d. §. f. q.* 59. *n.* 6. Larrea *alleg. fisc.* 43. *num.* 9. *& seqq.* [Præjudicia Regni Galliæ adducit Choppin. *dict. tit.* 8. *num.* 5.]

12. Hoc tamen *Observandum* est; Quamvis Princeps Imperii infamiam ipsam cum suis effectibus tollere possit: Vix tamen est, *ut infamiam facti*, quæ in mera hominum existimatione consistit, penitus tollere possit: Quippe cùm hæc infamia facti, ipsius delicti commissi comes sit & umbra: Factum autem quod est, infectum fieri nulla ratione potest. *l. in bello. D. d. captiv. & postlim. l. verba. C. de testam.* Unde *Panormitanus* tradit: Quod ne quidem summus Pontifex possit infamiam facti tollere. Tiraquell. *de jur. constit. possess. Limit.* 3. *n.* 10. Petr. Peck. *in cap. infamibus. de Reg. jur. in* 6. Freher. *de infamia lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 12. [Dn. Georg. *Besold. dict. lib.* 1. *fol. m.* 65.]

13. Quæritur insuper; *An Princeps Imperii, promovens infamem ad dignitates & officia, quæ non alius, nisi integer famæ,*

gerere

gerere potest, eo ipso, talem infamem, famæ restituisse credatur? Quod *asserimus. per l. Imperialis. 23. §. similes. C. de nupt. gloß. in c. præterea. X. de testib. cogend.* Hujus assertionis hæc *Ratio* redditur; quoniam Superior assumendo infamem ad officium, non obstante illa infamia, cum eo dispensare censetur. *per cap. diversis. de cler. conjug. l. quidam consulebant. D. de re judic.*

14. Hinc judici aut officiali, à Principe ex certa scientia dato, non potest objici infamia; quasi Princeps eam tacitè remiserit, ac judicem, commissâ exequẽdi potestate, habilem fecerit. Marquard. Freher. *dict. tr. c. 30. n. 14.* Caspar. Klock. *consil. 51. num. 337. vol. 1.* Franc. de Amaya *ad l. 2. num. 28. & seqq. C. si servus aut libert. ad decur. lib.* 10 Modò Princeps sciverit, talem promotum, infamia aliqua laborare, ac eundem scienter promoveat; Quoniam non videtur dispensare is, qui hoc non facit ex certa scientia. *d. l. 2. C. si serv. aut libert. l. namq; ignorans. 14. C. de donat.* Freher. *dict. cap. 30. num. 14.* Franc. de Amaya *dict. l. 2. num.* 30.

Caput LIV.
De Legitimatione.

1. AB infamiæ abolitione non longè abeſt *Natalium reſtitutio*, quæ nunc *legitimatio* dicitur; dum Princeps ac Status Imperii, inceſtuoſis, ſpuriis ac naturalibus, diffamiam à primo lucis ortu adquiſitam, per *Reſcriptum* abolet, eisque jura ingenuitatis concedit. *t. t. D. de natal. reſtit.* Petr. Weſenb. *conſ.* 18. *in pr.* Schrad. *de feud. part.* 10. *ſect.* 1. *num.* 34. Coler. *de Iur. Imper. concl.* 40. Limn. 4. *Iur. Publ. cap.* 9. *num.* 142. [Hoc legitimandi jus Status Imperii, vigore juris ſuperioritatis exercent. Idque *Civitatibus quoq; Imperii immediatis* competere, tradit Dn. Knipſchilt. *d. Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 100.] Quamvis diſſentiat Bocer. *de Regal. cap.* 2. *num.* 112.

2. Sanè hæc legitimandi facultas ſumma nititur æquitate; Cùm liberis illegitimo thoro natis, naturâ nihil imputari poſſit, iique in nulla exiſtant culpa, ſed eorum parentes, *can. naſci. diſt.* 56.

Igitur

Igitur Lex, quæ ex injusto matrimonio, potuit facere legitimum, etiam potest efficere, ut filius naturalis, certis intervenientibus solennitatibus, pro legitimo censeatur. Treutler. 1. *disput. 2. thes. 6.* Besold. *dict. lib. 1. fol. 66.*] Requisita petentis legitimationem, collegit Menoch. *2. Arbitr. cas. 203.* Besold. *in delibat. lib. 1. fol. 65.* Kinschot. *tr. de legitimat.*

3. Quæritur autem; *An ad filii naturalis legitimationem consensus Proximiorum quoq; requiratur?* Sanè agnatorum cognatorumvè consensum, oppositionemvè frustraneam esse, Imperatores constituerunt *in Novel. 74. & 89.* Nullum enim eorum præjudicium hoc loco versatur, cùm in bonis viventis, ipsi Agnati, eo vivente, nullum jus adquisitum habeant, nec hæredes necessarii existant. Trentacinq. *1. Var. Resol. 2. de legitim. num. 23.* Jacob. Vandergraef. *de Regal. cap. 17. num. 1.* Distinguit Georg. Besold. *in delib. lib. 1. tit. de legitimat. fol. m. 71.* [Vide Dn. m. *Bocer. de Regal. cap. 2 num. 93.*]

4. Legitimati per Rescriptum, quoad *effectum* juris, *legitimi* dicuntur,

& habent verum legitimorum statum. *Nov. 89. cap. 9. inf.* Peregr. *de fidecom. art.* 23. *num.* 30. [Cum Declaratione Don. Ant. de Marinis 1. *V. R. cap.* 254. *num.* 15.] *Patriæ potestati* subjiciuntur. *d. Nov.* 89. *cap.* 9. Jus *suitatis* habent, idcircò Patri etiam in bonis familiæ succedũt. *Novel.* 74. Kinschot. *de legitimat. cap.* 5. Sicuti egregiam decisionem S. C. Neapolitani refert Fr. Revert. *decis.* 102. Ubi Maripinis, *num.* 1. [Quod tamen disputari potest, ex traditis in Gamolog. *m. cap.* 25. *num.* 1. Legitimam ex bonis parentum petunt. Paris. *cons.* 1. *vol.* 2. Kinschot. *d. tr. c.* 5. *num.* 6. Patris testamentum ceu inofficiosum accusare possunt. *d. Nov.* 89. *cap.* 9. Stephan. *de jurisd.* 2. *part.* 1. *cap.* 6. *m.* 1. *num.* 52. Kinschot. *d. tr. cap.* 6. *per tot.*

[5. Gaudent nobilitate paterna, & per eos agnatio conservatur. Gratian. *discept. forens.* 469. *num.* 9. Molina *de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 44. Præjudicia recenset S. C. Neapolitani Don. Anton. de Marinis *Observ. ad* Revert. *decis.* 102. *num.* 3. Rationes in contrarium Vide *in Gamolog. cap.* 25. *num.* 9.

Ad

Ad officia & honores apti redduntur. Vide Forster. *de success. lib. 6. cap. 37. num. 29. & seqq.* & latiùs Fusar. *d. tr. q. 408.* Besold. *in delibat. fol. 72.* Alia insuper *beneficia & jura* Legitimati per Rescriptum nanciscuntur, quæ recenset Alex. Sperell. *decis.* 102. *num.* 26. *& seqq.* Sufficit enim, quod Princeps legis *obstaculum* sua potestate gratiosa removerit, secundum Oliv. Razz. Seraphin. *decis.* 326. *num.* 19. *&* 29.]

[6. Quæritur autem; *An legitimati filii per rescriptum inscius aut non consentientibus Agnatis, in eorum bonis succedant?* Hoc *asserit* Dn. m. Bocer. *de Regalib. cap.* 2. *num.* 93. Quem sequitur Cunrad. ab Einsidel. *eod. tr. cap.* 2. *num.* 95. Aliter tamen censet Græværus 2. *conclus.* 142. *num.* 8. Gilken. *ad l. Gallus. §. & quidem.* 234. *C. de liber. & posth.* Quoniam iniquum esset, ut quispiam suæ soboli ex illicita conjunctione acquisitæ, per legitimationis modum, ad successionem inviti aut ignorantis, viam sternat, *arg. l. cum in.* 10. *§. sed ne.* 1. *C. de adopt.* Georg. Besold. *in Delib. lib. 1. fol. m.* 71. Et hæc

assertio magis stringit, si adsunt bona familiæ & titulata.

7. Plurimis tamen in casibus *Principis Rescripto* legimati, deterioris sunt conditionis, quàm ii, qui *per subsequens matrimonium* legitimantur. Vide *Novell.* 74. Ant. Fab. 5. *Cod.* 16. *def.* 5. *n.* 7. Fusar. *d. tr. q.* 408. *num.* 54. *& seqq.* Quod latiùs deducit Flam. *de Rubeis. consil.* 24. *n.* 102. *vol.* 1. [Cresp. de Valdaura *Observ. decis.* 23. *num.* 140. Fr. Pegna *decis. R. R.* 471. *& decis.* 545.]

8. Quæritur autem: *An à Principe Imperii legitimati per Rescriptum, in feudis succedant?* Negatur. *per §. naturales.* 2. *feud* 26. Quoniam Princeps jus Agnatis quæsitum, per legitimationem auferre nequit. Schrad. *de feud. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 20. Ruding. *controv. feud. lib.* 1. *cap.* 16. Forster. *d. tr. lib.* 6. *cap.* 39. Flam. *d. Rubeis d. consil.* 14. *num.* 103. [Quod latissimè deduxi, imprimis quoad feuda majora, titulata & dignitatis, additis variarum Gentium moribus in tr. Gamolog. *cap.* 25. *num.* 2. *& seqq.* Contrarium tamen operosè defendit Rosenthal. *de feud. cap.* 7. *concl.* 19. *n.* 12. *lit.* O.

Jord.

Jord. Ursinus *de feud. success. part.* 1. *Quæst.* 3. *art.* 1. *num.* 20. Præjudicia refert Fr. Revert. *decis.* 118. & 102.]

9. Quod tamen *Limitatur*, *Primò* Nisi Pater *post legitimationem* feudum adquisierit. Rosenthal. *de feud. cap.* 7. *concl.* 19. *num.* 6. *Secundò*, si quispiam expressis verbis etiam *ad feuda* legitimatus fuerit. Clar. § *feud. q.* 82. *ubi Bajar. num.* 1. Sixtin. *de Regal.* 1. *cap.* 3. *num.* 34. Hartm. Pistor. 2. *q.* 40. *num.* 5. Vid. Gamolog. *cap.* 25. *n.* 11. *Tertiò*, hoc secundum quosdam, *Limitatur*, in casu, quo omnes legitimi filii & descendentes deficiunt. Flor. de Mena *lib.* 1. *Quæst. cap.* 16. *act.* 2. *num.* 8. Gilmon. de la motta *ad Molinam de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 44. [Francisc. Pegna. *decis. R.R.* 471. *num.* 20. *Quartò*, Nisi Agnati proximiores consentiant, quorum præcipuè interest. Cunr. ab Einsidel. *d. Regal. cap.* 20. *num.* 103. & *seqq.*] Vide Kinschot. *tr. de legitimat. cap.* 3. *per tot.*

10. Quæritur etiam : *An à Principe Imperii legitimatus, pro legitimato habeatur, etiam extra territorium, ubi de successione legitimati casus incidit?* *Affirmatur.*

tur. Personam enim res sequitur, quocunque in loco existat; Et actus voluntariæ jurisdictionis ubique vigorem suum obtinet. *l*. 30. § 1. *D. de Excus. tut. l*. 2. *C. eod. l*. 2. *D. Offic. Procons*. Gratian. *discept. for*. 252. *num*. 11. Aliter distinguit Grivel. *decis*. 32. Aliter Stephan. 1. *de jurisd. cap*. 33. *num*. 27. Dissentit Kinschot. *d. tr. cap*. 7. *per tot*. [latè Dn. Harpprecht. *ad* §. *in summa*. 10. *num*. 146. *Inst. de injur*. Dn. Knipschilt. *dict. c*. 4. *n*. 103.] Vide Mevium *in Iur. Lubec. lib*. 2. *tit*. 2. *art*. 10. *num*. 37. & *pass*.

11. Hanc tamen potestatem *ad non subditum* vix extendere audeo. *per l*. 5. *C. qui tut. dar*. Bocer. *de Regal. cap*. 2. *n*. 120. [Besold. *in delibat. lib*. 1. *fol. m*. 67.] Grivel. *decis*. 82. Dissentit Forster. 6. *de success. cap*. 36. Vide Maul. *de ult. volunt. tit*. 16. *fol*. 364.

Caput LV.

De Rescriptis Moratoriis; von *Quinquinel* oder Anstands-Brieff.

[1. Debitoribus ære alieno gravatis & fortunâ lapsis, gratiosâ clementiâ per Rescriptum univer-

universale, subvenire, Imperantibus semper proprium & tanquam Regale specificum, reservatum fuit. Ita namque Imperator Constantinus Maximus rescripsit: Quoties rescripto nostro moratoria præscriptio permittitur, aditus supplicanti pandatur, *in l. quoties. 2. C. de precib. Imp. offer.* Quod confirmatur *in l. universa. 4. C. eod. tit.* De quibus rescriptis vide Anton. Freundeberg. *de rescript. morat. conclus. 2. num. 7. & seqq.* Pari modò prudentissimus *Gothorum Rex Theodoricus, Fausto Præposito* rescripsit; Quod negotiatores depopulatione vastati, usque ad tempus, non teneantur ad debitorum solutionem; *Quid enim* (inquit) *proficit, creditorē se urgere, quando incassum nititur, nudatos exigere.* apud Cassiodor. *lib. 2. Rescript. 37.* Unde hoc respirationis jus soli Imperatori, aut absolutis Principibus competere, tradit Trentacinq. *3. V. R. 1. in pr.* Zanger. *de except. part. 1. cap. 11. num. 3. & 4.* Besold. *in delibat. lib. 1. tit. de Asylis. fol. m. 57.* Quod reservatis Imperatoris R. G. accenset Dn. Stamler *de reserv. Imp. §. 73. num. 1.*

2. In Imperio Romano Germanico, facultas dandi *Inducias Moratorias*, Quinquinel, **und Anstands-Brieff zu geben.** Ne *Debitor* aut bona ejus, qui damno fatali, bello, incendio, aut alio casu ad inopiam redactus fuit, à Creditoribus propter debita intra certum tempus inquietetur, Principibus & Statibus Imperii, vigore jurisdictionis territorialis competit. *arg. d. l. quoties. 2. l. universa. 4. C. de precib. Imp. off. c. rescripta. caus. 25. q. 2.* Reform. Polit. August. *de Anno* 1545. *tit.* **von verdorbenen Kauffleuthen/** Michaël *de jurisdict. concl. 67.* plenè Wilhelm. Anton. Freudeb. *dict. tr. conclus. 2.* Heiden. *de superior. territor. thes. 83.* Ita de Duce Sabaudiæ scribit Ant. Faber. 1. *Cod. 9. def. 17. num. 2.* Idem de Duce Brabantiæ tradit Kinschot. *de solut. induciis cap. 1. per tot.* [Quam dilationis indulgendi potestatem, Civitatibus quoque Imperii immediatis attribuit Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imp. lib. 2. cap. 4. num. 67.*]

3. Vocantur autem Litteræ hæ moratoriæ, à quibusdam, *Induciæ Solutionũ*, quæ in Brabantia consuetæ sunt. Kinschot.

schot. *tr. de solut. induc. cap.* 1. Aliis, *Litteræ dilationis annales* dicuntur. Passer. *de script. privat. lib.* 3. *tit. Litteræ annal.* Alii, *Rescripta gratiosa Qinquennalia* vocant. Germanicè Quinquinel, seu Anstands-Brief Freundenb. *dict. tr. concl.* 4. *num* 46. *A Gallis* verò *Respits*, Id est Litteræ respirationis appellantur. De quibus vide Rebuff. *tom.* 2. *tr. de Litter. dilat. gloss.* 1. *num.* 2. *in oper.*]

4. Sanè hæ litteræ moratoriæ non ad exemplum Imperialium, contra quosvis Creditores totius Imperii, sed solùm contra *Creditores* concedenti Principi aut Statui *subjectos*, à debitore opponi possunt. *arg. l. f. de jurisd. l.* 239. *D. de V. S.* Limn. 4. *Iur. Publ. cap.* 8. *n.* 330. [Freundeb. *dict. conclus.* 12. *n.* 19. & 20. Knipschilt. *dict. cap.* 4. *num.* 67. Stamler. *dict.* §. 73. *num.* 2.]

5. Proinde si debitor hisce litteris munitus, *extra territorium reperiatur*, veluti in loco contractus aut destinatæ solutionis, nihil impedit, quò minus à quovis extraneo conveniri possit. *l. heres.* 19. *in pr.* §. 1. & §. *f. D. de judic.* latè Anton. Freundenb. *dict. concl.* 12. *n.* 12.

Quod

Quod etiam verum est, in bonis alibi, quàm in concedentis territorio sitis. *l. f. D. de jurisd. t. t. C. si à non comp. jud.* Stephan. *de jurisd.* 1. *cap.* 33. Myns. 5. *Obs.* 19. [Freundenb. *dict. tr. conclus.* 12. *n.* 12.]

6. Quid juris; *Si Creditor extraneus coram territorii Domino, qui litteras hasce induciarias dedit, debitorem suum conveniat?* Et huic *Extraneo* in territorio *obstare* exceptionem moratoriam, verius censeo. *arg. l. heres.* 19. *in pr. & §.* 1. *D. de judic. l. Duumvirum.* 53. *C. de Decur. l. missi.* 7. *de extract.* [Freundeberg. *dict. tr. conclus.* 50. *num.* 5.

7. *Requisita* impetrationis moratoriarum litterarum sunt 1. Ut *causa* infortunii petitioni inseratur. *de Reform. Polit. de Anno* 1548. *tit.* **von verdorbenen Kauffleuthen.** 2. Ut preces *veritate* nitantur. *arg. cap.* 2. *X. de rescript.* 3. Ut infortunii *testimonium* à Magistratu loci adferatur. *d. tit. ref. Polit.* 4. Eum incidisse in infortunium, ut solvere nequeat, *post debitum* contractum. *c. eam te. X. de rescript. c. si eo. eod. tit. in* 6. *l. quod te.* 5. *D. de reb. cred.* 5. Ut *Qualitas* delicti exprimatur. **Reichs-Abschied** *de Anno* 1577. *tit.*

tit. den verdorbenen Kauffleüthen/ *De quibus* Ant. Fab. *in Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *def.* 20. *& pass.* Limn. 4. *I.P. cap.* 8. *num.* 334. Wilh. Anton. *de rescript. morat. concl.* 22. *&* 29. [Hæc requisita examinat Besold. *in delibat. lib.* 1. *tit. de Asyl. fol.* 58. Stamler. *dict.* §. 73. *num.* 5. Formulas petendi & concedendi Literas respirationis vide apud Rebuff. *dict. tract. num.* 3. *&* 17. *&* Freundenberg. *d. tr. conclus.* 71. Stamler. *dict.* §. 73. *n.* 7. Quatenus moratoriorum concessio per Rom. Imperii Recessum *de Anno* 1654. sit restricta, vide Reichs-Abschied zu Regenspurg. §. nach deme auch. Stamler. *d.* §. 73. *num.* 6.] De Mercatoribus Bancofallitis, vide Daniel. Sauter. *integr. tr.*

8. Temp⁹ induciarum est *Annale*, plerumq; autē *Quinquennale*; Unde & Litterę hæ nomē *Quinquinnel*, acceperunt. *l. quoties. C. de precib. Imp. off. l. f. C. qui bon. ced. poss.* Wilhelm. Anton. *d. tr. concl.* 48. *num.* 8. *Differentias* inter Annales & Quinquennales Litteras vide apud Rebuff. *dict. tr. Quæst.* 1. *num.* 52.

9. Quæritur autem: *An Princeps litteras moratorias ultra quinquennium concedere*

cedere possit? Et non posse, communiter Viri prudentes tenent. *per d. tit. Reform. Polit.* § daß ihnen. *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Quoniam tempus quinquennii ab Imperatoribus pro forma præscriptum est, ideò ad unguem observari debet. *per l. scire.* 13. §. 4. *D. d. excus. tut.*. Ant. Fab. *1. Cod. 9. def.* 17. & 20. Nicol. à Pass. *de script. priv. lib. 3. cap. 55. f. 560.* Wilhelm. Anton. Freundenberg. *d. tr. concl. 48. n. 44.* [Rebuff. *dict. tr. art.* 1. *gloss. 1. num. 6.* Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 4. num. 68.*] Quibus assentior; Nisi gravi aliqua de causa Princeps ad longiorem terminum indulgendū moveatur. Limn. 4. *I. P. cap. 8. num.* 341. Finckel. *de Rescript. Morat. q. 7.* Sicuti exemplis & præjudiciis hodiernis comprobari potest. [Sanè in Senatu quoque *Brabantiæ* tempus respirationis arbitrarium existere, attestatur Kinschot. *de solut. induc. cap.* 12. *num. 3.*

10. *Inducias moratorias excludat* I. Natura obligationis, *ut debitum juratum, fiscale*, ex causa *delicti.* Nicol. à Passer. *d. tr. lib. 3. f. 540.* Caroc. *de Remed. contr. Execut. Except. 168. num.* 13. Besold. *in delib.*

lib. jur. fol. 58. II. *Qualitas Creditoris* Veluti sunt, Operarii, Ecclesiæ, pupilli, personæ miserabiles, qui post Rescriptũ contraxit. Anton. Faber. *lib.* 1. *Cod.* 9. *def.* 16. Möll. 4. *Semestr. cap.* 6. *num.* 3. III. *Factum Debitoris*; scilicet si Rescriprum per sub & obreptionem impetratum fuerit. *cap.* 2. *de rescript.* vide pleniùs Wilhelm. Anton. *de rescript morat. concl.* 30. *& pl. seqq.* Limn. 4. *I. P. cap.* 8. *num.* 342. *& seqq.* [Petr. Rebuff. *dict. tr. gloss.* 1. *num.* 67 Kinschot. *dict. tr. cap.* 7. *&* 8. Besold. *in Delibat. lib.* 1. *fol. m.* 58.]

11. Rescripti moratorii *Effectus* est, ut Debitor aut ejusdem *Bona*, intereà temporis nullo modò à Creditoribus inquietari possint. Anton. Faber. 1. *Cod.* 9. *def.* 14. Wilhelm. Anton. *d. tr. concl.* 51. Prout Galli literas hasce vocant, *Lettres de Souffirance*; *Car il faut que le Creancier, cependant cette dilation, Souffre.* [Petr. Rebuff. *dict. tr. gloss.* 1. *num.* 70.]

12. Quò tamen Creditores de solutione debiti post elapsum moratorii terminum securiores reddantur, ideò *idonea Cautio* à Debitore præstari debet. *per l.* 4. *C. de prec. Imp. offer. c. universa. caus.*

25. q. 2.

25. *q.* 2. Gail. *2. Observ. 45. n.* 14. Joachim. Scayn. *decis.* 72. *num.* 1. [Rebuff. *dict. gloss.* 1. *n.* 11. Besold. *dict. lib.* 1. *fol. m.* 59.] Cujus ratio hæc est, nempe periculum, ne Debitor interim labatur in deterius, *Aut* ne ille intermedio tempore bona prodigaliter absumat, adeò ut dilatoria exceptio in peremptoriam convertatur. Wilhelm. Anton. *d. tract. concl.* 49. Kinschot. *de solut. induc. cap.* 6. *Dissentit* distinguendo inter moratorias concessas à Principe, quo casu nobiscum concludit; ac inter moratorias à parte datas, ubi cautionem excludit. Capyc. Latro *decis.* 114.

13. *Ad hæredes* autem, effectus litterarum moratoriarum non transit, cùm sit privilegium personale, [quod vitæ terminos non egreditur.] *arg. l.* 1. *D. de constitut. Princip.* Carol. de Grassis. *except.* 32. *num.* 47. Vinc. de Franchis. *decis.* 129. [Sicuti quoque exceptio, ne quis conveniatur, nisi in quantum facere potest, cum vita privilegiati expirat. Besold. *dict. lib.* 1. *fol. m.* 59.]

14. Claudat hoc caput, gravis Quæstio

Quæstio: *An intermedio quinquennij tempore Debitori usuræ currant? An verò (ut ita loquar) mortificentur?* Posterius verum esse censeo; *arg. l. lecta. 40. D. de reb. Credit.* Nam si Creditoris pactum nudum dilationi subsequens, cursum usurarum præcedentis stipulationis ipso jure impedit; Cur factum Principis, hoc loco non idem operaretur, quod factum Creditoris. *l. 13. C. de evict.* Carocc. *d. tr. de remed. contr. exec. cap. 168. num* 22. Besold. *in delib. lib. 1. fol.* 60. [Alioquin parum prodesset Principis privilegium, si Usuræ conglomerentur; & in summa tandem à Debitore exsolvendæ forent. *l. non solum 2. §. illud. D. de liberat. legat.* Petr. Rebuff. *dict. tr. gloss* 1. *num.* 72.] Diss. Anton. Freudenb. *d. tr. concl.* 63.

Caput LVI.

De Concessione Repressaliarum.

1. De Repressaliis dubitatur, *An & quatenus Principes & Status Imperii potestatem habeant eas exercendi?* Equidem inter Cives Imperii, sivè me-

diatos sivè immediatos, Repressalias de jure locum non habere, cùm sint spolium Libertatis, & oppressio vacationis, clarum est *per Ord. Cam. p. 2. tit. 26.* Gail. *de pignor. cap. 2. num. 3.* Gylm. *3. Symphor. verb. Mandatum sinè clausula. fol. 105.* Crus. *de indiciis part. 4. cap. 9. num. 18. & seqq.* [Siquidem repressaliæ & arresta sint species executionis; Ab executione autem non est inchoandum. Coler. *Process. Execut. part. 1. cap. 2. num. 183.* Dn. Mevius *de arrest. cap. 2. n. 8.* Jo. Gæddæ. *4. consil. Marp. 16. num. 34.* Quod adeò verum existit, ut ne quidem *Electoribus*, repressalias concedendi facultas regulariter competat. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 2. num. 12.* Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imp. lib. 2. cap. 4. num. 69.*

2. Proinde in Imperio Rom. Germ. *Cameræ Imperialis* vigor ac tutela, in medium est constituta, Ne quisquam sibi ipsi permittere valeat propriam ultionem. *arg. l. nullus. 14. C. de Iudæ. l. æquissimum. 12. §. 3. D. de Vsufr.* Ideò *Cameræ Imperii*, partibus arresto gravatis & læsis, mandatis pœnalibus sinè clausula subvenit, eaque contra denegantes ju-

stitiam,

stitiam decernit. [Quibus Reo mandatur, ut rem vel personam arrestatam è vestigio relaxet; cum annexa citatione ad docendum de paritione, vel ad videndum & audiendum se in pœnam mandati declarari. *Recess. Imp. de Anno* 1570. *Spiræ.* §. wann auch die arresta. 85.] *Ord. Cam. part. 2. tit.* 1. §. *f. & tit.* 26. Gail. 1. *Observ. 28. ubi Graven.* Petr. Wesenb. *cons.* 17 *num. 34.* Matth. Wesenb. *cons.* 46. [Roding. *in Pandect. Camer. lib. 3. tit. 6. num. 8.*]

3. Sileant ergò *Statuta & Consuetudines* quarundam Germaniæ Provinciarum, quæ Repressalias contra Imperii subditos concedunt. Heig. *part.* 1. *q.* 12. Ruland. 1. *d. Commiss. lib. 7. cap.* 9. *num.* 4. Limn. *4. I. P. cap. 8. num.* 324. [In *Brabantia* verò Ducatu, Repressalias etiam adversus Civitates Imperii concedi, propter Auream Bullam Brabantinam, tradit Henr. Kinschot. *de Brabant. cap.* 1. *num. 6. in tract.*

4. Quoad *Exteros* & non subditos Imperii, Principes & Status Imp. Rom. jus ac potestatem habere, non solum subditis suis Repressalias concedere, sed

illis etiam in propria causa contra exteros, [interveniente gravi causa, jure defensionis] licitè uti posse censeo. *arg. l. judices 8. C. de navicul. lib.* 11. *c. Dominus. caus.* 23. *q. 2.* Frid. Mind. *1. Proceß. cap.* 49. *num. 8.* Christinæ. *decis. 61. n.* 17. Limn. *d. c. 8. num. 322.* [Ubi namque actio juris Civilis frustranea est, ibi actio juris Gentium opitulari debet.] Dn. Boc. *d. bello c. 6. num.* 17.

5. Modò *justæ, legitimæ & graves adsint causæ*, quæ Repressaliarum usum urgeant; [Ideò quam cautè hic agendum erit. Quoniam per repressalia, ad pugnam tandem venire solemus.] ut puta *si Princeps exterus sæpiùs requisitus justitiã denegaverit*; vel *vim ac injuriam Principi aut Statui Imperii intulerit. d. c. Dominus. caus.* 23. *q.* 2. Mynſ. *6. Observ.* 1. Anton. Fab. *2. Cod. 9. def. in num. 6.* Besold. *in Thes. Pr. Verb. Repreßalien.* Quas causas Repressalias, defensionis jure excusabiles & licitas reddere, omni Gentium jure, tradit Bart. & Laudens. *tr. d. repreßal.* Molin. *de Iust. & Iur. tract* 2. *disp.* 121. Arum. *2. Iur. Publ. diss.* 8. Hugo Grot. *de Iur. bell. lib. 3. cap.* 2. *num.* 5.

6. Dubi-

6. Dubitatur autem, propter Reichs-Abschied/ *de Anno* 1495. Auch sollen Wir. *An Princeps Imperii ad Repressaliarum usum contra Exteros, consensum & authoritatem Imperatoris vel Cameræ Imperialis requirere teneatur?* Ubi periculum est in mora, ac occasio Repressaliis utendi adest; Hoc negandum esse videtur. *arg. l. fin. C. in quibus caus. in integr. rest.* Sixtin. *2. de Reg. cap.* 1. *num. 30.* Pruckm. *cons. 17. num.* 104. *vol.* 1. Schrad. *de feud. part. 9 princ. cap. 4. num. 74.* Tutius tamen est, authoritatem hanc non negligere; Quoniam per Repressalias, pugna offertur & tandem ad arma pervenire solemus. Gail. *de Pignorat. cap. 2. num. 3.*

[7. In *Hispania & Gallia* sæpiùs denegatas fuisse repressalias, tradit Peguer. *decis.* 11. Choppin. *de doman. lib. 3. tit. 25. num. 5.* *Cujacius* tamen de repressaliis ita scribit: *Moribus nostris hoc jure utimur, non in nostrates, sed in exteros, nec nisi permissu Principis: Veluti si negotiatori Gallo, merces abripuerunt Hispani, idem quem primum offenderit Hispanum, pari jure diripiat,* Cujac. *ad l. un. C. ut null. vican. lib.* 11.]

Caput LVII.

De Jure Dandi veniam ætatis.

[1. JUre & moribus Romanorum, Adoleſcentibus facultatem non fuiſſe, ſinè Curatorum auctoritate bona ſua adminiſtrare, etiam rem ſuam benè gerentibus, *conſtat. ex tot. tit. D. & C. de minor.* Fr. de Amaya *lib. 1. Obſerv. cap. 9.* Hilliger. *in Don. Enucl. lib. 3. cap. 18. lit. E. in not.* Quod ſi minor, grandævus conſilio eſſe de ſe ipſo præſumpſerit, & audacto animo annorum beneficia contemnendo, negotiorum & patrimonii ſui adminiſtrationem ſibi ſolus ſumere velit, ſimulvè pro majore cenſeri petat, Principem adire, ac Legitimam ætatem à Principali clementia impetrare debet; ſecundum reſcriptum Imp. Theodorici *in l. eos qui. 3. C. d. b. qui ven. ætat.* apud Caſſiodor. *lib. 7. reſcript. 41.* Unde hoc jus concedendi ætatis veniam, majoribus Regalibus accenſetur à Roſenthal. *de feud. cap. 5. concl. 2. n. 3.* Bocer. *eod. tr. cap. 2. num. 131.* latè mea Ætolog. *cap. 1. num. 2. & 3.* Imô ab aliis,

aliis, Reſervatis imperialibus annumeratur. Dn. Stamler. *de reſerv. Imperial.* §. 57. Quod imprimis de Principibus & Comitibus Imperii minoribus, ad ſuſcipiendam Ducatuum aut Comitatuum adminiſtrationem intelligendum eſſe cenſeo. Dn. Stamler. *dict.* §. 57. *num.* 11. Ætolog. *cap.* 1. *num.* 3. *Vbi varia Exempla adduxi.*]

2. In Imperio Rom. Germ. *poteſtas concedendi veniam ætatis*, ad jura ſuperioritatis refertur; Quâ Princeps Imperii, minori jus legitimæ ætatis tribuit, quo tanquam Major ſinè Curatore agere, conveniri, bona ſua adminiſtrare ac liberè contrahere poſſit. *t. t. C. de his qui ven. ætat. impetr. l. ult. C. ſi maj. fact. alien. rat.* Cothm. *conſ.* 44. *num.* 21. *vol.* 1. Limn. 2. *Iur. Publ. cap.* 9. *num.* 149. benè Beſold. *in delib. lib.* 1. *fol.* 78. *& ſeqq.* Dn. Mevius *in Iur. Lub. lib.* 1. *tit.* 2. *art.* 7. *num.* 8. [Quod latè defendi in Ætolog. *cap.* 2. *per tot.*]

3. Unde jus dandi ætatis Privilegium non Imperii nec jurisdictionis, *ſed pleniſſimæ poteſtatis eſſe*, tradit Jac. Vandergraef. de Regal. *cap.* 19. *num.* 1. Id, quod

quod vel ex eo patet, quod *Scipio Africanus* adhuc minorennis affirmabat, se satis annorum habiturum, si modo Populus Romanus ita vellet. [Proinde hoc supremæ potestatis jure Populus Romanus, *Pompejo* triumphum decrevit, cum eâ adhuc ætate esset, in qua ipsi, ne Senatorem quidem esse liceret; Qua de causa, *Sylla* eum, ut petitione desisteret, admonebat, hisce verbis: *Triumphum leges nemini, nisi Consuli aut Prætori concedere, hanc fuisse causam, cur Scipio victis Carthaginensibus sibi triumphum non postulaverit, quia nec Consul, nec Prætor rem gesserat.* Plutarch. in Pompejo. Ætolog. *cap. 1. num. 4.*]

4. Hæc tamen, per Clementiam Principis, impetrata Ætatis venia, & inde promanans bonorum administratio *cum moderatione. l. 3. C. de his qui ven. ætat.* intelligenda est, h. e. ne Minor major factus ex Privilegio, quidquam distrahere vel alienare possit. [*per l. omnes. 2. §. 1. sine decreto, ne alienentur. C. eod.* Cassiodor. *dict. rescript. 41.* Choppin. *de doman. Fr. lib. 3. tit. 19. num. 12.* Ætolog. *cap. 8. num. 4.*] Nisi Princeps ei specialiter

cialiter veniam ætatis *ad alienandum* quoque concesſiſſet. Simocell. *de Decret. minor. lib. 3. tit. 8. inſpect. 3. num.* 24. Montan. *de tut. cap.* 37. *num.* 44. *&* 45. Græf. *de Regal. dict. cap.* 19. *num.* 1.

5. In Patria noſtra Ducatûs Würtembergenſis ſingulari Statuto conceſſum eſt cuivis Magiſtratui Civitatis municipalis, ad exemplum *Nov. Leo.* 28. ex cauſæ cognitione Minoribus bonorum adminiſtrationem concedere. Fürſtl. Württemb. Land-Recht. *part.* 2. *t.* 27. *fol.* 314. [Quam poteſtatem, non tam jure proprio, quam per delegationem & conceſſionem Principis exercent; Ideò ſi cuipiam ex tali indulgentia damnum acciderit; Nihil obeſt, quin ſuprema cognitio ad Sereniſſimũ pertineat.]

6. Hanc ætatis veniam, minores ita demum impetrare poſſunt, cum *Maſculus* vigeſimum: *Fœmina* verò Decimum octavum annum impleverit. *l.* 2. *in pr. & §.* 1. *C. de his qui ven. æt.* Bocer. *de Regal. c.* 2. *n.* 131. [Rebuff. *de regeſt. ſeu libr. Bapt. art.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 25. *&* 32. Bertazol. *conſ. civ.* 12. *n.* 20. Ætolog. *cap.* 4. *n.* 4. Id quod Pariſiorum moribus convenit, quæ vi-

 geſimum

vigesimum ætatis annum requirunt. *Ayant d'age de vingt ans complis.* Claud. Guerin. *ad jus Parif. art.* 272. Choppin. *eod. Comm. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 2. Cur autem masculus ætatis indulgentiam petens, non minus decimo octavo, quam vigesimo anno audiatur, vix alia ratio, quam quod ita Imperatori placuerit, reddi potest. *arg. l. fin.* §. 1. *C. de legib. & constit.* Ætologia *d. cap.* 4. *num.* 7.]

[7. Quæritur autem; *An Princeps Imperii, in concedenda ætatis venia ad leg.* 2. *C. de his qui ven. æt. observantiâ astrictus sit?* Ego *Negativâ* responsionem amplector; Adeò, ut Princeps, minori ętatis veniam petenti, etiam ante vigesimum annum, ætatis indulgentiam dare possit. Quoniam hoc tempus vigesimi anni, est merè positivi juris, ideò quoquè ex certâ causa restringi poterit. *per l. Pretor.* 3. §. *Divus* 5. *ibi: Quid si lex municipalis permittat. D. sepulchr. violat.* Hering. *de fidejuss. cap.* 7. *num.* 120. Limnæ. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 150. Dn. Mevius *ad jus Lubec. lib.* 1. *Quæst. prælim.* 1. *num.* 56. Quod latiùs disputatur in Ætolog. *cap.* 4. *à num.* 5. *& seqq.*]

8. Quæ-

8. Quæritur ulterius; *An Majorennis ex indulgentia Principis, in omnibus actibus pro Majore habeatur? Et quid juris in causis testamentariis*; Veluti, *Si cui legatum fuerit relictum, hisce Verbis: Cum ad legitimam & perfectam ætatem pervenerit?* Hujusmodi *Major* ex privilegio, sub commento impetratæ ætatis veniæ, legatum ante vigesimũ quintum annum completum capere non potest. *per text. in l. fin.* 61. *ibi: non quæ ab Imperiali beneficio. C. de his qui ven. ætat. l. cum filio.* 30. *D. de legat.* 3. Siquidem in dispositionibus hominum, verba naturali, non civili significatione funguntur, secundum Bald. & Dn. Brunneman. *ad dict. leg. fin. C. de his qui ven. ætat.* Sforzia Oddus *de restitut. in integr. quæst.* 23. *num.* 44. Nicol. Bets. *de pact. famil. Illustr. cap.* 7. *fol.* 275. & 276. [latè Fr. Dauren. *in Comm. Cod. ad tit. de his qui ven. ætat.*] Anton. Perez. *num.* 6. & Tulden. *num.* 3. *ad eundem Cod. titul.* [Quod latiùs deduxi in Ætologia *cap.* 6. *num.* 2. & *seqq.*]

9. Insuper quæritur; *An Minor qui ætatis veniam impetravit, si læsus fuerit, non idoneè bona sua administrando, adversus*

sus ipsam veniæ impetrationem, in integrum restituatur? Quod *Negatur*; Ne contrahentes Principali authoritate circumscripti videantur. *per l. 1. C. de his, qui ven. ætat. l. 3. §. 1. D. de Minor.* Sforz. Odd. *de restit. q. 23. art. 9.* Stephan. 2. *de jurisd. part. 1. cap. 1. m. 2. n.* 139. Besold. *in delib. lib. 1. fol. 79.* [Præjudicium refert Renat. Choppin. *de morib. Parisf. lib. 2. tit. 7. num.* 14. Additâ tamen *Limitatione*, nisi ex usu Reipublicæ minor pro majore declaratus fuerit. Vide Andr. Lipski *Obs. jur. Pol.* 10. *n.* 7. latè Etolog. mea *cap.* 8. *num.* 2.]

CAPUT LVIII.

De Institutione Nundinarum.

[1. AD instituendas Nundinas, Principis aut Senatûs auctoritatem *apud Romanos* fuisse necessariam, ex *Plinio* constat; Dum in concertatione de Nundinis scribit: *Solers Vir Prætorius, à Senatu petiit, ut sibi instituere in agris, Nundinas permitteretur, &c.* Plinius Jun. *lib. 5. Epistol. 4. Vbi* Joan. Mar. Catan-

Catanæus *verb. Nundinas.* Eodem modò *Imperator Claudius*, se ipsum legibus subjiciens, jus Nundinarum in sua prædia à Consulibus petiit. teste Sueton. *in Claudio cap.* 12. *num.* 4. *Vbi Schildius.* Quod jus, subsecuti quoque Imperatores sibi reservarunt, sicuti constat *ex tot. tit. D. & Cod. de Nundinis.* Adeò ut hodie, jus concedendi Nundinas universales ad Cæsaris reservata pertineat. *Recess. Imper. de Anno* 1530. *&* 1586. Dn. Bocer. *de Regal. cap.* 2. *num.* 240. Vandergraef. *eod. tr. cap.* 29. Dn. Stamler. *de reservat.* §. 61. *num.* 6. Dn. Fritsch. *de nundin. cap.* 4. *num.* 9. *&* 10. Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imp. lib.* 5. *cap.* 23. *num.* 1.]

2. In Imperio Rom. Germ. ad Principum & Statuum jurisdictionem territorialem refertur quoque, Nundinarum Provincialium instituendi potestas; Jahr Märckt anzustellen: Ob publicam utilitatem, quæ toti ferè provinciæ ex tali institutione accedit. *arg. l.* 1. *D. de nundin. l. un. C. eod. ubi Zas. Sich. & Tulden.* Knich. *de Sax. privil. verb. Ducum. cap.* 5. *num.* 485. Wehn. *in observ. verb.* Meß. Brunning. *de Iur. univers. thes.* 38.

Limn.

Limn. 4. *Iur. Publ. cap. 8. num.* 311. Besold. *in thes. Pr. verb.* Meß. [Ac quamvis hanc potestatem ad mercatus tantùm hebdomadales intelligat Dn. Knipschilt. *dict. tr. cap.* 23. *num.* 2. *ac lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 157. Pleniorem tamen facultatem in Nundinarum erectione Principes Imperii gaudere, habitâ differentiâ inter Nundinas *solennes* & minus *solennes*, Ego censeo cum Dn. Stamler. *de reservat. Imper.* §. 61. *num.* 7. *&* 8. Heiden. *de superiorit. territ. posit.* 85. apud Fritsch. *E. I. P.* 10. Dn. Fritsch. *dict. tr. cap.* 4. §. 10. *num.* 81.

4. Cæterum cum Nundinæ secundum Azonem, solum Provinciã, in qua celebrantur, pinguefaciunt; [ac commercia sint veluti ubera Civitatis, aut districtus, ex quibus publicæ & privatæ res aluntur. Dn. Mev. *de levam. debit. cap.* 1. *num.* 81.] Ideò utilitatis hujus intuitu, varia *Privilegia* Nundinis irrogari solent, quo Peregrini mercatores illûc alliciantur. *Vide* Petr. Gregor. *lib.* 25. *Syntag. cap.* 3. Choppin. *de doman. Franc. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 23. Klock. *de Contrib. cap.* 3. *num.* 79. Jacob. Vandergraef.

graef. *de Regal. cap. 29. num.* 8. [latè Dn. Fritsch. *dict. tr. cap. 3. & cap. 6. per tot.*]

5. Præcipua autem Nundinarum privilegia secundum Quosdam sunt I. Ut quilibet mercator tempore Nundinarum *à tributis & vectigalibus* immunis sit. *l. un. ubi Sichard. C de nund.* [Francisc. Marc, *decis.* 268. *num. 2. part.* 1. Colleg. Jur. Arg. *tit. de Nundin.* §. 3. Dn. Knipschilt. *dict. lib. 5. cap. 23. num. 5.*] Quod quidam extendunt quoque ad mercedem loci, vom Weg-Gelt/ Fahrgelt. Gothofr. *ad d. l. un. lit.* o. [Hoc tamen vix *ex dicta leg. un.* probari potest, nec moribus hodiernis observatur, secundum Klock. *de contribut. cap.* 30. *num.* 80. *ac consil.* 135. *vol.* 3. *latè* Dn. Fritsch. *dict. tr. cap.* 8, §. 1. *num.* 4.] Nisi consuetudo loci aliud velit. Wehn. *in Observ. d. verb.* Meß. [Sicuti *in Nundinis Zurcacensibus* pagi in Turgavia siti, omnes merces à cunctis vectigalibus & impositionibus liberrimè in & evehuntur.]

6. II. Ut Nundinæ cuilibet advenienti *plenam securitatem* attribuant, ne persona vel bona Debitoris prætextu privati debiti arrestari, gravariq; possint. *l. un.*

l. un. C. de nund. l. 3. §. f. D. de fer. Bocer. *de Regal. cap. 2. num* 240. Pfeil. *consil.* 181. Besold. *dict. tr. verb.* Meß. [Dn. Fritsch. *dict. tr. cap* 6. & 7. Dn. Knipschilt. *dict. cap. 23 num. 6 & 7.* Adeò quidem, ut contra mercatores nundinarios tempore nundinarum, repressalia non concedantur Choppin. *de doman. lib. 3. tit. 25. num. 5.* Dn. Fritsch. *d. nundin. cap.* 7. § 14. Modò debitum alibi quam in Nundinis contractum sit, *arg. l. hæres.* 19. §. 2. *Vbi Br. D. de judic.* Klock. *de Contribut. cap. 3. num. 79. & seqq.* [Qui præjudicium Cameræ Imperialis refert *sub num. 83.* Dn. Knipschilt. *dict. cap. 23. n. 7. Contrarium tamen*, scil. Quod mercator debitor, ne quidem propter debitum nundinale durantibus nundinis arrestari posse, tradit & defendit. Dn. Fritsch. *dict. cap. 7. num.* 22.

5. Porrò, privilegia Nundinalia tantum durant tempore Nundinarum; Quod tempus, ut melius noscatur, consuetum est Nundinas per signum Campanæ inchoare & finire; **die Meß wird ein: oder außgeleuttet.** Moller. 1. *Semestr. cap.* 12. Berlich. *part. 1. concl. 53. num.* 14.

Besold.

Besold.*dict.thes.verb.*Meß.Dicuntur autem Nundinæ eo usquè liberæ, eorumvè privilegia tādiu durant, donec publica *Campana* auctoritate Magistratûs mota, signum expirationis datur, ut sibi interim unus quisq; providere possit. Vander Graef.*de Regal.cap.*29.*num.*2. [Dn. Knipschilt.*dict.cap.*23.*num.*8. Proinde in septimana ad debitorum solutionem destinata, in der Zahl-Woch/ Arresta contra debitorem, cuivis petenti concedenda sunt. Carpz. *in I.P.F.part.*2. *constit.* 17. *definit.* 28. Fritsch. *dict. cap.* 7. *num.*69.]

6. Quid juris autem: *Si debitor ante pulsum Campanæ*, in der Zahl-Woch/ ehe man die Meß außleuttet/ *suspectus sit de fuga, annè possit à Creditore arrestari? Ait* hoc Græven. 2.*concl.*44.*consil.n.*26.[Siquidem in Debitore fugitivo cessant hęc privilegia; cum malitiis in tantum indulgendum non sit. *l. in fundo.* 38. *ibi: malitiis.D.de rei vindic.* Petr.Peck.*de jur. sistend.cap.*10. *num.*6. Klock. *de contrib. cap.* 3. *num.* 83. Dn. Fritsch. *de nundin. cap.* 7. *num.* 30.] Ast vereor *Ego*, ne hæc opinio in Privilegia Nundinarum

impingat. Quoniam verba privilegii cum effectu sunt intelligenda, *arg. l. hac saluberrima. 2. C. de præpos. agent. lib. 12.* Berlich *d. concl. 53. n. 10.* Kirchov. *cons. 14. num. 17. lib. 5.* [Nisi Debitor sit notoriè Bancofallitus. Vid. Dan. Sauter. *de bancofall. passim.*]

7. Quæritur autem; Quid juris, *si Merx ante nundinas vendita, in nundinis tradita sit: Aut in nundinis empta, post nundinas evehatur, locum ne habebit Privilegium nundinarum?* Prius *Negatur*; posterius *Affirmatur. per l. 3. §. scio. D. de minor.* Petr. Gregor. *lib. 25. Syntag. cap. 3. num. 7. Ubi præjudicium refert.* [Ita mecum quoque censet Dn. Fritsch. *dict. cap. 7. num. 38.*] Quo faciunt ea, quæ tradit Berlich. *d. concl. 53. num. 9.* Hæc Privilegia etiam Nundinis Provincialibus competere *quoad subditos*, modò de voluntate Concedentis apertè constet, non dubito. Nundinarũ autem erectio Territorii Domino libera existit, ut fieri possit, etiam invitis ac contradicentibus vicinis Imperii Principibus & Statibus. *l. Gracchus. 4. C. de adult.* Fr. Marc. *decis. 53. part. 1.* Thess. *decis. 264.*

8. *Quid*

8. *Quid si vicinus Nundinis incommodum inde nascatur?* nihilomagis impediri possunt. Siquidem qui jure suo utendo alterius lucrum impedit, adversus eum actio dari non solet. *arg. l. 1. §. Deniq. 12. ibi: si non animo, vicino nocendi. l. 2. §. idem. 9. ibi: sed ne sibi noceat. D. de aq. & aq. pluv. arc. l. fluminum. 24. l. Proculus ait. 26. D. de damn. infect.* Alciat. *cons. 24. lib. 5. tom. 2.* Cephal. *cons. 342. lib. 3. ubi prajudicium refert.* [Limnæ. 4. *I.P. cap. 9. n.* 311. Dn. Stamler. *dict. §. 61. num. 9.* latiùs Dn. Fritsch. *dict. tr. cap. 4. §. 10. num. 82. & seqq.*] *Nisi* vicini contrariô privilegio ab Imperatore muniti sint. Gail. *Observ. 69. num. 24.* [Dn. Stamler. *de reservat. Imp. § 61. n. 10.*] *Aut* hoc principaliter ad æmulationem Vicini tendat, quo casu Vicinum contradicentem audiendum esse, censeo. *per l. opus novum. 3. D. de oper. publ.* Gail. *2. Obs. 69. num. 24.* Fichard. *cons. 51. in fin. vol. 2.* [Fritsch. *dict. cap. 4. num.* 83. Unde Imperator, tanquàm universalis protector privilegiorum, Civium Imperii, nunquam Nundinas concedere solet, nisi auditis vicinibus & circumjacentibus.

Dn. Fritsch. *de nundin. cap. 4. § 9. n. 66.* Et ante eum Zasius *in l. fin. num. 13. & 20. C. de legib. & constit.*]

9. Ast dubitatur insuper; *An Princeps Imperii possit Civitati Nundinas auferre, quamvis eas per longissimum tempus exercuerit?* Ac respondetur quod *Sic.* Quoniam jus concedendi & transferendi Nundinas, ad Principem jure Superioritatis pertinet, ideò hoc jus, utpote de Regalibus existens, inpræscriptibile existit, sicuti in terminis respondet Marc. Anton. Natta. *consil. 511. & 512.* Præjudicia refert Anton. Tessaur. *decis. 264. num. 3.* [Exemplum refert ex Peucero Dn. Stamler. *dict. §. 61. num. 11.*] Dissentit Andr. Alciat. *consil. 208. per tot.* Dn. Fritsch. *d. tr. cap. 12. num. 3.* [*Declaratur* hæc assertio, modò legitima & gravis, causa in publicâ utilitate & necessitate fundata hoc exigat, quæ in commodum totius Ducatûs tendat. Siquidem etiam privilegia cessant, si iniqua esse incipiant. Dn. Fritsch. *dict. cap. 12. num. 20.* Aliâs Nundinæ semel concessæ & longissimo usu obtentæ irrevocabiles sunt; *Quâ Declaratione* observata,

in

in concordiam redegi hanc assertionem *cum Addit. m. ad A.B. part. 2. dissert. 4. th. 7. lit. A. in tr.* Dinner. *de just. rer. pret. Quæst. 3. num. 23.*]

10. Plurimis autem in Civitatibus, ubi Nundinæ celebrantur, usu aut lege receptum est, ut certus Judex, tanquam Conservator privilegiorum, Nundinarum constitutus sit, qui in causis mercatorum lites definiat; [Hi Consules mercatorum vocantur, ac in Emporiis *per totam Italiam* jam olim constituti fuerunt, teste Bartol. Bald. & Jason. Tales quoque Conservatores *in Gallia* Emporiis, veluti Lugduni, Briæ, & Campaniæ existere, ut nundinarum privilegia custodiant, tradit Choppin. *de Morib. Paris. lib. 2. tit. 1. num. 8.* Ac *de Doman. lib. 1. tit. 11. num. 23.*] Quæritur igitur; *An Nundinarum Judex ad instantiam Mercatorum, duos vel plures Mercatores pro Assessoribus in judicandis hisce causis assumere teneatur?* Quod *Negamus*. Quoniam nemo jurisdictionis vim & judicandi authoritatem à Principe concessam, in Mercatores transferre potest, ac perniciosi & pessimi exempli res est, si judex

unicuique arti & professioni speciales assessores assumere tenetur. Ita judicatum fuit apud Annæ. Robert. *lib. 2. Rer. judicat. cap. 16. per tot.*

Caput LIX.

De Jure conducendi per viam publicam. von Geleits-Gerechtigkeit.

1. SIcuti Viæ publicæ olim erant, [quoad proprietatem, Populi Romani, ac mutato Reipublicæ Statu, summi Principis, qui Curatores publico itinere conservando, suo jure constituit; Sicut Cæsar Augustus generum suum Aggrippam, curatorem viarum publicarum esse voluit. Quem titulum laudabilem vocant *Imper. Honorius & Theodosius in l. absit. 4. Ubi Cujacius. C. de privil. dom. Aug. lib.* 11. Vander Graef. *de Regal. cap.* 34. *num.* 3. Dn. Fritsch. *de via publ. cap.* 2. Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib. 5. cap. 26. n.* 55.] Ita hodiè ex usu Imperii Rom. Germ. Viæ & Stratæ publicæ Principis ac Domini territorii

torii universalis, sunt propriæ. *arg. l. littora 3. D. ne quid in loc. cap. un. lib. 2. feud. 56.* Gail. 2. *Observ. 64. num. 2.* Mynsinger. *cent. 5. Observ. 7.* Jacob. Vander Græv. *dict. tr. cap. 26.* Dn. Fritsch. *dict. tract. cap. 3.*

2. Unde non ultimum Principis Imperii competens axioma est, *jus cōducendi euntes ac redeuntes per vias publicas, & in fluminibus publicis navigantes.* die Gleitsliche Obrigkeit auff freyer Käiserl. Reichs- und Land-Strassen; [Quod jus conducendi vocatur communiter, das Persönliche oder lebendige Gleit; Lebendige Salva Guardia: Conductores verò, sunt die Gleits-Reuter/ welche die Kauffleuth in die Meß begleiten. Faust. *de ærario, class. 16. consil. 151.* Dn. Fritsch. *de nundin. cap. 6. num. 36.*] Solent enim Principes Imperii, Mercatores euntes ad Nundinas, præcipuè *Lipsienses, & Francofurtenses,* durch ihre Geleits-Reuter zu führen/ auch jedes Reichs Stands Gleits-Gebiet conduciern. Reichs-Abschied *de Anno* 1548. §. ferner zu nach. *& de Anno* 1555. §. und haben uns. Knich. *de Sax. privileg. verb. Ducum, cap. 5. num. 104.* Wesenb. *cons.* 33. *num.*

num.3.& 10. Michaël *de jurisd. concl. 50* Zaſ. apud Kirchov. *conſ. 9. & 10. vol. 1* Maul. *tr. ſingul. de Iur. Conduc. tit. 1.* [E hoc conducendi jus etiam *Civitatibus Imperii immediatis* competere, vigore juris territorialis, tradit Beſold. *de jurisdict. Quæſt. 28.* Klock. *conſil. 50. num. 135.* Dn. Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib. 2. cap. 26. num. 4.*]

3. Huic conducendi juri annexum eſt etiam *jus indagandi, perſequendi & conquirendi* depopulatores agrorum, ac graſſatores per vias publicas, das Streiffen. *per l. cōgruit. 13. D. de off. præſid.* Fichard *conſ. 53. num. 8. vol. 2.* Becht. *de ſecurit. concl. 42.* Maul. *dict. tract. tit. 10.* Beſold. *in Theſ. Pr. verb.* Streiffen. Intereſt enim territorii Domino, ut Provincia malis hominibus purgetur, nevè via publica á latronibus, plagiariis & furibus infeſtetur. *text. in l. congruit. 13. ibi: pacata & quieta Provincia. D. de off. præſid. l. 1. C. de littor. & itin. cuſtod. poſt al.* Sixtin. *de Regal. 2. cap. 2. n. 3.* [Qua de cauſa, ſi tempore conducendi, rumor percurrit, aut periculū adſit à Depopulatoribꝰ nocturnis, Princeps territorii vias publicas,

certis

certis equitibus missariis, durch gewisse Gleits-Reuter percurrere & nebulones hosce in latebris perquirere curat. Dn. Fritsch. *dict. tr. de nundin. cap. 6. num. 41. ac de via publ. cap.* 13. Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 26. num. 9. &* 10.]

4. Quod si quispiam in Conducentis territorio à latronibus spoliatus fuerit, is contra territorii Dominum habet de damno actionem, ut ablata restituat, aut eorum æstimationem solvat. *arg. l.* 1. §. *quies. 12. D. de Off. Praef. Vrb.* Reichs-Abschied *de Anno 1559.* §. damit den. Zasius apud Kirchov. *cons. 9. per tot.* Gail. *2. Obs. 64.* Etiamsi vectigal, pedagium aut pretium pro salvo conductu nec petitum, nec solutum fuerit. *arg. l.* 3. *l. congruit.* 13. *D. de Off. praesid.* Sixtin. *de Regal. d. cap. 2. num.* 35. Pansem. *d. respons. in caus.* Wenihaus. *q. 1. num. 7.* Maul. *de jur. conduc. tit. 7. num. 4. & 7.* [Vide Dn. Fritsch. *de via publica. cap. 9. num. 8. ac de Nundin. cap. 6. n.* 42. Vander Graef. *de Regal. cap. 34. num. 5.*]

5. Unde prono alveo fluit Resolutio Quæstionis; *An territorii Dominus Mercatori spoliato in suo territorio, teneatur*

de damno resarciendo, seu (ut Itali loquuntur) *de Robaria, qui nullũ Salvũ Conductum petiit?* Non desunt, qui hoc asserunt; Quoniam Dominus territorii ad securitatem Provinciæ, & viarum publicarum absque pensitatione, Officii necessitate tenetur. *per l. 1. §. quies. D. de Off. Præfect. urb. l. ne quid. 7. D. de incend. ruin. naufr.* [Reichs-Abschied zu Augspurg *de Anno* 1559. §. damit dann die Obrigkeit. 34.] Sixtin. *d. cap. 2. num.* 32. Maul. *de jur. Cond. tit. 7. num.* 5. Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl.* 22. [Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 76. num. 4.* Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib. 2. cap. 5. num.* 146. Dn. Fritsch. *de via publica cap. 12. num. 23.*] Aliter censet Bocer. *d. tr. c. 2. n. 157.* [Carpzov. *in Prax. crimin. Quæst. 111. num. 64.*]

6. *Vlterius*; Observandum est, quod si Mercator Salvum Conductum petierit, ac ille denegatus fuerit, nihilominus Dominum territorii de robaria teneri, non pauci hoc affirmant. *arg. d. l. congruit. 13 in pr. D. d. off. præf. l. 1. §. quies. D. de Offic. præf. urb. præjudicium refert in Caus. Francof. contra VVürtzburg* Rosacorb. *Observ. cap. 18. num. 3.* Sixtin. *d. cap.*

cap. 2. *num.* 37. [Quos sequitur Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 148. Dn. Fritsch. *de via public. cap.* 12. *num.* 15.]

7. Adjecta hac *Limitatione*; *Nisi* Provincia ita repleta esset militibus, ut eis territorii Dominus resistere non possit; adeò quidem, ut ne incolæ ab eorum deprædationibus liberi existant; [Culpa enim caret, qui scit deprædationem, sed eam prohibere non potest. *l. culpa. D. de R. I.*] Græven. 2. *concl.* 64. *n.* 5. Pansem. *dict. q.* 1. *num.* 99. Etiamsi Magistratus territorii, omnem diligentiam adhibuerit: Quod ei, qui jus conducendi habet, probare incumbit. *l. non est necesse. D. de probat.* Zas. *d. cons.* 9. *apud Kirchov. post. al.* Maul. *d. tr. tit.* 7. *n.* 8.

8. In plerisque Italiæ Provinciis, præcipuè autem *in Regno Neapolitano*, singulari Statuto cautum est, ut incolæ ac Terreni, deprædatorum damna à latronibus perpessa, de proprio resarciant, quò habitatores in indagandis latronibus vigilantiores existant. Bero. *quæst. famil.* 128. & 130. Anton. Monach. *decis. Luc.* 1. *Quod imprimis placet* Clar. 5. *sent.* §. *f. q.* 82. [Sicuti *Cumanus Syriæ Procurator.*

curator, plurimorum vicorum Dominis imputaſſe legitur, quod latrones perſecuti non comprehendiſſent, referente Fl. Joſeph. *de bell. judaic. lib.* 2. *cap.* 20.]

9. Quod *optima ratione* nititur; Incolæ enim Vicini puniuntur, *Tum* ex cauſa, quò vigilantiores exiſtant: *Tum* propter dolum aut culpam præſumptam; vix enim fieri poteſt, quin incolæ hoſce Prædones animadverterint. Ideò negligens in capiendo, dicitur ejus fautor. *c. quanto. X. de ſent. excommun. Vide* Mart. Anton. Macerat. *V. R. lib. 3. Reſolut. 24. num. 8. & ſeqq.* Mancin. *contr. Iur. Sacr. diſſert. 11. cap. 3. num. 47.* Aliter cenſet Amaya. *ad l. 23. n. 27. C. d. Decur.*

10. Hæc vera ſunt, ſi Viator ivit *per viam publicam, regiam, ac ſolitam:* aut ſi ſequutus ſit Conductores, **iſt dem Geleit gefolgt:** Non tenetur autem Dominus territorii damnum reſarcire, ſi ſpoliatus à via regia declinaverit, ac per viam inſolitam proficiſcatur, **und hat Abweg geſuchet.** Quod aliàs nulli licet. *per l. 2. & 5. C. de Curſ. publ. l. 1. §. 2. D. d. h. qui dejec.* Gail. *2. Obſerv. 64. num. 11.* Sixtin. 2. *de Regal. cap. 2. num. 40.* Maul. *de*

de jur. cond. tit. 7. num. 17. Græf. *d. Regal. cap. 34. num. 5.* [Quoniam salvus conductus solet præstari in via publica, **auff offentlicher Land- und Heer-straß**/ ideò, qui aliam viam quærunt, damnum illatum sibi ipsis imputari debent. *l. damnum. D. de Reg. jur.* Dn. Fritsch. *de via publ. cap.* 12 *num. 26.* Marquard. *de mercat. lib.* 1. *cap.* 13. *num. 4.*]

11. *Quid juris, si Dominus territorij delinquentem vivum exhibeat?* Dominus exhibendo deprædatorem liberatur. *l. cum si exhibuisset. 3. D. de publican. l. un. §. 5. D. furt. advers. naut.* [Tiber. Decian. *consil. 25. num.* 15. Steph. Guazzin. *de defens. Reor. defens. 33. cap. 2. n. 5.* Gratian. *discept. forens. 625. num.* 17.] Quod si is solvendo non existat, territorii Dominum in subsidium teneri, sunt qui censent. *per t. t. D. de magistr. conv.* Bajard. *ad Clar. lib. 5. §. f. q.* 82 *num. 7.* Bero *q. 39. num. 3.* Panseman. *dict. respons. Q.* 1. *num.* 199. *& 244.* Maul. *de Iur. cond. tit. 7. num.* 18.] *Vix tamen est*, ut huic opinioni ita simpliciter accedere possim, per regulam, quâ dicimus, qui non habet

habet in ære, luat in corpore. Vide Mar. Giurba *consil. crim. 36. n. 39.*]

12. Hoc conducendi jus, Principes & Status Imperii habent, non tantùm in suo territorio, sed etiam *quandoq; in alieno*, si Regale & jus viæ publicæ, alicui in territorio alieno competit, quemadmodum hoc quibusdam Principibus & Statibus Imperii competere, usus comprobat quotidianus. *Vide* Knichen. *d. Sax. privileg. v. Ducum. c. 5. num. 109.* Sixtin. *d. cap. n. 45.* Bidenbach. *Quæst. nob.* 12. [Oetinger. noster *de jur. limit. lib. 1. cap. 9. n. 29.* Dn. Seckendorff. **im Teutscher Fürsten-Staat.** Dn. Fritsch. *dict. tr. de nundin. cap. 6. num.* 38. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib. 2. cap. 26. num. 7.*]

13. Quæritur autem quid dicendum; *Si Princeps jus habet conducendi per alienum territorium,* **der zu gleiten hat/** *Civitas verò vel Nobilis immediatus, circum circa viam regiam, jurisdictionem altam & bassam habet? Quis judex erit de crimine in via publica commisso?* [Sanè delicti tempore conductûs, in via publica, conductioni destinato, **auff der Gleits-Straß/** commissi cognitionem & pœnam,

pœnam, ad eum pertinere censeo, qui securitatem publicam duxit, der das Gleit geführet; Quoniam ejusdem jus conducendi & securitas per delinquentem læsa est; ideò ab eo quoque debitâ pœna defendi debet. *l. congruit. 13. D. d. offic. Præsid. l. 1. §. quies. D. d. offic. præf. vrb.* Borcholt. *de Regal. num. 25.* Beust. *ad. l. admonendi. D. de jurejur. fol. 883.* Bidenbach. *Quæst. Nobil. 12. num. 3.*] De crimine verò extra actum deß Geleits commisso, Dominus territorii cognoscit. Vide Cæpoll. *de servit. P. R. cap. 3. num.* 31. *q. 19.* Pap. *decis. 577.* Alciat. *cons.* 1. *num. 19. lib.* 7. [Dissentit latè Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 21. *&* 22. Dn. Fritsch. *de nundin. cap. 6. n. 39. ac de via public. cap.* 10. *num.* 16. Distinguit Maul. *de jur. conduc. tit. 10. num. 6.*]

14. Præterea dubitatur; *An Iudæis transeuntibus cum litteris securitatis alicujus tertij, per territorium Principis, quo habitare non possunt, offensis aut deprædatis, Dominus territorii ad damnum resarciendum teneatur? Quod Negamus.* Sed illi tanquam *Hostes* jure offendi possunt. Quoniam etiam ab illo territorii Domino,

mino, cujus territorium transeunt, securitatis litteras obtinere tenentur; Aliâs eorum bona tanquam hostium bona deprædari possunt. *l. Christianis 6. C. de pagan.* Valasc. *decis. 30.* Caball. *resol. crim. 220.* Castil. *Rot. Sicil. decis. 107. tom. 2.* Ricc. *in Collect. 2639.* [Vide Maul. *de jur. conduc. tit. 4. num. 9.* Dn. Fritsch. *de via publ. cap. 8. num. 15. ac de nundin. cap. 6. num. 9.*]

Caput LX.

De receptione Judæorum, Principibus & Statibus Imperii libera.

[1. SAne *Iudæos* Christianorum hostes semper extitisse, ac usque ad ultimum vitæ spiritum tales permansuros, nemo ex verè Christianis est, qui hoc ambigit. Adeò ut ii, qui *Iudæos* ex misericordia in Republica tollerandos esse censent, vix est, ut eorum misericordia magis noceat, quam crudelitas. Firmo manente vaticinio *Psalm. 59. v. 12. ac Psalm. 109. v. 10.* Ut nusquam tutam libertatem aut fixam sedem habeant: Camer.

Camer. *hor. succisiv. cent.* 1. *c.* 42. Schönborn. *3. Polit. cap. 36.* Ideò ubi recipiuntur, tantùm ex gratia Christianorum terras inhabitant. *cap. & si. 13. X. de Iudæ.* Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imp. lib.* 2. *cap.* 30.]

2. In Imperio Romano Germanico, *Iudaos* recipiendi & protegendi potestas, ab Imperatore, primò *per A. B. c.* 9. §. 2. Electoribus tantùm attributa; Postea verò Principibus cæterisvè Imperii Statibus, imò etiam *Nobilibus* immediatis concessa fuit. *Ref. Pol. d. Anno* 1548. *Tit.* **von Juden.** *ac Renov. Francof. de Anno* 1577. *tit.* 20. Michaël. *de jurisd. concl.* 48. Buxtorff. *ad A. B. concl.* 9. Mager. *de Advoc. armat. cap.* 8. *num.* 221. *& num.* 330. Merckelb. apud Klock. *consil.* 37. *num.* 198. *vol.* 1. [Quam recipiendi facultatem, in specie *Civitatibus quoq; Imperii immediatis* attribuit Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 30. Quale privilegium in specie civitatem Eslingensem à Carolo IV. Imperatore obtinuisse, refert *sub num.* 5.]

3. Multi autem Principes & Status Imperii, privilegio hôc non consi-

 deratô,

deratò, Judæos nunquam ad hunc usque diem receperunt; Prout in nostro *VVürtenbergensi & Teccensi Ducatu* ne liberum quidem transitum habent, absque salvo Conductu, seu *securitatis litteris*, ohne Schirm Zettel/ quas à Præfecto loci redimere tenentur. [Quod à jure communi non alienum esse, tradit Fritsch. *de via publ. cap. 6. num. 22. & 22.* Maul. *de salv. conduct. tit. 4. n. 9.*] Interdictum est etiam subditis Ducatus Würtembergiæ, sub gravi pœna, ne cum Judæis contrahant. *Ord. VVürt. §.* und sollen. *fol. 62.*

4. Ac extat memorabile Responsum Serenissimi & Prudentissimi Würtembergiæ Ducis *Christophori*, quem meritò Patrem Patriæ & cunctarum ferè nostrarum Ordinationum restauratorem appellamus, de non recipiendis Judæis apud Gilhaus. *in Process. part. 1. c. 1. §. 1. n. 70* Ott. *de jur. publ. cap. 19. fol. 669.* Quidam etiam huic privilegio in totum renunciarunt, ac legibus fundamentalibus caverunt, ne unquam recipiantur. *Vide* Coburger Lands-Ordnung. *art. 77.* Weimarische Lands-Ordnung. *art. 82.*

Preu-

[Preussische grosse Lands-Ordnung. *fol.* 431.] Wehn. *in Obs. verb.* Juden. Limn. 3. *I.P. cap.* 2. *num.* 15. Mager. *de advec. arm. cap.* 8. *num.* 220. [Dn. Fritsch. *dict. tr. cap.* 8. *num* 18.]

5. Judæi autem Recepti, in Imperio, variis *Conditionibus* per leges Imperii coarctantur, secundum quas vivere coguntur. I. Ut discreto vestitu ac charactere quodam, veluti *certo Pileo aut flavo annulo*, notentur, quò à Christianis dignoscantur. *Reform. Pol. de Anno* 1530. *tit.* 22. *c. nonnullis.* 15. *de Iudæ.* Buxtorff. *ad A.B. concl.* 90. [Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 34. Hoppink. *de jur. insign. cap.* 2. *num.* 136.] II. Ut ab *Usuris* illicitis abstineant. Reichs-Abschied *de Anno* 1577. *tit.* 20. *inpr.* ibi: Nicht mehr als fünff vom Hundert. Limn. 3. *I.P. cap.* 2. *num.* 34. Gail. 2. *Obs.* 5. *ubi Grav.* [Quod si quid amplius exegerint Judæi, illud in sortem imputatur. Knipschilt. *dict. cap.* 30. *num.* 37.] III. Ne emant bona *furto* ablata, vel cum furib⁹ colludant. Reichs-Abschied *de Anno* 1577. *tit.* 20. §. 1. *juxta l.* 2. *C. de furt.* vide Sichard. *ad d. l.* 2. *C. de Iudæ.* [Knipschilt. *dict. cap.* 30. *num.* 43. Stamm. *de servit. person. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 3.

6. Quæritur autem; *Quid si Judæus ignoranter in nundinis publicè res furtivas emerit?* Eum hanc conditionem non violasse censeo; Vix tamen à rei emptæ restitutione, absq; pretii refusione, sese excusare poterit. Stamm. *de servit. person. lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 3. *num.* 6. Dn. Fritsch. *de nundin. cap.* 8. §. 5. *num.* 30.] IV. Ne obligationes accipiant, nisi à *Magistratu* loci confirmentur. Reichs-Abschied / *de Anno* 1551. §. diesem. V. Ne novas extruant *Synagogas*, nisi pręscio Magistratu. *l. ult.* §. *ult. C. de Iudæ.* Limn. *d. cap.* 2. *n.* 1. Gratian. *discept. for.* 658 *n.* 39. VI. Ne *ulla Officia publica, aut dignitates* inter se ordinent. *c. nulla. dist.* 54. *c. constituit.* 17. *q.* 4. *præjudicia refert* Wehn. *in Observ. verb.* Regierer. Sixtin. 1. *d. Regal. cap.* 5. *num.* 21. [Knipschilt. *dict. cap.* 30. *num.* 57.] VII. Ne Judæum, ad *Christianam* religionem transeuntem, prohibeant. *l. Iudæis.* 3. *C. de Iudæ.* Decian. *tr. crim.* 5. *cap.* 12. *num.* 10. [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 30. *num.* 5.]

7. Imò plurimis Italiæ locis, præcipuè autem Romæ (prout ego ibidem observavi) singulis diebus Sabbathi con-

conciones Christianorum sub certa pœna visitare coguntur; quod etiam rationem habet. *arg. l. 3. C. de summ. Trin. Vide* Gran. *de pac. Relig. part. 2. probl. 3. connex. 1.* Paschal. *de patr. potest. part. 1. cap. 7. num. 16.* [Knipschilt. *dict. cap. 30. num. 49.*] VIII. Ne Christianos ad falsum *eorum Dogma* seducant. *Vide* Fælic. Cæsar. *in respons. singul.* [Knipschilt. *dict. cap. 30. num. 53.*] IX. Hæc & alia, ut certa solennitate rigorosè jurent. *Ord. Cam. p. 1. num. 86. ubi Magenhorst.* Wehn. *in Observ. verb.* Juden. [Dn. Knipschilt. *dict. cap. 30. num. 33.*] Plures *conditiones* vide apud Becht. *de securit. concl. 92. & seqq.* Limn. 3. *I. P. cap. 2. num. 28. & seqq.* Stamm. *de serv. person. lib. 1. tit. 4. per tot.*

8. Quæritur autem; *An Iudæi à Principe aut Statu Imperii recepti, absq; causa ac pro lubitu expelli possint?* Si pacificè ac secundum leges vivant, *Negatur.* Ut enim Judæos recipere, ab initio est libertatis; ita retinere est necessitatis. Ac sicut fidem Judæis dare ac tutelam promittere fas est; ita eandem frangere nefas est. *l. sicut. 5. C. d. O. & A. l. Christianis. 6. C. d.*

6. *C. d. pagan. can. qui sincera. distinct. 46.* Marq. de Susan. *d. Iudaeis part.* 1. *cap.* 7. Klock. *de Contrib. cap.* 10. *num.* 26. Paschal. *d. patr. pot. q.* 1. *cap.* 7. *num.* 14. [Adeò ut Judæi hisce & aliis conditionibus si satisfecerint, nec in persona nec in bonis licitè offendi possint. *l. nullus.* 14. *C. de Iuda. Nov.* 45. *&* 46. Mager. *de advoc. armat. cap* 8. *num.* 29. Knipschilt. *dict. cap.* 30. *num* 62.] Ideò contra Expellentes, Camera Imperialis mandata cum clausula decernit. *Præjudicia refert* Ruland. 3. *de Commiss. lib.* 7. *cap.* 3 *n.* 5. Nisi *conditiones*, sub quibus recepti sunt, violaverint; *Aut sub conditione recepti sint.* Knich. *d. cap.* 12. *num.* 24. Mager. *dict. cap.* 8. *num.* 296. *& seqq.* [Knipschilt. *dict. cap.* 30. *num.* 64.]

9. In Imperio Rom. Germ. Judæi tam ratione bonorum, quàm personarum, insigniter privilegiati sunt ab Imperatoribus, *Carolo V. Maxim. II. ac Rudolpho. II.* quæ Privilegia prægnantibus insuper clausulis custodita existunt. *Vide* Reichs-Abschied *de Anno* 1544. 1551. 1576. 1582. *Quæ vide apud* Ayrer. *part.* 2. *Process. cap.* 5. Roding. 3. *Observ.* 13. *num.* 14. Sym-

Symphor. *tom. 6. fol. 198. & 358.* Ii enim Jure Romanorum vivunt, ac pro civibus Romanis habentur. *l. 8. C. de Iudæ. c. gaudemus. de divort.* Mynſ. 5. *Obſerv. 6.* Wehn. *in verb.* Juden. Liberos habent in poteſtate ad modum reliquorum Civium Romanorum. *c. f. de converſ. fidel.* Coſtal. *in l. 3. D. de his qui ſui vel.* Philipp. Paſchal. *de patr. poteſt. part. 1. cap. 7. num. 9.* [Dn. Knipſchilt. *dict. cap. 30. num. 26. & 27.*]

10. *In Bannum* declarari & abſolvi poſſunt. Sailer *in Præjud. Cam. fol. 79.* Juramentum *Calumniæ* præſtare, Wurmbſ. 1. *Obſ. tit. 14. Obſ. 6.* Ac Commercia cum Chriſtianis exercere poſſunt. *l. Iudæi. C. de Iud.* R. A. *de An.* 1577. *tit.* 20. Suſan. *d. tr. cap. 5. num. 1.* Vivunt ſub ſpeciali *Protectione* Imperatoris; ac eâdem ſecuritate gaudent, quâ ſubditi, ubi recepti ſunt. *l. 14. C. de Iudæ. l. 6. C. de pign.* Schwanm. *Obſerv. Camer. 67.* Suſan. *d. tr. part. 1. cap. 12.* [Fritſch. *de via publ. cap. 8. num. 17.*] Dicuntur *Servi fiſci,* ſeu Cameræ Imperialis; Sie ſeynd der Käiſerl. Majeſt. Cammer-Knecht. Sixtin. *de Regal. 1. cap. 5. num. 20. arg. c. etſi Iudæos.*

X. *de Iudæ.* [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 30. *num.* 26. *& seqq.*]

11. Imperatori Electo, wann Er das Reich antritt/ seynd sie Ihrer Käiserl. Maj. eine Cron-Stewr / und Opfferpfenning schuldig. Marq. Freher. *ab Andlo fol.* 186. *lit. b.* Wehn. *in Observ. verb.* Juden. Gylman. 3. *Symph. verb. Iudæus.* Mager. *de Advoc. arm. cap.* 8. *num.* 268. Reink. 2. *cl.* 2. *cap.* 3. Kizel. *de Iudæis tr. singul.* [Knipschilt. *dict. cap.* 30. *num.* 59.] Quibus tamen Privilegiis omnibus ab Imperatoribus Judæis concessis, Imperii Statuum juri, ac privilegiis, nihil omninò derogatum est. per R. A. *de Anno* 1577. *tit.* 20. *inf.* [Adeò, ut Civitate invita Judæi obtrudere ut recipiantur, non liceat. Klock. *consil.* 29. *num.* 1031. Knipschilt. *dict. cap.* 30. *num.* 14.

12. Unicum hoc dubium addo; *An Iudæis divortia ijs in locis, in quibus tolerantur, secundum legem Mosaicam connivendo sint permittenda?* Quod *affirmatur.* Quoniam Judæi in causis ad superstitionem pertinentibus, ac animæ salutem respicientibus, secundum leges proprias judicantur. *arg. cap.* 9. *sincerè. dist.* 45. *c. sicut.*

sicut. d. Iudæ. l. Iudæ. 8. C. de Iudæ. Reink 2. cap. 3. n. 8. Bullæus cons. 9. [Stamm. de servit. person. lib. 1. tit. 5. cap. 4. num. 18. Knipschilt. dict. cap. 30. n. 31. Ubi hoc quoq; ad successionem & ad testamenta extendit.] Dissentit Speck. 1. Cent. 2. q. 18. num. 9.

CAPUT LXI.

De Ordinatione Tabellionum & Scribarum Publicorum; eorumq; Substitutis.

I. TAbelliones Archigrammateos & Scribas Publicos creare, qui in effectu idem sunt, quod Notarii Publici, vulgò Stadt- Ampt- und Gerichtschreiber appellati, ad Principes & Status Imperii quoq; vigore superioritatis territ. pertinet. arg. l. actuarios. 7. ibi: non aliter, nisi ut consueverat. C. de numer. Actuar. Nov. 44. cap. 1. Francisc. Marc. decis. 488. n. 2. lib. 1. Sixtin. de Regal. lib. 2. §. 15. num. 14. Stephan. de Iurisd. 2. part. 2. cap. 5. num. 7. Becht. de securit. concl. 210. Ruland. 2. de Commiss. lib. 5. cap. 4. num. 41. [Renat. Choppin. de doman. lib. 3. tit. 21. n. 1. & 2

Azevedo *ad Rubr. tit.* 25. *lib.* 4. *Recopilat.* 9. *&* 11. Qui *Numerarii, Actuarii, Chartularii & Scriniarii* olim nominati fuerunt. *tot. tit. C. de numerariis lib.* 12. Panciroll. *lib.* 2. *Var. lect. cap.* 188. Dn. Brunneman. *ad dict. tit. C. de numar. lib.* 12. Quorum uſum, antiquiſſimum fuiſſe, ex hiſtorica veritate comprobat Choppin. *de moribus Pariſ. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 7.]

2. *Archigrammatei* autem à *Notariis* in eo differunt, qod Notarii, Imperiali authoritate creati, officio ſuo ubique in Imperio præeſſe, teſtamenta ac inſtrumenta conficere queant. [Choppin. *de doman. dict. tit.* 21. *num.* 3.] Tonduti *de prævent. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 4. Qui etiam in *Hiſpania, Anglia* & ubique terrarum, Officium ſuum exercere poſſunt, modò Imperiali authoritate creati fuernt, prout hoc deducit Surd. *conſil.* 255. *num.* 10. Quamvis *in Gallia* contrarium ſervetur, teſte Rebuff. *de litter. oblig. art.* 2. *gl. t.* 238. Archigrammatei verò ac Tabelliones tantùm in conſtituentis territorio, munere ſuo fungi poſſint. *arg. l.* 1. *§.* 4. *l. f. D. Off. præf. urb.* Gail. 2. *Obſ.*

2. *Observ.* 71. *num.* 13. Becht. *de securit. conclus.* 210. & 217. Stephan. *de Iurisd.* 2. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 8. Tonduti *d. cap.* 17. *n.* 8. [De triplici Differentia inter Notarium & Tabellionem, vide Alphons. de Azevedo *in Recopilat. Rubr. tit.* 25. *lib.* 4. *num.* 16.]

[3. Ad officium Archigrammatei nemo admittitur, nisi *vigesimum quintum* annum impleverit; cùm sit officium publicum. *l. ad rempublicam.* 8. *D. de muner. & honor. Cum moderatione l. non tamen.* 11. *D. de Decurion.* Nec quispiam aspirare potest, nisi examen in consilio sustinere velit; Ac ut jam recipiendus ad officium Tabellionis, juramentum super certa capitula præstet. *De quibus requisitis vide latiùs* Alphons. de Azevedo *in Recopilat. lib.* 4. *Tit. De los Escrivanos del Consejo* 25. *per tot.* Ac quàm grave munus sustineat Archigrammateus, patescit ex Juris Provincialis Ducatus Würtenbergici, *part* 1. *tit.* 6. *per tot.*]

4. Quæritur autem: *An Instrumenta, vel Testamenta* der Stadtschreiber, *quæ in territorio, ubi officio præsunt, confecerunt, etiam extra territorium authentica*

censa-

censeantur? Affirmatur. Quoniam ea, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, ubique locorum exerceri possunt. Ac in probatione scripturæ inspicitur locus, ubi Scriptura confecta est. *l. si fundus. 6. D. de evict. arg. l. 1. & 2. l. 52. in pr. D. de judic.* Gail. 2. *Observ.* 123. Fr. Marc. *decis. 488. num.* 10. *lib.* 1. [Et actus gestus in loco solennitatis, sumit essentiale principium & formale adimplementum ex ipso loco *per l. in hac sacratissima. 30. ibi: ubicunque positarum. C. de donat.*] Schrader. *consil.* 5. *num.* 98. [Fr. de Caldas *consil.* 50. Phanutius *de inventar. part.* 6. *n.* 137.] Tonduti *de prævent. part.* 2. *cap.* 17. *n.* 15.

5. Ulterius Quæritur: *An Scribæ publici Documentum, fidem faciat, in quo, loci dati, dieique mentio omissa est?* Ac tale Documentum nullam fidem mereri censeo. *per Nov.* 47. *cap.* 1. *in pr. ac per cap. Abbate sanè.* 3. *ubi Aug. Barbosa. de sent. & re jud. in* 6. Quoniam loci, & temporis mentio, ad contractus substantiam non nihil, sed plurimum tribuit. *per d. cap. Abbate.* Sive solennitatem hanc substantialem de jure effectam esse, sive de consuetudine dicas. Felin.

ad

ad cap 1. *num*. 2. *X. de fid. instrum*. Notarius autem, in confectione instrumenti, non debet ea omittere, quæ ex consuetudine Civitatis servari solent. Joach. Scayn. *decis*. 42. *num*. 30. *&* 31. Quomodo enim fieri potest, *ut omisso loco*, Documentum aliquod falsi non convincatur? Et quomodo aliâs is, adversus quem id profertur, docere posset, toto eo die, quo conficiebatur, sese, vel adversarium, in aliis locis fuisse? *§. item verborum. Inst. d. Inutil. stipul*. latè Nicol. Everhard. *de fide Instrum. cap*. 2. *num*. 58. *&* 67. Jan. Langlæ. *lib*. 4. *Semestr. cap*. 6. *per tot*.

6. Quæritur denique; *An Archigrammateus Instrumentum inter subditos extra territorium, veluti Archig. VVürtemberg. Reutlinga in Civitate Imperiali conficere possit?* Quod *Affirmatur*. Quoniam Archigrammatei habent, sicuti Notarii, voluntariam jurisdictionem. Carpzov. *lib*. 6. *respons*. 18. *num*. 21. Quam inter personas, Domini sui jurisdictioni & territorio non subjectas, ubivis exercere possunt. Castr. *in l. f. n*. 4. *C. d. tempor. in integr. rest*. Tonduti *d. cap*. 17. *num*.

num. 10. [Unde jureconsulti tradunt, quòd *Statutum* habilitando, aut non habilitando personam ad contrahendum, aut testandum, effectum suum extendat, ad subditos ubique existentes, ac extra territorium contrahentes. *arg. l. fin. D. de decret.. ab Ord. faciend.* Anton. Faber. 1. *Cod. tit. 5. defin. 4.* Joan. Grivel. *decis.* 104. *num.* 45.]

7. De *Substitutis* der Stadtschreiber/ hoc observandum, quòd gesta ab eis, non minus valeant, ac si à Domino ipso, ceu Principali confecta essent. *Nov. 44. c. 1. §. verum. in fin.* Quia non admittuntur nisi examinati & jurati; *arg. l. 1. C. de præposit. agent. in reb.* Ideò Dominum repræsentant, ejusque vices gerunt, *arg. l. 2. ibi: omnia nostra fecimus, quibus authoritatem nostram impartimur. C. de vetr. jur. enucl. Nov.* 128. *cap.* 19. Azeved. *in Recopil. ad l.* 1. *num.* 8. *De los alcaldes. lib.* 3. *tit.* 9. Mastrill. *de magistr. lib. 1. cap.* 29. *num.* 24.] ac pro Substitutis *in officio delinquentibus*, Tabellio vel Archigrammateus tenetur. *l. un. § f. D. furt. advers. naut. l. fin. §. 3. D. naut. caup. stabul.* Ortlep. *de exam. notar. c.* 21. *&* 22.

Ricc.

Ricc. *coll. decis.* 2677. Nam quod Dominus ex facto & delicto famuli teneatur, si delinquat in officio, ad quod est deputatus, constat *ex l.* 1. *in pr. juncto* §. *familiæ. D. de public. & vectigal.* [*l. ad similitudinem*. 21. *ibi*: *periculo suarum facultatum. C. d. episc. & cler.* Azevedo *ad leg. 4. Recopil. num.* 13. *lib.* 3. *tit.* 9. Herm. Stamm. *de servit. person. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 7.] Quoniam Dominus in culpa esse censetur, malos, ac negligentes hosce homines eligendo & illorum opera in tali officio utendo. *per l.* 1. *C. ad L. jul. repetund.* [Quod confirmatur Rescript. Impp. Theodosii & Valentiniani *in l. nullus*. 60. *ibi*: *periculo suarum. l. neminem.* 64. *C. de Decur. lib.* 10.] Mar. Giurba. *decis. consil.* 36. *per tot.* Henric. Kinschot. *respons.* 108. *num.* 8. *& seqq.* [Aldovin. *consil.* 19. *n.* 91. Fr. de Amaya *ad dict. leg. nullus*. 60. *num.* 44. Ego latiùs *in tr. de Administris cap.* 15. *per tot.*]

Caput LXII.

De Jure imponendi Collectas.

1. Usque huc de Actibus Superioritatis *Gratiosis*; Subsequuntur & Actus, *Utili-*

Vtilitatem Principum, & Statuum Imperii respicientes, Inter quos præcipuè ad emolumenta refertur Jus & Potestas *indicendi censûs, & collectas.* [Sanè Jus & potestas imponendi tributa & collectas antiquissimum fuisse, ex Scriptoribus constat. *Plato* pecuniæ publicæ per tributa collectæ mentionem facit. *in libr. de Legib.* 10. *Cicero*, pecuniam publicam, nervum esse rerum agendarum statuit, *pro Leg. Manil.* Causam elegantem per pulchram illationem adducit Cornelius Tacitus: *Neq; enim, quies Gentium, sine armis: nec arma, sine stipendiis; nec stipendia sine tributis haberi queunt.* 4. *histor. cap.* 74. Similia refert Dio. *histor. lib.* 52. Choppin. *de tribut. posit.* 1. *apud* Fritsch. *E. l. P.* 6. Dn. Gockel. *de jurib. Majest. cap.* 22. *num.* 15.]

2. In Imperio Rom. Germ. jus imponendi ac exigendi Collectas *Provinciales*, Land-Steur anzulegen/ Principibus & Statibus Imperii jure superioritatis competit. Quod fundatur activè in *Iurisdictione* territoriali, passivè in *Subjectione*; Adeò, ut collectæ solutio infallibilis sit subjectionis tessera, ac superio-

ritatis

ritatis recognitæ certâ probatio. *c. omnis omnia refert. X. de censib. l. 2. C. sine cens. vel reliq. l. un. C. de superind.* Dn. Bocer. *d. collect. cap.* 1. *n.* 20. Klock. *de contribut. c.* 3. *num.* 146. Reink. 1. *cl.* 5. *cap.* 4. *num.* 131. Graef. *de Regal. cap.* 31. [Et hoc jus collectas exigendi, *Civitatibus quoq; Imperialibus immediatis* competere, meritò tradit Dn. Knipschilt *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 4. *&* 31.]

3. Collecta est *vel ordinaria*, quæ singulis annis recurrit. *l. un. C. de vac. mun. l.* 3. *&* 4. ubi Amaya. *num.* 3. *C. de Annon.* [*l. un. C. d. collat. donat.* Chop. *de tribut. posit.* 67. Fr. Reverter. *decis. S. C. Neap.* 227. *num.* 2. *&* 3. Ubi de Marinis *in Observ. num.* 1.] Vocatur aliâs Census, die ordentliche Steur: *Vel extraordinaria*, quæ oritur oriente extraordinaria causâ. *l.* 5. *C. de SS. Ecclesf.* Sixtin. *de Regal.* 2. *cap.* 14. *num.* 12. Bocer. *de collect. cap.* 6. Klock. *d. tr. c.* 2. *num.* 2. *& seqq.* Amaya. *ad d. l.* 3. *num.* 32. *& seqq.* [Quarum prima & quidem urgentior causa Bellum existit. Chop. *dict. dissert.* 6. *posit.* 69. apud Fritsch. E *l. P.* 6.]

4. Utraque regulariter per jugatio-

nem indicitur, ac præstatur ratione bonorum, pro viribus patrimonii, proinde collecta *Realis* dicitur. *l. forma.* §. 15. *verò.* 2. *D. de Censf. l. f. C. d. t. l.* 2. ubi latè Amaya *C. de Annon.* Klock. *d. tr. cap.* 17. *num.* 99. [à Romanis tributum impositum per æs & libram dictum. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 85. Marinis *ad Reverter. decis. Observ.* 227. *num.* 2.]

5. Quo casu, etiam *Forenses*, imò etiam ipsa *Ecclesia*, vel *Clerici* in alieno territorio prædia possidentes, collectas solvere tenentur. *l.* 6. §. *f. l. munerum.* 18. §. 25. *D. de muner.* Gail. 2. *Observ.* 5. *num.* 16. & 20. Azevedo. *in l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 2. *Recopil.* [Knipschilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 52. 54. & 55.] Et quidem *summa æquitate*; Quoniam hoc casu ipsa prædia magis, quàm Ecclesia vel Forensis collectatur. Naturaliter enim hoc onus censetur rerum, formaliter personarum. *l. forma.* 4. §. 2. *D. de Censib. l. f. C. eod. can. si tributum. ibi: agri Ecclesiæ. caus.* 11. *q.* 1. Klock. *de Contrib. cap.* 13. Grivel. *decis.* 11. Amaya *ad l.* 2. *num.* 14. *C. de annon.*

6. Quædam collecta est *Personalis*,

ac

ac indicitur per Capitationem, quâ singula Reip. capita viritim onerantur; [Quæ olim in collationibus ad Turcicam expeditionem usitata fuit. *R. I. de Anno* 1500. *tit.* von Söldnern. Reichs-Abschied zu Augspurg *de Anno* 1551. §. und nämlich dieser *modus* 2.] Eavè observatur præcipuè in Italia, quandoq; in Austria; Usitatissima verò est in Turcico Imperio, ubi Christiani pro singulis capitibus, drachmam auri, id est, aureum Ungaricum exsolvunt. *l. un. C. de capit. civ.* Gail. *de arrest. cap.* 9. *num.* 19. Boc. *de coll. cap.* 7. *num.* 3. Klock. *d. tr. cap.* 18. *num.* 166 Graef. *de Regal. cap.* 31. *num.* 4. [Quæ tamen vix est, ut in Republica benè constituta attendatur, *secundum* Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 17. *num.* 83.]

7. *Mixtam* Naturam sapit Collecta, quæ personis imponitur propter res, tùm respectu patrimonii, tùm respectu personæ industriæ. *l. rescripto.* 6. §. *f. l. f.* §. 26. *de muner. & honor.* Sonderlich da man einem auch auff sein Handwerck und Handthierung schlägt. *l. filii.* 22. §. *ult. D. ad municip. l. f.* §. 23. *D. de muner.* Bocer.

de coll. cap. 10. *num.* 3. Klock. *de Contrib. cap.* 12. *num.* 18.

8. Convenit Imperii Principibus & Statibus, [antequàm ad collectarum impositionem, progrediatur, ante omnia proprium marsupium executere. Klock. *dict. tr. cap.* 7. *num.* 60. Quòd si Ærarium omninò sit exhaustum, eo in casu] Collectas novas & extraordinarias à subditis magis impetrare, quàm imperare [debent, ac imprimis præcaveant, ut, quo minus fieri potest, subditi tributis onerentur. Aurea sunt verba Imperatoris Justiniani: *Deo auspice, hoc unum nobis studio est, ut publica tributa, citra querelam inferantur. Novell.* 149. *cap.* 2. Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 17. *num.* 91. *lib.* 2.] Ideò cum consensu subditorum, aut qui eos repræsentant, einer Landschafft/ Collectas exigere solent. Frider. *de mand.* 2. *cap.* 44. *numer.* 7. & 8. Gail. *de arrest. cap.* 10. *num.* 17. Bocer. *de Collect. cap.* 4. *num.* 8. Arnis. *de jur. maj. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 8. Nec mirum: Cum id in *Hispaniæ* Regnis quoque observetur; Adeò quidem, ut quamvis *Hispaniarum* Rex absolutus esse videtur; Tributa

buta tamen indicere non poteſt, niſi ea in Comitiis generalibus á Procuratoribus Civitatum, quæ Matrices ſunt & capita aliarum, concedantur, teſte Parlod. *cap.* 3. *num.* 13. Amaya *ad d. l.* 3. *num.* 37. *C. d. annon.*

9. Proinde ſubditi ea de re ſuos habent particulares libros, Steur- und Anſchlags-Regiſter. Wehn. *verb.* Schatzung. [Vulgò, Æſtimum, dicti; Quæ autem in conficiendis libris collectarum obſervandæ ſint, tradit latè Jul. Chop. *de tribut. poſit.* 16. *& ſeqq.* apud Fritſch. *E. I. P.* 6. *fol. m.* 239. Vide Choppin. *de Doman. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 5. Sanè ſubditi vix unquam Collectarum ſolutionem recuſare ſolent; *modò juſtæ adſint cauſæ.* Puta ſi vel publica utilitas Collectas exigat, aut evidens neceſſitas illas extorqueat. *l.* 1. *C. de vectig. nov. l. omnes. C. de oper. publ.* Grivel. *deciſ.* 11. *numer.* 20. Dn. Klock. *de Contrib. cap.* 7. *num.* 16. Fr. de Amaya *d. l.* 3. *num.* 27. Puta *ob defenſionem* Patriæ, zur Landsrettung/ *Ob æris alieni* ſolutionem, propter *Domini Captivi* redemptionem; aut partis territorii *Emptionem.* Sixtin. *de Regal.* 2. *cap.* 14.

 num.

num. 21. Klock *d. tr. cap.* 8. [Vide Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 17. *num.* 68. *& seqq. lib.* 2. Dn. am. Gockel. *de jur. majest. cap.* 22. *num.* 15.]

[10. Quod extenditur quoque ad casum præstandi alimenta, secundum quosdam, si ærarium absque culpa Domini territorialis, ita sit exhaustum, ut ea subministrare non possit. Maul. *de homag. tit.* 7. Tenzel. *de jur. detract. posit.* 10. *lit. B. in fin.* Notabiliter hac de re scribit Vander Graef: *Non inconveniens est, exemplo parentum & liberorum, privatis Principum necessitatibus, subditos collectis subvenire, præsertim si alimentis indigeant. arg. l.* 1. *C. de alend. liber.* Quid enim inhumaniùs, quàm Principi denegare, quod patronis debetur? *l.* 5. *§.* 18. *&* 19. *D. de liber. agnosc.* Regi aufferre, quod donatori ad inopiam vergenti, competeret? *l. fin. C. de revocand. donat.* Jacob. Vander Graef. *de Regal. cap.* 31. *sub num.* 6. *An & quatenus, exhausti ærarii assertori fides adhibeatur?* Vide meam Nomolog. *cap.* 3. *num.* 8. *&* 9.]

11. Quoniam autem collectæ impositio passivè fundatur *in subjectione,* hinc

hinc consectarium est, neminem regulariter, nisi *subjectos* collectis onerari posse. *l. rescripto. 6. §. D. de muner. cap. 2. de censib.* Reink. 1. *cl. 5. cap. 4. num.* 169. Klock. *dict. tr. cap. 3. per tot.* Qui etiam absentes & contradicentes ad onus hoc obligantur. Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 75. n.* 1. Græv. *2. concl. 52.* [Modò collectarum imponendi facultas à majori parte Ordinum Provincialium asserta fuerit. Refert enim ad universos, quod publicè fit per majorem partem. *l. quod major. 19. D. ad municipal. l. 160. §. 1. D. de Reg. jur.* Jul. Chop. *d. dissert. de tribut. posit. 76.* Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 17. num. 65.* Quod etiam in Collectis Imperialibus verum obtinere contendit Dn. Stamler. *de reservat. §. 30. num. 7.* Cujus assertioni firmamentum adducere licet, ex traditis Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 3. num. 95. & 96.* Distinguit Tenzel. *de jur. detract. posit. 10. lit. B.* apud Fritsch. *E. J. P.* 3. De quo videbimus *infra cap.* 90.]

12. Quæritur: *An Cives propter bona extra collectantis territorium sita, collectas solvere teneantur?* *Negativa senten-*

tia magna æquitate nititur. Agri enim tributum in eo territorio levari debet, ubi possidetur. *l. un. C. de mulier. in quo. lib.* 10. *l.* 4. §. 2. *D. de censib.* Frider. *2. de mandat. cap. 4. num.* 11. Boc. *de collect. cap. 9. num.* 7. Græven. *2. concl. 53. consid. 1. num. 3.* [Proinde hunc casum, dum in controversiam deductum fuisset, suprema Camera Neapolitana ita decidit; Ut de bonis extra territorium sitis, inhabitantes collectas, solverent, modò in loco, ubi sita erant, non collectabantur; Quia ibidem forsitan per Gabellas vivitur. Franc. Reverter. *decis. 387. per tot. Vbi Marinis. num.* 1.] Quod tamen *Civitates Imperii* non observant, dum quilibet Civis, statis temporibus omnia sua bona, sivè intra, sivè extra territorium sita, juratò in æstimum referre tenetur, quod etiam ratione sua nititur. *per l. numerum.* 6. *& fin. D. de muner.* Djaz. de Mena. *lib.* 1. *quæst.* 21. *n.* 55. Clapper. *caus.* 27. *quæst.* 3. *per tot.* [Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 17. num.* 54.] Vide tamen *limitationes* apud Klock. *d. Contrib. cap.* 11. *num.* 17. *& seqq.*

13. De usufructuario dubitatur:

An

An teneatur solvere Collectas propter prædia, quibus utitur, fruitur? *Affirmativa* communis est conclusio: Quoniam possessor prædiorum & qui fructus ex illis percipit, jure Dominii collectas solvere tenetur. *l. si. pendentes. 27. §. si quid. D. de Usufr. l. quæro. 28. D. de Usufr. legat.* Gail. *d. pignorat. Observ. 15, num. 11.* Sixtin. *d. Regal. 2. cap. 14. num. 84.* Bocer. *de collect. cap. 10. num. 5.* [Joan. del Castillo *de Usufr. cap. 56. num. 14. in oper. tom.* I.] *Nisi* Collectæ, usufructus reditus absorbeant; Usufructuarius enim non tenetur, nisi pro modo redituum. *arg. §. 7. I. de nox. act.* Garsias *de expens. cap.* 11. *num.* 61. Klock *d. cap.* 11. *num.* 130.

14. Secus est in *Conductore*. Quoniam Conductor non possidet, sed tantum est in possessione, qui pro cultura & cura fructus percipit. *l. 1. C. comm. d. usufr. l. hi penes. 4. C. de agricol. lib. 11.* Caroc. *de locat. part. 2. tit. de Collect.* Klock. *d. cap.* 11. *num.* 164. [Castillo *de usufruct. cap. 5. num.* 21.]

15. Qui Collectam imponit, ille quoque ab ea immunitatem concedit. *l. sicut munera. 11. D. de vac. mun. l. 1. l. fin.*

D. de censib. l. un. C. de his, qui à Princ. vac. mun. lib. 10. Mynſ. *d. reſponſ. num.* 51. Frider. 2. *d. mand. cap.* 45. *num.* 12. Sixtin. *d. Regal.* 2. *cap.* 15. *num.* 129. Klock. *d. cap.* 16. *ſect.* 1. *num.* 13. *& ſeqq.* [Carol. Tapia *de conſtit. Princip. in Rubr. cap.* 4. *num.* 107. Jo. Gæddæ. 4. *conſ. Marp.* 16. *n.* 223.]

16. Cæterùm, hæc immunitas ſtrictè intelligenda eſt, [ac regulariter perſonalis eſſe judicatur. *l. forma* 4. *§. quanquam.* 3. *ibi: à perſonis. D. de cenſib.* Teſſaur. *deciſ.* 116. *num.* 5. Marinis *ad Revert. Obſerv.* 32. *num.* 1. Jo. Gæddæ. 4. *conſil. Marp.* 16. *num.* 357. [Nec *ad caſum inſolitum neceſſitatis & temporis belli* regulariter extendi poteſt. *l. cum te.* 3. *C. quemadmod. civ. mun. lib.* 10. *l. quoties.* 1. *C. ut nem. lic. in empt. lib.* 10. *l. jubemus.* 10. *C. d. SS. Eccleſ.* Dn. Klock. *d. Contrib. cap.* 19. *numer.* 519. Gail. 2. *Obſerv.* 52. *num.* 25. Roſenth. *feud.* 5. *concl.* 86. Frider. *d. cap.* 45. *num.* 14. Maul. *de Homag. cap.* 9. *num.* 77. [Fr. Revert. *deciſ. S. C. Neapol.* 130. *per tot.* Carol. Tapia *dict. cap.* 4. *num.* 102. *&* 103. Modò de vera & extrema neceſſitate agatur, ſcilicet quæ talis eſt, ut à cæteris ſubditis illi vix occurri poſ-

ſit.

sit, citra opem & adjutorium immunium. *per l. un. C. ut nemin. liceat. ab empt. spec. l. 11. §. 2. D. de muner.* Dn. Thabor. *de metat. sect. 2. cap. 1. num. 15.* latè Dn. Fritsch. *de necessit. sect 6. cap. 6. num. 5.*]

17. Quæ tamen assertio *Limitatur.* I. Nisi in genere de omni casu necessitatis cogitatum aut stipulatum fuerit tempore concessionis. *arg. l. qui jure. D. d. milit. testam.* Raudens. *respons. 54. num. 8. vol. 1.* Tileman. de Benign. *Syntag. 2. decad. 1. Vot. 5. num. 51.* [Dn. Thabor. *dict. sect. 2. cap. 1. n. 17.*] II. Nisi Quis cum *titulo oneroso*, puta pretio vel propter servitia, immunitatem hanc acquisierit. Roland. à Valle. *cons. 5. num. 5. num. 53.* Cocher. *decis. 39. num. 1.* Myns. *respons. 1. num. 24. decis.* Sixtin. *2. d. Regal. cap. 14. num. 136.* [Vel si immunitas hæc ex *Contractu* proveniat. Contractus enim necessitatem præstationis habent; etiam in persona summi Principis. *Canonista in cap. 1. X. de probat.* Consil. Marp. *4. consil. 16 num. 323.* Besold. *consil. 175. num. 7.* Dn. Thabor. *de metat. part. 3. sect. 2. cap. 1. num. 14.* Jo. Gæddæ. *4. consil. Marp. 16. num. 323.*] III. Nisi immu-

immunitatis privilegium clausum sit in corpore Juris. *arg. l. 8. d. minor.* Sylvan. *cons. 66. num. 19.* Raudens. *respons. 54. num. 22. cap. 1.*

17. Quæritur autem; *An Dominus territorij de prædiis allodialibus, à privatis comparatis, à Collectis immunis sit?* Quod Regulariter negant Doctores. [Quoniam bona manent in suo qualitate, & emptor bonorum rusticorum, sua contractu non potest variare naturam bonorum.] *per l. 2. C. de. Privil. dom. Augst. l. vacuatis. 13. l. nullus. 28. ibi: Qualibet dignitate fultus. C. de Decurion. lib. 10.* Alber. de Rosate *in Rubr. D. de muner.* Jacob. de S. Georgio. *de homag. num. 39. Vbi de communi opinione attestatur.* Ægid. Thom. *de collectis. Vers. Exactis. fol. m. 321. per tot.* [Dn. am. Erhard. *de oper. rusticor. conclus. 21.* Walther. *de metat. cap. 8. §. 64.* Dissentit Tiraquell. *de Nobilit. cap. 20. num. 168.*]

18. Ulterius Quæritur: *An immunitas à Collectis à Principe territorij alicui concessa, cæteros Cives oneret?* Et hanc immunitatem, ipsius Principis concedentis detrimento, non verò Civitatis

tatis imputari, deducunt Doctores. *ex l. actores. C. de exact. tribut.* Nam Privilegium uni concessum, non debet redundare in alterius præjudicium. *per l. cum filius, D. de testam. milit.* Præsertim cum immunitas semper censeatur contra utilitatem publicam. Franc. de Amaya *ad l. 1. num. 4. C. de immun. nemin. conced.* Ita Jacob. de S. Georg. *de homag. num. 38.* Paris. *consil. 70. num. 14.* Cravet. *consil. 945. num. 3. & seqq.* Rosenthal. *de feudis cap. 5. conclus. 85. lit. C.* Distinguit Natta *consil. 160. n. 37.* Vide latè Klock. *de Contribut. cap. 16. num. 23. & seqq.* [Walther. *tr. de metat. cap. 8. §. 49. Q. 28.*]

Caput LXIII.

De Jure detractionis, vom Abzug.

1. JUri Collectarum annexum est Jus detractionis die Nachsteur/ Abfahrt/ und Abzug: Quo certa portio defalcatur de bonis, quæ è territorio alicujus Imperii Principis aut Status, in aliud territorium transferuntur; Quod exigitur

exigitur ab eo, & quidem jure superioritatis, qui domicilium mutat, idvè alibi constituit. Reichs-Abschied / *de An.* 1594. §. und so viel. Pruckm. *cons.* 48. Wehner. & Besold. *in Thes. Pr. V.* Nachsteuer. Mager. *de Advoc. armat. cap.* 10. *num.* 197. Klock. *de Contrib. cap.* 1. *num.* 234. [Hoc Detractionis Jus, Civitatibus Imperii imprimis quoque competere, tradit Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 13 *& per tot.* Eichman. dissert. *de jur. detract. posit.* 2. *lit. D. act. posit.* 7. *per tot.* apud Fritsch. *E. I. P.* 4.] Quod etiam Galliæ & Italiæ mores observant. teste Decian. *respons.* 54. *num.* 55. Rauchb. 2. *quæst.* 15.

[2. Vestigia juris Detractionis reperimus in Romana historia, adeò ut Cæsarem Augustum, Detractione primùm usum fuisse, tradat Dio Cass. *histor. lib.* 55. Tacit. 4. *Annal.* 55. Leges quoque Civiles similia ferè Detractionis vestigia referunt *in l.* 2. §. *ex his.* 44. *D. de origin. jur.* Quo facit. *tot. tit. C. Quand. quot. pars. lib.* 10. *l. un. C. Non licer. habit. metrocom. lib.* 11. *l. fin. in pr. ibi: vicesima. C. de edict. Div. Hadr.* Chopin. *de dom. lib.*

lib. 1. *tit.* 2. *num.* 5. Knipſchilt. *dict. cap.* 20. *num.* 6. *Ratio* hujus Detractionis ſuâ æquitate nititur, ſcilicet, quòd Dominus territorii in redhoſtimentum præſtitæ defenſionis, ac in compenſationem imminuti æſtimi, ac cenſus annui, aliquid de bonis exportatis decerpat. Gail. 2. *Obſerv.* 36. *num.* 9. Klock. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 5. Knipſch. *d. cap.* 20. *num.* 12. Eichman. *dict. poſit.* 2. *lit. D.*]

3. Duas detractionis ſpecies Germaniæ uſus obſervat, Easvè exigit; [*Primò* propter emigrationem: *Secundò* propter Hereditatis perceptionem. Dn. Knipſchilt. *dict. cap.* 20. *num.* 21.] *Ex domicilij mutatione*, detractio ſolvitur; Cùm ſubditus Juri Civitatis renunciat, ac domicilium in alterius Principis territorium transfert; Quo caſu, Dominus territorii ordinarius, certam bonorum portionem patrimonio migrantis detrahit. Köpp. *deciſ.* 5. & 11. Gail. 2. *Obſ.* 36. *num.* 10. Klock. *d. cap.* 1. *num.* 236.

4 *Domicilium* autem mutare, ac aliorſum migrare, cuilibet liberum eſt, etiamſi territorii Dominus diſſentiat; modò non fiat malitiosè; *l. Titio.* 71. §. 2. *D. de*

D. de condit. & demonstr. l. f. C. d. oper. lib. Reichs-Abschied / *de Anno* 1555. §. wo aber unsern. Gail. *2. Observ.* 36. *num.* 14. Bruning. *d. jur. universf. th.* 59. Mevius *ad Ius Lub.* 1. *tit.* 2. *art.* 2. *num.* 69. [Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 2. Laudat liberam hanc, emigranti facultatem, *Cicero*, ne quispiam maneat in Civitate invitus, & fundamentum vocat libertatis, sui quemque juris & retinendi & dimittendi esse Dominum. *Cicer. pro Balbo.* Eichman. *de jur. detract. membr.* 2. *Concl.* 1.]

5. Quæritur autem: *An Statutum vel Edictum valeat, ne subditi extra territorium migrent, sub gravi pœna aut confiscatione bonorum?* Quod *Negamus*; Quoniam tale Statutum aut Edictum libertatem naturalem nimium constringit; ac servitutē inducere videtur. *d. l. Titio.* 71. §. 2. *D. de condit. & demonstr. arg. l. nec non.* 28. §. 1. *D. ex quib. caus. maj.* Amaya. 1. *Observ. jur. cap.* 6. [In Principis autem potestate minimè consistit, contra ius Gentium', subditos libertatem naturalem adimere, ac pro lubitu circumscribere. Eichman. *dict. membr.* 2. *conclus.*

conclus. 1. Henr. Klock. *de vectigal. conclus.* 93. Schepliz. *ad Consuet. Br. part.* 4. *tit.* 14. §. 2. *num.* 8. Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 20. *num.* 4.] Dissentit [Klock. *de contribut. cap.* 7. *num.* 142. Stamm. *de servit. pers. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 11. Rümelin. 2. *ad A. B. Dissert.* 5. *thes.* 5. Et hoc operosè defendit.] Joan. Anton. Bellon. *consil.* 5. *num.* 45 *& seqq.*

6. Quæritur Ulterius; *An is qui ex necessitate, non propria culpa, aliò migrat, detractionis Ius solvere teneatur?* Et hoc *Negamus*; Nisi eo in casu, quo quis seipsum spontaneè in necessitatem emigrandi conjecerit, scil. delinquendo. *arg. l.* 36. *in f. D. de jud. l.* 7. § 1. *D. qui sat. cog.* Köpp. *decis.* 11. *num.* 15. Berlich. 5. *concl.* 52. *num.* 13.

7. Proindè Magistratum à subditis, quos ob Religionem è ditione discedere jubet, tributum emigrationis exigere non posse, æquum & justum est, sicuti tradit Referens apud Gylman. *tom.* 2. *Symphor.* 1. *tit.* 3. *vot.* 1. *num.* 4. *fol.* 207. *Qui præjudicia refert.* Cran. *de pac. Relig. part.* 2. *problem.* 1. Rümel. 2. *ad. A. B. diss.* 5. *concluss.* 6. [Ubi Additiones meæ.

Oo Henr.

Henr. Klock. *de vectigal. thes. 63. lit. D.* Quod latiùs deducit Dn. Eichman *de jur. detract. membr. 2. conclus. 2.* Knipschilt. *dict. cap. 20. num. 38.*] Contrarium tamen *Praxis Imperii* in multis locis, non sine gravamine tenet.

8. In Ducatu *VVürtembergico* Cives pleniori libertate gaudent, ac vigore *Tubingensis* Transactionis initæ *An.* 1514. Tubingæ, cum Duce Ulrico, & confirmatæ, à Duce Christophoro *Anno* 1551. ab onere detractionis liberi sunt; **der Tübingische Vertrag gibt jeden Württembergischen Bürger ein freyen Zug. §. damit auch der.** [Knipschilt. *dict. cap. 20. n.* 15.]

9. Modò Emigrans 1. cuncta debita ante discessum exsolvat. 2. Ne intra annum, contra patriam quidquam moveat vel agat. 3. Ut lites intra annum judicialiter exagitet & earum determinatione acquiescat. **Fürstl. Würtemb. Lands-Ordnung.** *tit.* **vom Burger-Recht. §. so einer.** Rümelin. *d. dissert. 5. concl. 5.* Simili privilegio etiam Cives *Spirenses*, *VVormatienses*, ac *Kizingenses* gaudere, tradit Gylman. *3. Symphor. fol. 147.* Wehn. *in Obs. verb.* **Nachsteuer.**

10. Quæ

10. Quæritur autem: *An Habitator*, vel Incola ein Beysitzer. *Qui per aliquot annos in Civitate aut pago VVürtenbergensi larem fovit, ac ibidem bona ac peculium aliquod acquisivit, postea sese, cum facultatibus aliorsum confert, Ius detractionis solvere teneatur, à quo aliàs Cives immunes sunt & exempti?* Quod utique *Affirmamus*. Quoniam habitator onera civica non suffert, nec collectas, aliasvè præstationes personales sustinet, sed solvendo annuum habitationis precium [Quod vulgò, Beysitz Gelt vocamus,] liberatur. Quomodo ergò civica commoda & privilegia habere poterit? Cum propriè loquendo habitator non sit Incola, nec incola sit Civis. *l. Cives. C. de incolis.* Buning. *de homag. conclus.* 281. Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 80. & 84.] Ideò Statutum loquens de *Cive*, non comprehendit *Incolam, nec habitatorem*: Sed strictè ac propriè intelligendum est. Bart. *in l.* 3. *§. hæc Verba. D. de negot. gest.* Aldr. Mascard. *de Statut. concl.* 4. *per tot.*

11. Proinde cum *in lege Censoria*, portus Massiliensis scriptum erat: *Civis*

vendens Navem aut aliud lignum, portorium ne dato. Ac *Gigantus de Mariano Corsus*, Marsiliæ habitator Navem vendens portorium pendere recusaret, ad solutionem in supremo Aquisgrani Judicio, majori calculo condemnatus fuit, *teste* Francis. de Chapper. *caus.* 78. *quæst. un.* Quo faciunt tradita Amayæ *ad l. Cives.* 7. *num.* 110. *C. de incolis lib.* 10.

12. *Secunda species* exigendi Detractionem existit in hæreditatis perceptione. Nam Dominus territorii ex hæreditatibus, legatis aut Donationibus quæ ad extraneos, sivè testamento, sivè ab intestato perveniunt, ac extra territorium transportantur, certam quotam & portionem deducit. per **Reichs-Abschied** *de Anno* 1494. §. **und soviel.** Köpp. *decis.* 5. Wehn. *in Observ. verb.* **Nachsteuer.** Rauch. 1. *l. quæst.* 15. [Knipschilt. *dict. cap.* 20. *num.* 21. Klock. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 12. *ac cap.* 20. *per tot.*]

13. Quod ubique ferè locorum observatur, nisi Magistratus cujusvis loci, hoc jus speciali pacto sibi invicem remiserint, **da die Obrigkeit sich verglichen / einen freyen Zug gegeneinander zu haben.**

habem. Sicuti Serenissimus *Dux VVürtenbergiæ* cum quibusdam Civitatibus Imperii certa pacta habet.

14. Hæc Detractionis *Quota* incerta est, ac variatur secundum locorum consuetudinem; quandoque deducitur *decima* pars, quandoq; *Quarta*; quandoque *Vigesima*; *Francofurti*, *Bambergæ*, & *in Palatinatu* est decima pars: In *Marchia Brandenburgica* decima quinta; Wehn. *Observ.* Nachsteuer. Köppen. *decis.* 5. *num.* 5. Klock. *d. cap.* I. *num.* 234. In *VVürtenbergiæ* Patriæ Ducatu est decima pars. Fürstl. Würtembergische Lands-Ord. *fol.* 7. [Unde vulgò, der zehende Pfenning vocatur. Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 20. *num.* 53.]

15. Quæritur autem: *An liberi, paternæ hæreditatis decimam solvere teneantur?* *Negatur. per l. un. C. d. impon. lucr. descript.* Forstner. *de Success. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 20. Berlich. *part.* 3. *concl.* 52. *num.* 23. [Maul. *de homag. tit.* 10. *num.* 39. modò in patria & territorio permaneant, nec alibi domicilium, ante hereditatis perceptionem constitutum habeant; aliàs secùs erit dicendum. Dn.

Knipschilt. *dict. cap. 20. num. 36. & 37.* Besold. *in Thes. Pr. Verb.* Abschoß.

Caput LXIV.

De Vectigalibus.

[1. Nihil vel naturâ vel arte tàm solidum est & perpetuò durabile, quod longo usu non conteratur, ideò reparatione necessariò indiget. Quod imprimis in Viis & stratis publicis animadvertimus. Dn. Fritsch. *de viis publ. cap. 14. per tot.* Marquard. *de mercat. lib. 1. cap. 3. num. 30.*] Ac quoniam sine Viis publicis aut fluminibus, tàm personæ, quàm bona, de loco ad locum vix transferri possunt, & in iisdem reparandis, providendis, tutisq; reddendis, non modicus labor, imprimis verò magni sumptus requiruntur, ideò pro earum refectione vectigalia imponuntur, ac meritò exiguntur. Græf. *de Regalib. cap. 7c.* [Klock. *de ærario. lib. 2. cap. 77. num. 21.* Fritsch. *dict. tr. cap. 8.*]

2. Hinc in Imperio Rom. Germ. Principes & Imperii Status in compensationem

ſationem reparationis & tutelæ, ſuperioritatis jure, *Vectigalia*, olim à Majoribus indicta, cum conſenſu Imperiali, aut alio titulo legitimo adquiſita, hodiè liberè exigunt, ac pleno jure, ſecundum modum conſuetum, aut quantitatem conceſſam percipiunt. Sixtin. *de Regal. lib. 2 cap. 6. num.* 14. Roſenthal. *de feud. cap. 5. concl.* 33. Buxtorff. *ad A. B. conc. 91.* Arniſ. *de jur. maj. 3. cap. 7. num. 7.* [Petr. Fr. Mindan. *de mandat. lib. 2. cap. 43 num. 26. latè* Fritſch. *dict. cap. 8. n. 11. & ſqq.* Quod in ſpecie, Civitatibus quoquè Imperii meritò attribuit Dn. Knipſchilt. de Civit. Imp. *lib. 2. cap. 18. num. 1. & 30.*]

[3. Sicut autem, jam olim apud *Romanos*, Vectigalia ſine Imperatorum præcepto, nequè Præſidi, nequè Curatori, neque Curiæ conſtituere, nec præcedenta reformare, & his vel addere vel diminuere licebat, teſte Hermogeniano *in l. vectigal. 10. D. d. publican. & vectigal.* Bulengei *de vectigal. cap. 1. & 2.* Dn. Knipſchilt. *dict. lib. 2 cap. 18. num. 2.*] Ita quoq; moribus hodiernis *Vectigalia* vel *nova* exigere, vel *vetera* augere in

Imperio Rom. Germ. nulli omnino licet, absque ſpeciali *Imperatoris* conceſſione, requiſito inſuper *Electorum* conſenſu. Reichs-Abſchied *de Anno* 1576 weiters ſeynd. *f. t. t. C. de vectig. nov. l. vectigalia.* 10. *l. quantæ.* 12. *D. de public.* Daſſel. *conſ.* 3. *n.* 2. Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. cap.* 8. Klock. *d. Contribut. cap.* 3. *num.* 11. Dn. Limn. *ad Capitul. Carol. V. art.* 1. [Quam conceſſionem rarò & ægerrimè fieri ſolere & debere, tradit Vander-Graef. *dict. cap.* 30. *num.* 12.]

4. Proindè *Camera Imperialis*, ſi Princeps vel Status Imperii quicquam in contrarium intendit, *Mandata* ſinè clauſula inhibitoria ac reſtitutoria præter extraordinariam pœnam, decernit. *dict. l. vectigalia.* 10 §. *non ſolutis. D. de public. l. ſi provincialium.* 4. *C. de Vectig. nov. inſtit.* Roſenth. *de feud. cap.* 5. *concl.* 13. *num.* 12. Gylman. 3. *Symphor. verb. Vectigal. num.* 186. *Vide* Rümelin. 1 *ad A. B. diſſ.* 8. *concl.* 25. [Mindan. *dict. cap.* 43. *in pr.* Knipſchilt. *dict. cap.* 18. *n.* 14. & 15.] Hinc quilibet Circulus jubetur in R. A. *de Anno* 1576. §. weiters ſeynd, in hoſce vectigalium flagellatores inquirere, ut

ad

ad debitam & condecentem pœnam trahantur. Denaiſ. *in Iur. Cam. Rubr. 231.* Frider. *2. de mand. cap. 42. num. 7.*

5. Quæritur autem: *An etiam Telonÿ translatio, de loco ad locum, prohibita cenſeatur? Affirmatur.* Quoniam vectigaliorum reformatio, ſine Imperatorum præcepto fieri non debet. Secundum Hermogenianum. *in dict. l. vectigalia. 10. in pr. l. ſi publicanus. 4. §. fin. ibi: ferè conſuetudo. D. de public. l. ſi cujus. D. de servit.* Bocer. *de Regal. cap. 2. num.* 195. Becht. *de ſecurit. concl.* 59. Rümelin. *ad A. B. 1. diſſ. 8. concl. 20.* Præjudicium refert in Cauſ. C. C. contra A. E. C. Frider. *2. de mandat. cap. 42. num. 17.* [Adjecta tamen *Declaratione*, modò translatio hæc tranſeuntibus non modicum damnum adferat. Dn. Fritſch. *de via public. cap. 8. num. 22.*]

6. Solet autem Imperator cum Electoribus quandoque uni vel alteri Statui Imperii ex juſta & rationabili cauſa, Telonii erectionem vel auctionem concedere. *arg. l. 1. C. vectig. nov. inſtit.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concl. 44.* Buxtorff. *d. concl. 91. lit. e.* Puta, ob publi-

cam utilitatem vel necessitatem; ob tenuitatem Ærarii; aut sumptuum magnitudinem, in sustinendis pontibus ac reficiendis viis. *d. l. f. C. vectig. nov.* Frid. *lib. 2. C. 43. n. 6.* Sixtin. *2. de Regal. cap. 6. num. 43.* Vide Klock. *d. c. 3. num.* 119. [Vander Graef. *dict. tr. cap. 30. num. 5.* Knipschilt. *dict. cap. 18. num. 30.* Fritsch. *de viis public. cap. 8. &* 14.]

7. Ideò supplicans pro impetratione Telonii, narrare debet. I. Causam pro impetrando telonio. II. Principes vicinos. III. Ipsum locum, in quo telonium erigere vult; ne vicinia nimis oneretur. IV. Utile etiam est attestationem habere Vicinorum Principum ac Statuum Imp. ne postea ad alicujus instantiam, Telonium, tanquam sub & obreptitiè impetratum, irritum declaretur. Mynf. 5. *Observ.* 31. Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 43. num. 7* Klock. *de Vectigal. concl.* 16. [Knipschilt. *dict. cap.* 18. *num.* 16]

8. Qui ad Vectigalium præstationem tenetur, obligatur ad mercium *professionem*, er muß sich bey dem Zoll angeben/ ac ad debitæ quantitatis solutionem;

nem; [Omnes enim ii, qui securitate in viis aut portibus publicis gaudere volunt, ad solvendum vectigal prompti esse debent. *per l. 2. in fin. C. de annon. l. 1. C. de navicul.*] Alioquin merces in commissum cadunt, **sie seynd verwirckt und verfahren.** *l. f. §. quoties. 3. D. d. public.* Ferrar. *in Practica tit. de pedag. sol.* Sichard. *ad Rubr. C. d. vectigal.* Frider. *d. cap. 43. num. 10.* Dassel. *d. Consil. 3. n. 8.* Dn. m. Bocer. *de Regal. cap. 2. num.* 207. Rosenth. *d. feud. cap. 5. concl.* 36. Becht. *d. securit. concl. 57.* [Unde scribit Jacobus Vander Graef. *Qui vectigalia defraudant, Deo & mundo peccantes amissione bonorum suorum plerumq; plectuntur. l. 4. §. 5. D. de offic. proconf. l. 3. C. de navicul.* Vander Graef. *dict. tr. cap.* 30 *n.* 10.] Quæ pœna locum habet, etiamsi quis postea vectigal solvere paratus sit. *l. fraudati.* 8. *l. Commissa.* 14. *D. d. public.* Sixtin. *2. d. Regal. cap. 6. num.* 174. Rümelin. *2. diss. ad A. B. 8. concl.* 26.

9. Quod si quis viâ usus sit non solitâ vel prohibitâ, eo ipso Vectigal fraudare censetur, nec à pœna commissi liberatur, *l. cum proponas. C. d.*

naut.

naut. fœn. l. 2. C. d. Curs. publ. Rebuff. in l. qui fiscales. C. d. navic. lib. 11. Coler. *d. proceß. execut. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 47. Rosenth. *d. cap.* 5. *concl.* 59. Köpp. *decis.* 50. *num.* 25. Sixtin. *d. Regal.* 2. *cap.* 6. *n.* 164.]

10. Quid *Si nauta vel Auriga, sua culpa vel negligentia non solvat vectigal, num ideò Dominus mercium, pœnam commissi sustinebit? Negativa* opinio communior existit. *per l. fraudati.* 8. §. 1. *ibi: portionem cæteris non auferuntur.*] *l. cotem.* 11. §. *Dominus. ibi: navis Domino restituitur. D. d. publican.* [Pœna enim debet tenere suos authores, nec ulterius progredi debet metus; Magnus item Antonius Caracalla, Divi Severi filius ita rescripsit: *Si colonus vel servi, prædii Domini ferrum sive fabricam, illicitè in prædio fecerint, ignorante Domino, nulla pœnæ Dominum teneri. in*] *l. ult.* § 11. *D. dict. tit. l. f. D. ad Sc. Syllan.* Pap. *decis.* 572. Boer. *decis.* 128. *num.* 24. Ruland. *4. d. Commiß.* 2. *cap.* 5. *num.* 50. Stephan. *2. d. Iurisd. cap.* 7. *m.* 1. *num.* 259. Dn. m. Bocer. *d. Regal.* 2. *num.* 211. *latissimè* Gæhaus. *part.* 3. *pericul. q.* 41. *Dissentit* Frider. *2. Mandat.*

Mandat. cap. 43. numer. 87. Vide tamen. Rosenth. *d. cap. 5. concl. 23. num. 4.*

11. Quamvis autem *Vectigal*, vi vocabuli *à vehendo* desumpti, latè pateat, ac omne id denotet, quicquid tributi ac pretii, à quacunque re vel persona exigitur. Vide Bulinger. *in tr. de Vectigal. cap.* 1. Rosenthal. *d. cap. 5. concl.* 33. Arnis. *3. d. Iur. Majest. cap. 7. num. 5.* Frider. 2. *d. mandat. cap.* 42. *num. 9.* [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 18. *num.* 6. Vander Graef. *de Regal. cap.* 30. *num.* 2. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 69.*] Propriè tamen & hoc loco Vectigal dicitur, quod Reipublicæ pro avectione & invectione mercium datur, & in certo loco solvitur, in recompensationem præstiti salvi conductûs, [ac reparatione viarum & pontium. Fritsch. *de viis publ. cap.* 8. *&* 14.] Proindè tale Vectigal magis *Exteros* quàm *subditos* onerat. *l. ex præstatione* 7. *C. d. Vectig. & Commiß.* Schrad. *d. feud. part.* 10. *sect.* 5. *num.* 126. Bornit. *d. ærar. lib.* 5. *cap.* 10. Borcholt. *de Regal. n.* 45. Klock. *d. Vectigal. concl.* 7.

12. Sanè, Jure civili, Quantitas telonii erat pars octava. *d. l. ex præstatione.*

7. C. de vectigal. l. Romanæ, 2. C. de Eunuch. Hodiè juxta tenorem privilegiorum ac consuetudinem loci, Vectigalis quota non uniformis, sed varia existit. Vide Rosenth. *de feud. cap. 5. concl.* 35. Becht. *de secur. concl.* 71. Henric. Klock. *d. 17. concl. 7.* Quod observandum est ad differentiam deß Accise, Umbgelts/ Bier-steuer/ Fahr-zins/ Bruck- und Weeg-Gelt/ oder so man etwas auffs Fleisch schlägt. [Hoc tamen admonendum, quod vectigal non ex ipsis mercibus, sed in pecunia numerata solvi debeat. *l. universi. 5. ibi: pensitationis. C. de vectigal.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 6. num. 80.* Knipschilt. *dict. cap. 18. num. 49.*]

Caput LXV.

De Accisis, ac impositione Vini vectigalis, vulgò Accis und Umbgelt.

1. VI territorialis jurisdictionis, permissum est Imperii Principibus & Statibus, pro Usu Reipublicæ, imponere & exigere, *Vectigalia seu Dacia Vini,*

Vini, Cerevisiæ, aliquid *carnibus* imponere, item instituere *tabernas* publicas; daß Umbgelt/ Zapffengelt/ Tawerngelt/ einzuziehen/ zuerhöhen / etwas auffs Fleisch zu schlagen; Accis auffzulegen. & similes impositiones. De quibus Consil Argent. 2. *num.* 1. & *seqq. vol.* 1. Klock *de Contribut. cap.* 1. *num.* 306. *ac de ærario. lib.* 2. *per tot.* Besold. *in Thes. Pract. v.* Umbgelt. Quæ omnia sub verbo Gabellarum contineri solent. Vide Joan. Guttierez. *tr. eleg. de Gabell. in oper.* Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 19. Qui jus imponendi Accisa, etiam Civitatibus Imperii meritò attribuit, *sub num.* 6. & 31. Quod vel exinde patet, cum quorundam Civitatum Imperialium præcipui annui reditus in Accisorum perceptione consistant.]

[2. Dicuntur & derivantur *Accisa*, à verbo: *accido*, quod circumcido vel attinuo denotat, quasi pretio, carnibus aliisvè rebus vendibilibus imposito, aliquid accidatur, & ærario Dominico inferatur, quo Princeps faciliùs onera & sumptus publicos sustinere possit. Quod verbum clarescit ex hoc *Virgilij* versi-

versiculo: *Accisis coget dapibus consumere mensas.* Virgil. *lib. 7. aneid.*]

3. Hæc onera quoniam subditos principaliter gravant, nec forenses, nisi per consequentiam concernunt; Ideò absque *Imperatoris consensu* exigi, imponi, vel augeri posse, Doctores tradunt; Cum rationem & similitudinem collectarum habeant. Everhard. Sen. *cons. 4*2. *num.* 39. Besold. *consil.* 234. Wesenbec. *consil.* 303. *num.* 62. Klock. *de Vectigal. concl.* 11. Quod latè pro & contra deducit Knipschilt. *dict. cap.* 19. *n.* 7. *& seqq.*]

[4. Consultius tamen esse, censent nonnulli scriptores, si ad imponenda Datia & Accisa Vini & carnis, etiã Imperatoris consensus requiratur, sicut à Civitate Imperiali Augusta & Norimberga factum fuisse, tradit Casp. Klock. *de contribut. cap.* 5. *num.* 150.

[5. Accisa autem imponenda sunt, secundum consuetudinem cujusque regionis & Provinciæ. *l. locatio.* 9. §. 6. *D. de publican.* Gylman. *decis.* 20. *num.* 27. *fol.* 535. Ac cum consensu Civium vel subditorum, utpote de quorũ corio luditur; Necnon ex justa ac urgenti causa

Maul.

Maul. *de homag. tit. 9. num.* 124. Amaya *ad l. 3. num. 37. C. de Annon.*

[6. Sanè Gabellæ & Accisa, cum super rebus commestibilibus ac consumptibilibus imponantur, (unde consumptions-Mittel vocantur) ac consequenter tàm pauperes quàm divites gravant, ideò non facilè introducenda sint. *l. vectigalia. C. nov. vectig.* Consil. Argent. 2. *num. 24. vol.* 1. Unde in benè constitutis Rebuspublicis accisa semper odiosa habita fuerunt *arg. l. locatio. 9. §. earum rerum. 6. ibi: quarum nunquàm præstitum est. D. de publican. l. 1. C. de annon. & tribut.* Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 19. *num.* 13. Joan. Guttierez. *de gabell. Q.* 1. Fritsch. *de via publ. cap. 9. num.* 21.]

[7. Consuetudine autem Germaniæ, Datia Vini exigere & Accisa instituere, non ubiquè locorum Regalibus annumerari, censet Ruland. *decis. jur. quæst.* 12. Klock *de Contrib. cap. 3. num.* 123. Cum videamus, quod propter pretii exiguitatem & parvitatem, etiam Civitates municipales, hoc exigendi jus exerceant. Vander Graef. *de Regal. cap.* 32.

num. 8. Vide omninò Knipschilt, *cap. 3. num.* 123. *dict. cap.* 19. *num.* 23.]

Caput LXVI.

De Fluminibus Publicis.

1. Jus in fluminibus publicis, ac lacubus & omnis exinde proveniens utilitas, jure superioritatis, territorii Principi & Domino cedere, colligunt Doctores ex *c. un.* 2. *f.* 56. Rosenth. *de feud. cap.* 5. *concl.* 23. Gryphiand. *de Insul. cap.* 12. & 14. Sixtin. *de Regal.* 2. *cap.* 3. [Quod superioritatis jus in fluminibus, etiam *Civitates Imperii* habent, secundum tradita Knipschilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 114.]

2. *Flumina publica* dico, flumina majora, navigabilia, aut ex quibus alia fiant navigabilia; unde JC. Marcianus ait: *Flumina penè omnia & portus, publica sunt. in l.* 4. *D. de R. D. l. quo minus. inf. D. de flum.* Bocer. *de Regal. cap.* 2. *num.* 164. Harpprecht. *ad §.* 2. *num.* 3. *Inst. de R. D.* Aymon. *de aluv. lib.* 1. *cap.* 15. [Ideò, cum Jureconsultus, verbo, *Penè*, utitur,

eo

eo ipso, quædam excipere voluit, scilicet, ea quæ navigabilia non sunt, qualia torrentia sive non perennia habentur. Vander Graef. *de Regal. cap. 36. num.* 1. Vide Renat. Choppin. *de doman. lib.* 1. *tit.* 15.]

3. Hæc ad eundem Dominum pertinent, cujus territorium flumina perfluunt; *Tùm* quoad jurisdictionem. *l.* 2. *D. d flumin. Tùm*, quoad Protectionem. *arg. l. Congruit. D. de Off. Præsid. Tùm*, quoad proprietatem. *l.* 4. *D. d Rer. Div.* Schrad. *de feud. p.* 3. *cap.* 4. Cæpoll. *d. servit. cap.* 28. *&* 31. Sixtin. *d. Regal.* 2. *cap.* 3. *num.* 31. Arnis. *d. Iur. Maj.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. Heig. 2. *q.* 40. *num.* 36. Dn. Bocer. *d. Regal. cap.* 7. *num.* 164. Gryphiand. *d. insul. cap.* 10. *&* 11. *num.* 17. Tilem. *de Bening.* 2. *dec.* 2. *vol.* 7. *num.* 21. *&* 28.

4. Fluminorum autem usus, publicus est omnibus, Gentium jure. *l. diligenter. C. d. Aquæd. lib.* 11. *l. litera.* §. 1. *D. ne quid in loco publ.* Harppr. *ad Instit. in* §. *Flumina.* [Benjan. Leuber. *de jur. stapul. num.* 1736. Heberle *de libert. nat. restrict. posit.* 15. apud Fritsch. *E. I. P.* 16.] Hinc nemo prohiberi potest in publicis Flu-

minibus navigare aut piſcare. *t.t.D.ut in flumin. publ. navig. lic.* Roſenth *d. feud.cap.5.concl.21.lit.c.* Bruning. *d.jur. Univerſ.concl. 22.* [Vel *aurum* in flumine publico repertum, ſicuti etiam *margaritas*, colligere. *§. 2. Inſt. de rer. diviſ.* Heberle *dict.poſit.15.*]

5. Ac Camera Imperialis contra prohibentes, aut deteriorem reddentes Uſum Fluminum, mandata decernit ſinè clauſula, tàm inhibitoria, quàm reſtitutoria. *arg.t.t.ne quid in flum. publ. l. 1. ff. ut in fluv. publ.* Roſenth. *d. feud. d.cap.5.concl.21.num.3.* Frider. 2. *d.mandat. 36. num. 1 & 2.* Sixtin. *2. d. Regal. cap.3.num.36.* [Modò navigatio aut piſcatio cum alterius injuria impediatur, ac flumen inde deterius reddatur, aliàs ſecùs dicendũ erit. *tot.tit.D.de ripa muniend.* VanderGraef. *dict.cap.36.n.1.*]

6. Hunc tamen Uſum navigandi aliquatenus reſtringi poſſe à territorii Dominis, ſc. ex juſta cauſa, tradit Rauchb. *part.1.q.23.* Sixtin. *d.cap.3.num.4.* Gryphiand. *d.Inſul.cap.20.num 42.* Hering. *d.Molend. q.16.num 28.* Becht. *d.Secur. concl. 72.* [Sicuti videmus, hodie

omnium

omnium ferè fluminorum usum restrictum esse, adeò, ut præter usum aquæ, eumque non indifferentem libertati pristinæ, nihil ferè sit relictum. Unde in specie Principes multis in locis, piscium capturam, tempore quo sobolescunt, penitus interdicunt. latè Heberle *de libert. restrict. posit.* 15.]

7. Quæritur autem: *An in flumine publico licitum sit absq; consensu Domini territorij, Molendinum terrestre vel fluviaticum*, ein Schiff-Müllen *ædificare? Negat* communis Prudentum Schola; Quoniam fluvius tàm quoad alveum, quàm aquam profluentem, non privati, sed publici juris est, in quo præter consensum publicum, nihil efficaciter agitur; Non magis, quam si in aliena terra quisquam ædificaverit. *l. quemad. D. ad l. aquil. l. 1. & f. D. de flum.* Frider. 2. *de mand. cap.* 38. Hering. *de molend. q.* 15. Græf. *d. tr. cap.* 36. *num.* 2. [Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 196.].

8. Eodem jure ad territorii Dominum pertinent omnia incrementa fluviatica; Veluti *Alveus* à flumine publico derelictus. *l.* 1. §. *simili. D. de flumin.* Bero.

q. famil. 94. ubi Mylius. Item *alluvionis jus,* [die anwachs Gerechtigkeit oder der Anwurff.] quod & in infinitum usque competit. *l. 2. D. pro suo l. 1. C. d. alluv.* Gryphiand. *de insul. cap.* 18. Aymon. *tr. d. alluvion.* *Portus,* quo merces importantur & exportantur, [Eoque injussu Principis territorii, non cuivis uti frui licet. Heberlin. *de libert. nat. restr. posit* 13. Rümelin. *ad A. B.* 3. *Diss.* 3. *posit.* 25. *Ubi Addit. meæ.*] Ac *Ripatica,* jusque ripas aggeribus muniendi. [& à præternavigantibus Vectigalia exigendi.] *l. 1. §. sunt autem. D. de flum. t. t. D. de rip. mun.* [Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 120. Leuber. *de jur. stapul. n.* 10.] Aliaquè quàm multa jura Princeps circa flumina possidet, quæ vide apud Sixtin. *de Regal.* 2. *cap.* 5. *&* 18. Rosenth, *de feud. cap.* 5. *concl.* 32. Klock. *consil.* 5. *per tot.* Græf. *de regalib. cap.* 36. *per tot.*

9. De *Insula* in flumine nata, maximè disceptatum fuit in Camera Imperiali, *An ea, ratione proprietatis ad Dominum territorij pertineat, an verò ad eos, qui propè ripam prædia possident?* Ac pro *Domino territorij,* Domini Camerales decideruntr,

derunt, *apud* Joan. Forster. *in proceß. Cameral. tit.* 15. *Rub. de Insula. vot.* 2. *fol.* 38. Gylman. 1. *Symph.* 2. *vot.* 2. *fol.* 144. Sixtin. *d. Regal.* 2. *cap.* 3. *num.* 29. Tileman. *de Benign. d. Vot.* 7. *num.* 31. *& seqq.* Gryphiand. *de Insul. c.* 10. *&* 11. Nöc. Meurer. **vom Wasser-Recht.** *part.* 2. *num* 8. [De Insulis in Rheno & Rhodano natis vide Klock. *de arar. lib.* 2. *cap.* 63. *num.* 13. *&* 14.]

10. Hûc pertinet quoq; *piscationum* reditus & jus detrahendi decimam piscium partem. Sixtin. *d. Regal.* 2. *c.* 18. Dn. m. Bocer. *eod. tr. cap.* 1. *n.* 42. Frider. 2. *d. mandat. cap.* 36. *n.* 22. [Graef. *dict. tr. c.* 40.] Item Jus Rates ducendi, **das Flotz-Recht;** Quo etiam quidam referunt, *jus Stapulæ,* **die Anfahrt/ Niderlag/ und Staffel-Recht/** [Leuber. *tr. integr. de jur. stapulæ.*] Vide de hisce juribus Everhard. *cons.* 9. *lib.* 1. Mynſ. *cons.* 19. *dec.* 2. Maul. *d. jur. Conduc. tit.* 3. *num.* 21. Becht. *d. securitat. concl.* 73. Klock. *d. Contrib. cap.* 3. *num.* 87.

[Addit. ad A.B. Rümelin. *part.* 3. *Dissert.* 3. *posit.* 24. *& seqq.*]

Caput LXVII.

De Viis Regiis ac publicis. von der Käiserl. freyen Land- und Heer-Strassen.

1. JUs in *Viis ac Itineribus Publicis, seu Regiis*, auff freyen Heer- und Land-Strassen: Sicuti olim populo, ita hodiè Principi & Domino territorii competit; Cujus enim solum publicum esse probatur, ejus quoque Iter regium ac cura viæ Basilicæ erit. *arg. l. libera. 3. D. ne quid in loc. publ.* Reichs-Abschied/ *de An.* 1548. §. ferner auch. Rosenth *de feud. cap. 5 concl.* 21. Gail. *2. Observ. 64. num. 2.* [Dn. Fritsch. *tr. de via public. cap. 10. per tot.* Quo superioritatis jure in Viis & stratiis publicis, etiam Civitates Imperii gaudere, tradit Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 4. num.* 113. *& lib. 2 cap. 5. num.* 14.]

2. Et hoc *Tùm*, quoad *Protectionem*, scilicet, itinera reddere tuta, contra quosvis grassatores, ac ea à malis hominibus purgare. *l. 3. inf. l. 12. D. de Offic. præsid.* Boc. *de Regal. cap. 2. num. 144.* Kizel. *de jur. monet. theor. 1. lit. m.* [Fritsch. *dict.*

dict. cap. 5. & 6.] Eavè reficere ac sarta tecta conservare. *l. 7. C. de Sacros. Eccl.* Graef. *d. Regal. cap. 34. n. 4* [Fritsch. *dict. tr. cap. 14.*] Ubiquè liberum præbere aditum, ac expeditum servare transitum *t. t. D. de via publ.* Frider. *l. d. mandat. cap. 36. n.* 1. [Fritsch. *dict. tr. cap. 8.*] Euntes & redeuntes conducere: *arg. l.* 1. §. *1. D. de his, qui dejec.* Maul. *de jur. conduc. tit. 3.* [Fritsch. *dict. tr. cap.* 12.]

3 *Tùm*, quoad *jurisdictionem*, scilicet, in delicta in viis publicis commissa, inquirere & animadvertere. *l. congruit.* 13. *D. de off. præsid.* Michaël. *de Iurisdict. concl. 50. lit. d.* Kizel. *dict. theor.* 1. *lit. m.* [Fritsch. *dict. tr. cap.* 10. *per tot.*] Proindè *in Gallia*, peculiaris constitutus est Regius Magistratus, *Maistre des ports passages & chemins*, qui curam viarum & itinerum publicorum exercet. Gregor. Tholosan. *3. Syntag.* 13. *num. 5.*

4 Hinc infero, quamvis *Nobilis* quidam, in pago mixtum & merum Imperium habeat, Principem tamen & Dominum territorii, de homicidio in via publica commisso, cognoscere, ac homicidam punire posse. Schneid. *de feud.*

part. 2. num. 101. *& seqq.* Sixtin. 2. *de Regal. cap.* 2. *num.* 16. *Ubi præjudicium refert.* [latè cum distinctione Dn. Fritsch. *dict. tr. cap.* 10. *num.* 16.]

5. Multò magis licitum erit, *Prædonem*, in Viâ publicâ delinquentem ac fugientem in pagum cujusdem Nobilis, aut Civitatis, quæ merum tamen Imperium in pago habet, persequi, ac ibi capere. [dann hierinnen die Nach-eil nicht zu versagen ist.] Nemo enim in Imperio prohiberi potest, uti viâ publicâ, ne individua facti à se invicem separentur. *t. t. D. ne quid in loc. publ.* Gail. 1. *P. P. cap.* 16. *num.* 26. Myns. 2. *Observ.* 28. Bruning. *de jur. Univers. concl.* 22. [Vult. *ad leg.* 1. *fol.* 230. *C. Ubi de crimin.* latè Besold. *de jur. territor. cap.* 3. *num.* 3. *&* 4.] Quod adeò verum est, ut contra prohibentes sinè justa causa, *Camera Imperialis* mandata sinè clausula decernat. Frider. 2. *de mandat. cap.* 36. *&* 38. *præjudicia refert.* Rosenth. *d. feud. cap.* 5. *concl.* 21. *num.* 3. [Vide tamen Joan. Wamess. *consil. Canon.* 516. *per tot.* Asylolog. *in cap.* 10. *n.* 21.]

6. Quæritur autem; *An Princeps aut Status Imperii, alteri Statui concedere teneatur*

tur transitum suorum militum, oder schuldig seye den Paß zu geben? Et hoc, præstita prius cautione de non offendendo & indemnitate transeuntium, *affirmandum* esse censeo. *per l. fluminum.* 20. *in pr. D. d. damn. infect. l.* 2. *§. vim.* 29. *D. ne quid in loc. publ. l.* 1. *d. via. publ. Novell.* 130. Reichs-Abschied / *de Anno* 1542. §. Es sollen auch. R. A *de Anno* 1555. §. wo sich aber. Reichs-Abschied. *de Anno* 1598. §. wo sich aber. Ord. Cam. *pag.* 2. *tit.* 15. Dn. Limn. *ad Capitul. Ferd. III. art.* 29. *verb.* Durchzug. Dn. Speidel. *in Specul. Var. Obs. lit. D. Verb.* Durchzug. [Vide omninò Thom. Maul. *de Pac. Publ. cap.* 19. *fol. m.* 85. Felden. *ad Grot. de jur. bell. & pac. lib.* 2. *cap.* 2. §. 5. Dn. Fritsch. *tr. de via publ. cap.* 8. *num.* 7.]

Caput LXVIII.

De Juribus Fiscalibus.

I. HUcusque de juribus superioritatis, quæ in *Bonis publicis* exercentur; subsequuntur jura, ex quibus *Fiscus* ex bonis *privatorum* commodum capit.

capit. Nam Principibus ac Statibus Imperii, *jura fiscalia* in territorio competere, vulgò notum est. Stephan. *de jurisdict. 2. part. 1. cap. 7. memb. 2. num. 1. & seqq.* Rosenth. *de feud. cap. 5, num. 52. & seqq.* Klock. *consil 32. numer. 56.* [Quod fisci Jus, *Civitatibus* quoque Imperii immediatis ab antiquo competere, multis authoribus firmat Dn Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib. 2. cap. 15. n. 1.*]

2. Proinde Principes & Status Imperii, Fisci rationibus vindicant. I. *Bona vacantia & caduca*, Erblose Güter. [Quæ in Regno utriusquè Siciliæ, Bona *excadentia* & *mortitia* vocantur. *in Constit. R. V. S. lib. 1. tit 85. ac lib. 3. tit. 5.* Ubi Matth. de Afflictis *in Constit. Reg. Neapol.*] Hæc Bona, tùm demùm Fiscus capit, cum hęreditas vacua existit, ob defectum hęredis, dum nullo extante hærede, ex qualibet sanguinis linea, à proprietario, bona, morte defuncti quasi deserta existunt. *c. un. 2. feud. 56. t. t. C. de bon. vacant.* Sixtin. *de Regal. 2. cap. 9.* Graef. *de Regal. cap. 46.* [latè Arnisæ. *de jur. majest. lib. 3. cap. 6. num. 18.* Knipschilt. *dict. cap. 15. num. 9.* Exempla Imperii Romani, quod

quod integri Ducatus vacantes Fisco imperiali accessêre, refert Renat. Choppin. *de Doman. lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 1.]

3 Bona tamen ista ad fiscum transeunt cum suo onere, scilicet, ut fiscus debitoribus ob defuncti æs alienum satisfaciat. Quoniam Fiscus non jure proprio, sed jure hæredis succedit. *l.* 7. *C. de distract. pign. l.* 6. *§. si fisco. D ad Trebell.* Gail. 2. *Obs.* 86. *num.* 4. Vide latè Amaya *ad l.* 4. *num.* 7. 8. 9. *C. de bon. vacant.* [Choppin. *dict. tit.* 12. *num.* 12]

4. II. Fiscus sibi vindicat *Bona Ereptitia*, quæ indignis auferuntur, *v. g. si quis aliquem testari prohibuerit aut coegerit.* Propterea vocantur *ereptitia*, quoniam acquiruntur quidem iis, quibus relicta sunt, sed ab indigno acquisita propter indignitatem, auferuntur & eripiuntur. *t. t. quibus ut indig. l. cum.* 47. *in f. de jur. fisc.* Peregr. *de jur. fisc.* 2. *cap.* 2. Rosenth. *d. cap.* 5. *concl.* 54. Sixtin. 2. *de Regal. cap.* 10. [Fr. Reverter. *decis. S. C. N.* 25 *num.* 1. Klock. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 138.] Modò heres indignus hæreditatem adierit. *l. si sequens.* 15. *D. ad SC. Syllan.* Franc de Amaya. 3. *Observ. jur. cap.* 8. *n.* 20. [Klock.

[Klock. *de arar. lib. 2. cap* 138. Knipschilt. *dict. cap. 15. num.* 13. Ubi differentiam inter bona incapacium & indignorum refert.]

5. Quæritur autem: *Si indignus hæreditatem non adierit, An fiscus substitutum, aut hæredem ab intestato venientem, excludat? Negatur. arg. l. un. in pr. ibi: ut & substitutiones introducerent, ne fiant caduca.] & in §. cum.* 13. ibi: *si habeat substitutum. C. de caduc. toll.* Fach. 4. *cap.* 64. Bocer. *de Regal. cap.* 3. *num.* 47. Græf. *d. tr. cap.* 44. *num.* 5. [*Vide* Conrad. ab Einsidel. *de Regal. cap.* 3. *num.* 161. Dissentit, in crimine Læsæ Majestatis Choppin. *de doman. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 17.]

6. Quæritur etiam, quid juris; *Si maritus uxorem occidit; Fiscusnè, An verò proximior Vxoris hæres, partem hæreditatis Marito competentem (sivè ex testamento sivè ex Statuto) capiat?* Pro fisco concludit Bocer. *de Regalib. cap.* 3. *num.* 46. Ego pro *Hærede* respondeo; nec puto delinquere eum, qui in dubio contra fiscũ respondet. *l. non puto.* 10 *D. de jur. fisc.* Ant. Bull. *consil.* 1. *q.* 13. *cui Heideman, Cothman.*

Cothman. & alij subscripserunt. [Larrea *allegat. fiscal. in proœm. num. 8.*]

7. III. Fisco quoque cedunt, *Bona Damnatorum ac Proscriptorum*, secundum novas constitutiones. *auth. bona. C. de bon. damnat. Nov. 134. c. fin. cap. un. lib. 2. f. 56.* Bocer. *de Regalib. cap. 3. num. 59.* Græf. *d. tr. cap. 45* Quæ intelligenda sunt, de proscriptis & damnatis, propter majora delicta; *V. G.* propter crimen læsæ Majestatis, tàm divinæ quám humanæ. *Const. Cr. Caroli V. art. 134.* Rosenth. *de feud. cap. 5. concl. 59. lit. e.* [Arnisæ. *dict. lib. 3. cap. 6. num. 3. & seqq.* Einsidel. *de Regal. cap. 3. num. 131.* Knipschilt. *dict. cap. 15. n. 24.* Graef. *de Regal. cap. 45.*]

8. Quæritur: *Si subditus, aut Vasallus cujusdam Imperii Principis & Statûs, in Imperatorem commiserit crimen læsæ Majestatis, Imperator ne, an verò Princeps Imperii, bona delinquentis confiscet?* Pro Principe aut Statu Imperii concludo. *arg. l. res Uxoris. 24. ibi: illibatas esse præcipio. C. de donat. int. Vir. & Ux.* Schrad. *de feud. part. 9. cap. 9. num. 16.* Kohl. *de subfeud. cap. 4. num. 53. ubi Freudenb.* Cöppen. *Obs. feud. 9. num. 24.* [Renat. Choppin. *de*

de doman. lib. 1. tit. 7. num. 1.] Sivè delinquens bona possideat feudalia, sivè allodialia; [Modò bona delinquentis in territorio Principis existant. Besold. *consil.* 153. *num.* 80. Klock. *consil* 22. *num.* 47. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 38.] Ita censuit Collegium Electorale Anno 1630. Ratisbonæ; *in Dupl. ad Imperatorem, teste Reink.* 1. *Cl.* 5. *cap.* 8. *num.* 27.

9. IV. Fisco quoque obveniunt, *Bona* eorum, qui conscientia criminis convicti, sibi ipsis *violentas manus* intulerunt. *t. t. D. & C. de bon. eor. qui ant. sent.* Bæckel. *in Vision. disq.* 6. *num.* 20. Secùs si ex impatientia doloris aut amoris, mortem sibi consciverint. [*l. qui rei postulati.* 3. *in pr. D. de bon. eor. qui ant. sent.* Ita namquè Papinianus scripsit: *Non facti sceleritatem esse obnoxiam, sed conscientiæ metum, in reo velut confessi teneri placuit.*] *Const. Crim. art.* 134. Decian. *in Pr. Cr. lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 11. Ann. Robert. 1. *rer. judic. cap.* 12. [Knipschilt. *dict. cap.* 15. *num.* 21. & 22. Hodiè tamen pœnam publicationis bonorum mortem sibi inferentium sublatam esse, scribit Klock. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 85. *num.* 10.

ac consil.

ac consil. 24. n. 54. Quod etiam *in Gallia* observatur, modò reus sibi ante sententiam mortem intulerit, sicuti tradit Choppin. *dict. lib. 1. tit. 8. num 17.*]

10 V. Fiscus quoq; capit bona *spuriorum, aut ex damnato coitu natorum*, ac qui incestas nuptias contrahunt. *auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* Mynsing. *3. Obs. 91.* Ant. Fab *5. Cod. 16. def. 1.* Grivel. *decis. 82. & 144.* Græf. *de Regal. cap. 44.* [Klock. *de ærar. lib. 2. 139. per tot.* Einsidel. *dict. tr. cap. 3. num. 171.* Klock. *consil. 29. num. 870.* Knipschilt. *dict. cap. 15. num. 18.* Choppin. *de doman. lib. 1. tit. 10 num. 3.* Quod successionis jus jàm olim *Dynastas Italiæ* sibi asseruisse, refert Castrens. *consil. 34.*]

11. Quæritur autem; in casu legitimæ confiscationis, *Quid Iuris; Si is, cujus bona confiscantur, in diversis territoriis bona possideat?* Sanè communiter distinguunt ita Doctores; scilicet fiscum domicilii, seu Domini illius, qui condemnat, mobilia, ac nomina ubiquè existentia vindicari; Bona verò immobilia, cujusvis loci fiscum consequi. Anton. Fab. *9. Cod. 27. def. 1.* Gratian. *discept. for. c. 642.*

Qq *num.*

num.16. Besold. *de jur. Civ. c.7. n.3.* Grivel. *decis.* 133. [Ita quoque censet Dn. Knipschilt. *dict. c.* 15. *n.* 37. Christ. *decis. 37. v.* 2.]

12. *Bonorum confiscationem excusat* enormitas delicti, quæ tamen, ceu nimis dura & odiosa, exceptis casibus, in jure definitis, de novo introduci non debet. *l. un. D. ne sine juss. princip.* Casp. Klock. *de Contrib. cap.* 18. *n.* 79. Stamm. *de servit. person. lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 3. *&* 4. Guazzin. *d. confisc. passim.* [Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 34. Ubi tradit, quod Principes & Status Imperii bonorum confiscationem de novo introducere non possint.] Sileat ideò in Germania nostra & quidem meritò, irrationabilis *Galliæ, Italiæ, aliorumq; Regnorum Consuetudo*, quæ in quocunque crimine capitaliter puniendo, cum *Vita*, etiam *Bona* delinquentibus adimit. *Qui confisque le corps, confisque les biens.* Chass. *ad cons. Burg. Rubr.* §. 5. *text. s' il n' agrace. num.* 135. Arnis. *d. jur. maj. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 16. [Ac quamvis *Renatus Choppinus*, confiscationis odium, Domanii & ærarii crescentis favore mitigari censeat; Summoperè tamen Imperatoris *Alexandri Severi, Adriani, An-*

ni, Antonini & Trajani moderationem in confiſcationibus bonorum deprædicat; in *tr. de doman. lib. 1. tit. 7. num. 2.* In Regno Neapolitano, excepto læſæ Majeſtatis crimine, omnes confiſcationes ex capite delictorum, ſingulari gratia Regum, ſublatæ ſunt, teſte Donat. Anton. de Marinis *Obſerv. ad Reverter.* 143. *num. 2.*]

13. Bonis autem Confiſcatis, non venit Dos, nec Donatio propter nuptias. *auth. bona propſcriptorum. C. de bon. proſcriptor. l. maritorum. C. ne Vxor. pro marit.* Aut quod uni conjugum, vigore pacti, aut Statuti debetur. *l. res uxoris.* 24. *C. de donat. inter vir. & ux. c. ſignificavit. X. eod.* Kirchov. *conſ.* 32. *vol. 2.* Surd. *de aliment.* 1. *q. 34. num. 1.* Gail. *2. Obſ. 86.* Franc. de Amaya. *1. Obſerv. jur. cap.* 11. *num. 6.* [Varias inſuper Imperantium Leges, in favorem mulierum & inſontium latas, recenſet Choppin. *dict. tit. 7. num. 13. &* 15.] Quod adeò verum eſt, ut uxor occupatas jàm à fiſco res dotales, vindicare poſſit. Gra[illegible] *concl. 86. Conſid.* 1.

14. Quæritur: *An Princeps vel Status*

Imperii, vigore jurisdictionis territorialis, confiscationem bonorum in certis criminibus de novo introducere possit? Huic dubio occasionem præbuit, præjudicialis quorundam Germaniæ locorum consuetudo, quâ *homicidæ fugitivi bona* fiscus occupat: Utrumquè Negatur. *per Nov.* 17. *cap.* 12. [in verbis: *Illum quidem punire; res autem ejus non contingere, sed sinere eas, generi, & legi, & secundum illam, ordini.* Non enim res sunt, quæ delinquunt, sed qui res possident.] Fach. *lib.* 7. *cap.* 70. Casp. Klock. *de contribut. cap.* 18. *num.* 78. Suffragante *Const. Carol. art.* 218. [Ubi Imperator consuetudines istas corruptelas vocat, easquè ex usu forensi extirpandas esse jubet.] Quę assertio etiam in contradictorio Cameræ Imp. judicio palmam obtinuit. Rosenth. *de feud. c.* 5. *concl.* 62. Adam Keller. *de success. ab intest. tit.* 28. *num* 11. Vide Stamm. *d. c.* 3. *&* 4. Matth. Stephan. *ad dict. art.* 218. [præsertim Klock. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 140. *n.* 14. *& seqq.* Ex quibus jàm traditis facilè concluditur; Quod bona sagarum & veneficarum, nullo jure confiscari possint. Besold. *consil.* 95. *per tot.* Casp. Klock.

1. *consil.*

1. consil. 24. *n.* 1. Knipschilt. *dict.* 15. *n.* 36. latè pro & contra Klock. *dict. lib. 2. cap.* 85. *num.* 34. *& seqq.* Contrarium *tamen per integrum tr. defendit* Melch. Goldast. *De confisc. bonor. sagar.*]

15. Quæritur autem; *An Fiscus bona vacantia, caduca, aut ab indigno occupans, debita, vel legata aut fideicommißa, quæ ab hærede præstanda sunt, solvere obligetur?* Ac respondetur *quod Sic. per l. quidam testamento. 96. §. quoties.* 1. *D.* [*ibi: legata & fideicommißa præstantur.*] *de legat. 1. l. dicitur ibi, ex quibuslibet aliis causis fisco vindicatis. D. de jur. fisc.* [Cum quælibet res transeat cum suo onere.] Hieron. de Cevall. *quæst. commun.* 144. Besold. *consil.* 178. *num.* 36. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 9. num.* 44. [Knipschilt. *dict. cap.* 15. *num.* 39. Ant. de Marinis. *ad Reverter. Observ.* 506. *sub num.* 2.] Dissentit Peregrin. *de jur. fisc. lib. 4. tit. 3. num.* 26.

16. Sanè in fiscalibus causis, pro communi *Regula, à Modestino tradita*, habetur; Quod non deliquat is, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum respondet. *in l. non puto.* 10. *D. de jur. fisc.* Hinc de *Marco Antonino* Imperatore, cognomine

mine *Philoſopho*, ſcribit Capitolinus ; *In cauſis compendij, nunquam judicans favit.* Capitol. *in Vit. M. Anton.* Johan. Anton. Merenda *lib.* 3. *Controv. cap.* 18. Honded. *conſil.* 111. *num.* 54. *lib.* 1. Quod pro & contra deducit Gribald. *in Oper. ad. d. l. non puto.* 10. [Ideò creditor agens pro conſecutione debiti, præfertur fiſco agenti pro pœna, etiamſi perſonalem tantùm actionem haberet. *per l.* 1. *C. de pœnis fiſcal.* Donat. Ant. de Marinis 1. *Var. Reſol.* 148. *num* 8. Quia non dicitur lædi, ſi ei pœna debita auffertur. *per l. fin. C. de codicill. Vbi Iaſon.* Marin. *dict. Reſol.* 148. *num.* 12. & 13.] Hoc tamen non omnibus *Aulo-Politicis Archigogolantis* & *Fiſci Patronis* placet.

17. Sanè ego conſulerem Senatui Cameræ *Fiſcalis*, ut illud *Philippi II. Hiſpaniarum Regis*, aliàs prudentiſſimi, reſponſum ſemper in ſcrinio pectoris haberent ; Qui cum eſſet *in Villa del Eſcurial*, eumque adiret *Don Valaſco* conſilii ſupremi & Cameræ Senator, ut in cauſa, quæ maximè augeret Regale patrimonium, referret ; Huic reſpondit Rex : *Doctor, ſemper in cura habe, & renuntia*

Senat u

Senatui: In dubio, semper contra ME judicandum esse. Larrea *alleg. fiscal. in proœm. num. 9.*

CAPUT LXIX.

De Iure Metalla effodiendi.

[1. SIcuti in prisco Romanorum Imperio, eximiâ quâdam prærogativa, metallorum Jus, Augustale fuit & soli Principi addictum. teste Sueton. *in Tiber. cap. 49.* Plinio *histor. lib. 34.* Choppin. *de doman. lib. 1. tit. 2. num. 6.* Ita translato ad Germanos Imperio, hoc jus, Imperatores Germani sibi reservarunt. *Carolus IV.* Imperator, hoc emolumentum solis Electoribus, tanquam speciale privilegium indulsit. *A. B. cap. 9. Vbi Dn. Dieterich. & Limnaeus.* Quod postmodum ad Principes & Status Imperii transivit. Adeò, ut hodiè Jure territorii Dominus immediatus *argentarias*, *Metalli fodinas*, aliavè mineralia preciosiora sibi viudidicet; Siquidem in metallis maximè publica utilitas versatur. *l. 1. C. de metallis.*

c. un. quæ sint. Regal. 2. f. 56. Reichs-Abschied *de An.* 1551. §. weiter so setzen. [Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 27. num.* 8. Quod Jus Civitatibus quoque Imperii attribuit Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 16. num. 55.*]

2. Sanè metalli fodinæ in privatorum prædiis repertæ, non quoad proprietatem, hæc enim manet prædii Domino, [cum in fructu esse dicantur. *L. divortio. 7. §. Sed si. 14. ibi: in fructu habebuntur. D. solut. matr.* Imò pars fundi existunt, *per l. si fundus. 9. D. dict. tit. junct. l. 9. §. sed si. D. de Vsufr.* Henning. Gædden. *consil. tit. 2.* Fr. de Amaya *ad l. un. n. 30. C. de thesaur.*] Sed solùm quoad *Canonem Metallicum* Principi ac Domino territorii cedunt. *arg. l. 2. & 3. C. de metall. lib.* 11. *l. 4. & 5. D. de reb. eor.* Bocer. *de Regal. cap. 3. num.* 166. Sixtin. *2. de Regal. cap. 16. num. 34.* Buxtorff. *ad A. B. concl. 89.* [Graef *de regalib. cap. 37.*]

3. Pro metallico canone, quandoquè *pars decima*, quandoquè *octava*, quandoquè *alia portio*, solvitur, secundum cujusque loci consuetudinem. *arg. l. cuncti. 3. l. per annos. 5. C. de metall.* Arnis. 3. *de jur. maj. cap. 5. num. 4.* Johan.

Guidd.

Guidd. *tr. de miner. tit.* 1. *quæst.* 10 [Klock. *de ærar.* 2. *cap.* 27. *num.* 12. Sicut in *Regno Lusitaniæ*, de metallis effossis, decima tantùm pars, fisco regio solvitur. Cabedo *decis. Lusit.* 55. *num.* 2. *part.* 2. De Canone metallico Ego latiùs scripsi *in Appanolog. cap.* 31. *num.* 7. *&* 8]

4. Dubitatur autem; *An licitum sit, ad metallum eruendum, alterius hortum ingredi & argenti fodinas scrutari?* Ac contra communem juris normam, alienum fundum invito Domino ingredi, & ibidem metalla fodere permissum esse, censemus. *per l. cuncti.* 3. *l. quosdam.* 6. *C. de metallar.* Quod propter publicam utilitatem in hac re metallaria receptum est, ut de metallis effossis, fisco, jure Regali certum pretium aut certa portio solvatur. *l.* 2. *&* 3. *C. de metallar.* Modò metalla effodientes, à fundamentis aliarum ædium abstineant. *l.* 6. *C. eod. tit.* Schneiden. *de feudis. p.* 2. *num.* 106. Jacob Vander Graef. *de Regal. cap.* 37. *num.* 7. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 39. *& seq.* [Quod latè disputat & contrariis respondet Einsidel. *eod. tr. cap.* 3. 319. *Vide* Appanolog. *cap.* 31. *n.* 4.]

Dissentit Afflictis *decis.* 321. *num.* 6. Isernia *de feudis. tit. de Regalib.* Distinguit Bocer. *de Regalib. cap.* 3. *num.* 167. Rümelin. *ad Aur. Bull. part.* 1. *dissertat.* 8. *quæst.* 11.

5. Vocabulo autem *Argentariarum*, ac metalli, intelligitur non tantùm *Aurum & Argentum*, sed etiam *cuprum, stannum, plumbum*, omnisque generis metallum. *d. l. cuncti.* 3. *l. quædam. C. de metall.* Mynsing. *d. respons.* 39. *num.* 8. Rosenth. *d. cap.* 5. *concl.* 88. *num.* 2. Græf. *d. tr. cap.* 37. *n.* 1. Nec minus *aluminis, & Vitrioli* fodinas, Dominus territorii sibi adjudicat. Gædd. *cons.* 1. *de aur. fod.* Afflict. *decis.* 321. [Paul. Balzeran. *ad tit. Quæ sint Regal.* 2. *F.* 56. *Verb. Argentariæ. num.* 3. Jo. Gæddæ. *de V. S. in l. inter.* 17. *num* 11.]

6. Hûc etiam refero Venas *pretiosorum lapidum*, marmorum, aliaque mineralia pretiosa. Rauchbach. 1. *quæst.* 22. Sixtin. *de Regal.* 2. *c.* 16. *num.* 23. Volter. *de Mineral. tit.* 4. Item *Salinarum reditus: Ac salinas in publico repertas. l. inter publica. D. de V.S. Consil. Marp.* 9. *vol.* 1. Volter. *d. tr. tit.* 8. Græf. *de Regalib. cap.* 38. Quò & annumerant quidam die Stein-

kohlen.

fohlen. Wehn. *Conſ. Franc. 80.* [Klock. *de arar. lib. 2. cap. 9. num.* 10. De omni & vario metallorum genere, vide latiſſimè Bern. Cæſium *tr. ampliſſimo de mineralib.*]

7. Dubitatur etiam: *An venam metallicam, inventam ſub fundo vicini, perſequi liceat etiam invito Domino?* Quod Affirmamus, ob publicam fiſci & totius provinciæ utilitatem, quæ in metallis inveſtigandis ſummoperè conſideratur. *d. l. 1. C. de metall. l. inter. 17. ibi: vectigal metallorum. D. V. S.* Einſidel. *dict. cap. 3. num.* 319.] Dummodò ipſe Dominus non impediatur, arando, ac ſerendo. *per d. l. 3. l. quosdam. 6. ubi gl. C. de metall.* Caſtrens. *conſ. 5. ac* 178. Socin. *in l. fructus. 7. § ſi vir. 13. D. Sol. matrim.* Cœpoll. *de Servit. d. c. 22. n. 4.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concl. 90. num. 8.* Guid. Volter. *de Mineral. tit. 1. quæſt. 26.*

8. Unde is, qui prior Argentariam inſtruxit, **der zu erſte eine Stuff eröffnet und in dieſelbe eingeſchlagen/**] prohibere poteſt vicinum, valentem ad illam pervenire per foramen noviter factum in ſuo prædio, *per l. ſi quisquam. D. d. diverſ.*

præ-

præscript. l. f. D. de Vsucap. Gædd. *consf. 3. num. 20.* Hartm. *2. Observ. tit. 24. Obs. 1. num. 6.* Sixtin. *d. cap. 16. num. 52.* Rümelin. *d. diss. 8. concl. 15.*

9. Illud obiter notandum est, metalli fodinas in feudo, aut emphiteusi repertas, non directo, sed utili Domino cedere, quia metalla fructibus accensentur. *l. æquissimum. 13. §. unde. D. d. Vsufruct.* [Modò *Canon* metallicus domino directo aut territorii solvatur. *per l. ob metallicum. 2. C. de metall.* Zasius *consil. 26. num. 11.*] Rosenth. *d. cap. 5. concl. 91.* Bocer. *de jur. domin. & Vasall. fol. 168.* [Vult. *d. feud. 1. cap. 5. n. 19.* Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 16. num. 56.* De metalli fodinis in fundo fideicommisso subjecto, latè Dn. Knipschilt. *de bon. famil. cap. 20. num. 96.* In terminis prædii emphiteutici Gratian. *discept. forens. 453. num. 1.* Fulgine. *de jur. empt. tit. divers. Quæst. 16. num. 29.*]

Caput

CAPUT LXX.

De Locis desertis & Decimis Novalibus.

[1. Sicuti Principes & Rerumpublicarũ moderatores, omni studio attendere debent, ut nulla terræ particula inculta maneat. Ita quoquè invigilare debent, ne Agricolæ agros & vineas possessas derelinquant. Lather. *de censu lib. 3. cap. 5.* Quod si contigerit, ut prædia fraude vel negligentia à possessoribus deserantur, Domino territorii jus fasq; erit, antiquos agricultores dominio privare, ac publica auctoritate tertio sub annua pensione concedere. *per rescriptũ Imp. Valent. in l. qui agros. 8. & l. si quis. 16. D. de omni agr. desert.* Heig. 1. *quæst. 13. num. 15.* Klock. *de arar. lib. 2. cap. 48. num. 10.*]

2. Haud dubiè unde profluit, quod prædia deserta ac inculta, si ab aliqua universitate nondum sunt occupata, utilitatis publicæ causa instar bonorum vacantium, Principi ac territorii Domino jure superioritatis cedunt. *l. 1. C.*

de

de bon. vacant. lib. 10. *t. t. C. de omn. ag. des lib* 11. *c. un. 2. f.* 56. Alciat. *respons.* 175. Klock. *de contribut. cap.* 1. *num.* 303. latè Choppin. *de doman. lib.* 3. *cap.* 15. *per tot.* Græf. *de Regal. cap.* 50. Nam cum Principum opes, & potentia Reipublicæ, à fortunis subditorū dependeat, horumvè ex prædiis, fundis, aliisvè fructbius inde provenientibus: Justissimè summa in territorio Potestas hanc curam suscipit. Jacob. Vander Graef. *de Regal. cap.* 50. *n.* 50 [Unde *Stobæus* scribit. Quod ager sit hominibus vivendi Pater & solus noscat abscondere paupertatem. *Sermon* 56. Choppin. *de privil. rustic. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. Knipschilt. *de civitat. Imper. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 40.]

3 De Masinissa Numidiarum Rege legimus, quod totam Numidiam ex inculta & deserta omnium fructuum abundantissimam reddiderit. Valer. Maxim. *lib.* 8. *dictor. cap.* 13. De Galliæ legibus & moribus refert Choppinus, quod Nobilium Primores, & Domini Juridici in terris vacantibus & desertis multum juris habeant. Quæ gallico idiomate, *terres vaines & vagnes*, vocantur. Renat. Chop-

Choppin. *de Doman. lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 3. & 4.]

[4. Ex eadem publicæ utilitatis promovēdę causa provenit, ut Argentifodinarum possessores, aut participantes, die gewisse Kuckuß Theilhabere seynd/ si non gnaviter & strenuè operas metallicas promovent, sed eas incultas jacere permittunt: *Vel*, suam pro operis adscriptam pecuniam, quartaliter non solvunt; *Vel*, si in fundo proprio metalla majora investigare neglexerunt, posthabita trina admonitione, tota sua causa cadant, ac Dominus territorii hanc partem desertam in pœnam negligentię sibi optimo jure addicit. *glossa. in l. cuncti.* 3. *C. de metall.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 2. *de thesaur.* Rosenth. *cap.* 5. *feud. concl.* 90. *n.* 1. Klock. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 48. *n.* 10.]

[5. Cum bonis desertis, magnam habent affinitatem *Novelletum*, sive ager, primo ligone eradicatus, unde Dominus territorii in recognitionem supremæ jurisdictionis.] *Novales*, seu jus decimandi, den Reut-Zehendē auß den Neubruchen/ percipit, quæ ad superioritatem territorialē, moribus Imperii hodiernis

perti-

pertinet: Non verò ad Ecclesiasticos, aut eos, qui sibi ab antiquo jus decimandi adscripserunt. Nic. Everh. Jun. *consil. 36. vol. 2.* Mingius *de superior. territor. concl.* 75. Wehner. *consil.* 77. Klock. *de Contribut. cap.* 1. *num.* 298. Quamvis dissentit Adam Keller *de offic. jurid polit. lib.* 2. *cap.* 18. *fol.* 502. Moneta *de decimis. cap.* 4. *n.* 53. *& seqq.* Vide Decian. *consil.* 22.

6. Ac frustra hodiè in Imp. Rom. Germ. *Clerici*, decimarum novalium restitutionem petunt, propter pacis religiosæ constitutionem *de Anno* 1555. §. **Dieweil aber etliche.** Præsertim cum jàm olim Imperii Principes & Status seculares, *in Comitiis Norimbergensibus*, ceu nimis grave & perdurum, contra Clericos conquesti fuerint, quod ex Novalibus decimas nunquam possessas contra jus, sibi addicant, [ac cuncta territorii emolumenta, quantum in eis est, ad se rapere attentent.] Hartman. Hartman. 2. *Observ. tit.* 53. *Obs.* 10. *num.* 12. Michaël. *de jurisd. concl.* 49. Merckelb. apud Klock. *consil.* 41. [Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 171. Acta Lindav. *fol.* 154.]

7. Dici-

7. Dicitur autem Novale, ager omninò incultus, nunc primùm coli cœptus, *c.1.c. quid per novale. de V.S. l. ult. D. de term. mot.* Zaſ. *conſ. 26. vol. 2.* Wernle. *de decim. lib. 4. cap. 3.* [Vulgò, ein Neubruch oder Neugereut; Gallicè, Terre defrichiere. Cruſch. *de monaſt. in Michael. camp. fol. 36.* Cujac. *ad l. 30. §. 1. D. de V. S.* Ac Novale prædium, eſt ager de novo ad culturam redactus. B. Hieronom. *in cap. 1. X. de V. S.* Moneta *de decim. cap. 4. num. 50.*]

8. Secùs autem dicendum eſt, de Fundo, qui alio modo, vel diverſo fructus genere colitur; Mutato enim modo colendi fundum, nihilominus decimæ ei debentur, cui antea præſtitæ fuerunt. [Dann es kein Neubruch/ so man Wisen umbricht/ darauß man den Zehenden zuvor gegeben/ und anjetzo Korn darein säet. Beſold. *in theſaur. pract. Verb.* Neubruch. Farinac. *1. deciſ. 23. num. 1. & 3. tom. 1.* Dn. Neubronn. *diſſert. de Noval. poſit. 10.*] Siquidem mutatio culturæ, Domino decimarum, in Jure decimandi non præjudicat. *c. commiſſum. X. de decim.* Nicol. Everh. jun. *conſ. 46. num. 1.*

Guttierez. *quæst. Cin.* 21. *num.* 97. *lib* 2. Reink. 3. *cl.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. [Wernle. vom Zehend-Recht. *lib.* 4. *cap.* 1.]

9. Proinde *Pastores nostri*, ex prædiis istis, de quibus olim habuerunt, den Hew-Zehend/ nunc autem, mutata colendi ratione, frumento satis, den Korn-Zehenden/seu decimas frumenti, optimo jure petunt, & percipiunt. [Nisi mutatio culturæ, in fraudem decimatoris suscepta fuerit.] Rebuff. *de decim.* Q. 14. *num.* 14. & 18. benè Guttierez. *d. cap.* 21. *num.* 97. [Vide Covar. 1. *V. R. cap.* 17. *num.* 13. Farinac. *part.* 1. *decis. posth.* 252. Faust. *de ærar, class.* 17. *consil.* 70. *remed.* 1344.]

Caput LXXI.

De Jure cudendi monetam.

[1. QUoniam absq; lege, usus metallorum, nullus, aut saltem non major, quam aliarum rerum erat, nec privata potestas, hujus negotii capax esset, remedium tamen requireretur; Ideò consuetudo summam Potestatem

testatem monetariæ publicæ præposuit, nummisque nomen pecuniæ dedit, quasi nummos, νόμος sit, id est, Lex, à suprema potestate condita. Ideò nec sigilla publica metallis imprimuntur, priusquam illud specialiter à summa majestate mandetur; sicuti eruditè ratiocinatur Jacob. VanderGraef *de Regal. cap.* 25 *n.* 3. *&* 4. Unde monetæ Jus, legis potestas vocatur ab Hotoman. *de monet. fol.* 32. Quæ causa est, ut jus cudendi Monetam summi Principis proprium, jam olim apud Romanos, extiterit. Quod constat *ex l.* 1. *in pr. ibi: forma publica D. de contrah. empt. l. si quis.* 2. *ibi: in monetis tantummodo nostris. C. de fals. monet.* Novell. *Leon.* 52. Proindè cum insolenter aggressus esset monetarum Jus, Perennus, Imperatoris Commodi aliàs perfamiliaris, & sua imagine percussi nummi ostenderetur Cæsari, mox Perennio caput abscissum fuit, sicuti Herodian. *in Commod. tradit.* Renat. Choppin. *de doman. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 14.]

[2. Quod monetæ jus, translato ad Germanos Imperio, proprium quoque summi Principis permansit; Ita namq;

in speculo Suevico: Wir sprechen/ daß alle Müntzen die in dem Röm. Reich seyn/ die seynd eines Römischen Königs. Schwab. Spiegel. *lib. 1. tit.* 12. Quæ causa est, ut Imperator *Fridericus I.* jus monetæ inter Regalia retulerit. *in lib. 2. feud. 56.* A. B. *tit.* 10. *Vbi.* Dn. Limnæ. & Dietericus, Afflictis, Balzaran. & scriptores *ad tit. 2. F. 56. de Regal.* meritissimus Goldast. *de re monetar. tit. 6.* Et hoc adeò verum est, ut Imperator, jus monetæ, Reservatis Imperialibus annumeraverit. Reichs-Abschied zu Regenspurg/ *de An* 1575. §. dardurch dann. ibi: Käiserliche Hoheit und Reservaten. Rümelin. *ad A. B. 1. Dissert. 8. thes.* 29. Dn. Jo. Wolffg. Aur. *de jur. monet. cap. 4. axiom.* 17.] Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 84.* Dn. Knipschilt. *de Civitat. Imp. lib. 2. cap. 21. num. 3.*]

[3. In Imperio Rom. Germ. hoc jus cudendi monetam tàm *auream* quàm *argenteam*, non omnes, sed quidam tantum ex Principibus, & Comitibus Imperii habent, Carpzov. *de L. Reg. Germ. cap. 8. sect. 8. num. 6.* Et hoc non quidem vigore jurisdictionis territorialis, sed singulari Imperatorum *gratiâ & in-*

dulgentiâ

dulgẽtiã. De quo Reichs-Abschied zu Augspurg. *de Anno* 1551. §. So haben wir uns. Reichs-Abschied zu Speyer. *de Anno* 1576. §. Alsdann die Münz-Gerechtigkeit. ibi: Auß sonderm Vertrawen. Quam Imperatores iis præcipuè Principibus & Statibus indulgere solent, qui metalli fodinas possident. Reichs-Abschied. *de Anno* 1571. §. und wiewol. Cluten. *in Syllog. conclus.* 22. *lit. K.* Bocer. *de jur. monet. cap.* 3. *num.* 13. Kizel. *eod. tr. claß.* 1. *theor.* 7. *lit. D.* Goldast. *de re monet. tit.* II. *Vbi exempla varia adducit.* Limnæ. *3. l. P. cap.* 2. *num.* 62. De quo obtinendi jure sequentia legimus *in Speculo Suevico* : Wer die Müntz haben will / Er sey Pfaff oder Lay / der muß sie haben von dem Röm. Reich / und von dem Röm. König. Specul. Suev. *lib.* 1. *tit.* 12. Ex eadem munificentia Imperatorum hoc monetæ jus plurimæ quoque Civitates Imperiales obtinuerunt. Dn. Aur. *dict. cap.* 4. *num.* 20. Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 11.]

[4 Imò olim, eo deventum est, ut multi Principes & Civitates Imperii, præscriptione immemoriali, jus monetam cudendi acquisiverint per Reichs-

Abschied/ *de An.* 1570. § derohalben wollen. Sixtin. *2. de Regal. cap. 7. num. 92.* Mynsing. *4. Observ. 24.* Quæ tacitam Imperatoris voluntatem inducit. *per cap. 26. X. de V. S. l. si certis. 28. C. de pact.* Brun. *de monet. limit. 4. num. 8.* Aur. *dict. differt. cap. 6. num. 26.* Besold. *in thes. pract. Verb.* Müntz. Knipschilt. *dict. cap. 21. num. 16.* benè Graef. *de Regal. cap. 28. num. 12.* Quo temporis spatio, etiam regalia acquiri, tradit Bocer. *de Regal. cap. 4. num. 1.* Rümelin. *ad A. B. part. 1. Dissert. 30.* Cui tamen acquirendi modo, obicem positum esse, in Ferdinandi IV. Römische K. *Capitul. act. 35.* censet Dn. Dieteric. *ad A. B. cap. 10.*]

5. Proinde, absq; dubio, ad demonstrandam Imperatoris concessionem & indulgentiam provenit, ex lege Imperii, ut numismata Principum & Statuum Imperii, plerunquè *Cæsaris* nomen in Orbe circumscriptum habeant, *aut Aquilam* bicipitem, inserto ejus pectori Imperii globo, referunt. Reichs-Abschied/ von neuer Müntz-Ordnung. *de An. 1559.* §. wie aber vorgestellte. Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 224.* Carpzov. *de Capit.*

cap. 8.

cap. 8. sect. 8. Quod impressum *stigma vel insigne*, indulgentiam & potestatem concedentis denotat. Rittersh. *de Asyl. cap. 3. num.* 24. Peregr. *cons. 75. n. vol. 1.* [Sicuti ex lege Imperatoris Trebelliani apparet, in Verbis: *Monetam nostro nomine cudi jubemus.* apud Trebell. Poll. *in trigent. Tyr. cap. 24.* Quod comprobant Versiculi Guntheri, de Imperatore *Friderico I.* conscripti: *Monetam Rege figuratam, patet esse Regis: Et Cæsaris imago fulget sub Cæsare Domino.* Gunth. *in Ligurin. lib. 3.* Vide Goldast. *de re monet. tit.* 15.]

6. Ideò nummi Principum & Statuum Imperii, reputantur pro moneta ipsius Imperialis Majestatis, adeò, ut eos adulterans, in crimen *diminutæ Majestatis* incidat, ac variis pœnis sese subjiciat. *l. si quis. 2. C. de fals. monet. Const. Crim. art.* 111. Reichs-Abschied/ *de An.* 1559. §. Wir ordnen. Petr. Wesenbecc. *cons.* 45. Bocer. *de jur. monet. cap. 5. membr.* 3. Kizel. *d. cl. 5. q. 2. sect. 4. num.* 27. Græf. *d. tr. cap. 28. num.* 13 [Goldast. *dict. tr. tit.* 52. Knipschilt. *dict. cap. 21. num.* 29.]

7. Exercent autem Imperii Principes & Status hoc Regale, propriis

sumptibus. Reichs-Abschied *de Anno* 1551. von Müntz-Ordnung. §. ferner als sich. R. A. *de Anno* 1570. §. alsdann auch. Propter *impensas* tamen *monetarias*, ex inveterata consuetudine, licitum est Statibus Imperii, aliquid *vilioris metalli* monetis admiscere; interim tamen pede monetarum præscripto accuratè custodito. Reichs-Abschied *de Anno* 1551. So haben wir. Schurff. *cons. 60. num. 7. cent. 2.* Sixtin. *2. de Regal. cap. 7. num.* 85. Quod in toto Orbe Christiano receptum esse testatur: Covarr. *de vet. numis. collat. cap. 7. num. 5.* [Knipschilt. *dict. cap. 21. n.* 18. Anton. Faber. *de var. solut. cap. 1 n. 63.*]

[8. Præcavendum tamen, ne Status monetalis, die Müntz-Stände ex hoc monetæ Regale lucrum captent, cùm illud, non proprii lucri causa, sed in Reipublicæ utilitatem & Imperii ac ipsius Status honorem concessum sit. Reichs-Abschied zu Speyer *de Anno* 1570. §. als dann 132. *ibi:* nicht zu ihrem selbst-gesuchtem Vortheil / sondern dem Röm. Reich zu Ehren und Wohlfahrt. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 84. num.* 10. *34. & 54.* Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 21. num. 23.*]

9. Præ-

9. Præfinitus autem eſt in Imperio Romano Germanico per monetalia edicta ac Imperii Receſſus, omnibus Monetis *certus Pes*, qui *Liga* vocatur, ac conſiſtit in bonitate intrinſeca & extrinſeca. Molin. *de Vſur. quæſt. 92. num. 696.* Dn. Bocer. *de monet. cap. 2. num. 65.* Arniſ. 2. *jur. maj. cap. 7. num. 6.* In Korn/ und Schrott/ halt und Gewicht/ Gäng und Geb. Ut nimirum, *66. Ducati*, habeant auri puri. 23. *Carat. 8. grana.* 72. *Floreni aurei* Goldgulden. 18. Carat. 6. grana i. e. 12. Loth. 6. Gran. R. A. *de Anno* 1559. Neue Müntz-Ordnung. §. ferner die Gulden Müntz. & §. §. *ſeqq. octo Imperiales* 14. lotones, & 4. grana puri argenti in ſeſe contineant. Reichs-Abſchied *de Anno* 1566. §. demnach haben wir uns. *Minoris monetæ* pes eſt, *ut* 155½. halbe Batzen. 8. lotones. 240½. Kreutzer. ſex lotones argenti puri contineant. Reichs-Abſchied *de Anno* 1559. in der Neuen Müntz-Ordnung. §. zum Sechſten. §. & *ſeq.* Kizel. *d. l.* [Knipſchilt. *dict. cap.* 21, *num.* 18.]

10. Hiſce Imperii rogationibus, cujuslibet Imperii Principis & Statûs moneta ſubjecta eſt, in cujus bonitatem

ſingulis annis, *Provinciæ Circulus* ſemel, vel bis, per ſuos *VVardinos* publicè inquirit, **auff den** Probations- **und** Valvations-**Tägen. Reichs-Abſchied/** *de An.* 1559. **In der Müntz-Ordnung.** §. **und damit.** [Goldaſt. *dict. tr. tit.* 26. & 27. *per tot.* Knipſchilt. *dict. cap.* 21. *num.* 19. & 20.]

11. Quæ ſi reproba & contra Imperii leges cuſa reperiatur, Princeps vel alius Status Imperii *quinquaginta libras auri* pendere tenetur **Reichs-Abſchied** *de Anno* 1559. §. **hierauff ſetzen.** Præter indignationem Imperatoris, in quam incurrit, adeò ut etiam amiſſione juris cudendæ monetæ, **mit Verluſt der Müntz-Freyheit/** puniri poſſit. **Reichs-Abſchied** *de An.* 1551. §. **So haben wir.** Sixtin. 2. *de Regal. cap.* 7. *num.* 96. Bocer. *de jur. monet. cap.* 4. Kizel. *d. claß.* 5. *quæſt.* 2 *ſect.* 3. *num.* 43. [Goldaſt. *dict. tr. tit.* 9. Knipſchilt. *dict. cap.* 21. *num.* 27. & 28.]

12. Prohibentur etiam Imperii Principes & Status, Jus hoc *vendere, locare, cedere, oppignorare,* **die Stempffel verleyhen oder verkauffen;** niſi ſuo jure cadere velint. **Reichs-Abſchied** *de Anno* 1551. §. **ſo haben wir. Reichs-Abſchied** *de Anno* 1559.

in

in der Müntz-Ordnung. §. zum Ersten. Goldast. *de re monet. tit. 9.* A caurea verba, semper in memoriam revocanda sunt, in Reichs-Abschied/ *de Anno* 1570. §. Alsdann auch. [*ibi:* die Müntz-Gerechtigkeit ist kein Mercantz/ sondern unser Käiserl. Regal, so die Müntz-Stände auß unserm sondern Vertrauen/ nicht zu ihrem selbst gesuchtem Vortheil haben.] Sixtin. *d. cap. 7. num. 52.* Bocer. *d. tr. cap. 3. num. 5.* Rümelin. *1. ad A. B. diss. 8. concl. 30.* Besold. *d. arar. cap. 6. num. 2.* [Ex hisce namq; locationibus aut venditionibus grave damnum Imperium passurum esset. R. A. *de Anno* 1570. §. ferner. 215. *ibi:* daß der gemein Nutz hierdurch in Abfall kommet. Knipschilt. *dict. cap. 12. num. 25.*]

13. Curare insuper debent Imperii Principes & Status, per se, etiam absque Circulari concluso, *ne moneta falsa* in eorum territorium introducatur, daß kein falsche Müntz einschleiche. *arg. Nov. Leon.* 52. Arnis. *3. d. jur. maj. cap. 7. num. 2.* Loccen. *d. Ord. Reipubl. lib. 4. cap. 10.* Proinde etiam monetas reprobas, ac contra Imperii legem cusas, territorio suo monetalibus Edictis abigunt. R. A.

de

de Anno 1594. § darneben Reichs-Abschied/ *de Anno 1603.* §. und weil fast allweg. Nec non ipsius etiam Imperatoris monetam, Principes Imperii, quandoquè taxare solent. [Carpzov. *de L. reg. Germ. cap. 8. sect. 7. num.* 14. *& seqq.* Knipschilt. *dict. cap.* 21. *num.* 21.] Vide Lehnm *in Chron. Spir. lib. 4. cap. 22. fol. 367.*

14. Dubitatur autem à quibusdam; *An Princeps, etiam summus, monetam debita bonitate intrinseca carentem, salva conscientia cudere, aut majorem monetæ valorem, quam revera materia valet, constituere possit.* Quod regulariter *Negatur*; Iniquum enim est, si in nummo, imaginem suam solum præcipiat adorari Princeps, nec simul materiæ pretium respiciat; Et quidem cum damno & deceptione subditorum, qui fidem publicam sequendo, pro auro cuprum accipiunt. *arg. l. 1. C. de vet. numism. potest. lib.* 11. *l.* 1. *ibi: perpetua æstimatione. C. de contrah. empt. Nov. Leon.* 52. Andr. de Themia & Afflict. *de Regal. num.* 9. *&* 12. *lib.* 2 *feud.* Qui Principem hoc casu graviter peccare tradunt. [Andr. de Isernia. 2. *feud.* 56. *de Regal. num.* 12.] Aug. Barbosa *ad cap.*

cap. quanto. 18. num 3. & 7. X. de jurejur. [Adeò, ut Bodinus scribit; Quod Principi non magis liceat, improba numismata cudere quam occidere aut grassari. Bodin. *6. de Republ. cap. 3. in pr.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 84. num. 22.*]

15. Nam hoc facto Princeps tollit illud, quod ex natura rei debetur Reipublicæ, & sic quasi auferens alienum, tenetur ad restitutionem. Gabriel. Biel. Professor. Tubing. *lib. 4. distinct. 15. quæst. 9.* Cabedo. *part. 2 decis. 45. num. 4.* [Dn. Auer. *de monet. cap. 16. num.* 136.] Hinc piè suadebat Magnæ Britanniæ, *Rex Iacobus Filio Henrico*; Ut ex *puro auro, argentoq;* monetam fieri curet, nec pondere populum illudat, sed satisfaciat bonitati. Rex Jacob. *de Institut. Reg. lib. 2. in oper.* Besold. *in delib. ad tit. de falsis. quæst. 31. ac de ærario cap. 6. §. 1.* Bocer. *de monet. cap. 3. num. 13. & 14.* Kizel. *de monet. in prælud. Theor. 9. lit. D. & E.* [Proinde Aragoniæ Reges salva regia clementia, absque Curiæ consensu monetam mutare non possunt. Et ad hoc juramento astringuntur. Belluga *in Specul. Princip. Rubr. 38.* Talia quoque Statuta in Regno Valentię &

Prin-

Principatu Cathalaunico extare, probat Christ. Crepſ. de Valdaura *deciſ. obſ.* 101. *num.* 15. Imò, mutatio monetæ populum ſæpius ad rebellionem irritat. Exemplum in Erico Daniæ Rege, refert Cranz. *hiſtor. Dan. lib.* 8. *cap.* 9.]

16. Quod *Limitatur; in caſu publicæ neceſſitatis;* **Unvermeidenlicher zu Kriegs- und Lands-Nothdurfft.** Veluti ſi Princeps indigeat ſubſidio, pro defenſione Reipublicæ neceſſaria, nec alia media adſint. Vide cauſas recenſentes Kizel. *de Theor.* 9 *lit. B.* Bornit. *de ærar. lib.* 6 *cap.* 6. Jo. Wolffg. Auer. *dict. cap.* 16 *num.* 137. *&* 138. *& alios.* Ita Romanorum ærarium, *Punico bello exhauſto*, cum impenſis Reſpublica non ſufficeret, libræ æris pondere immutato, quinque partes lucri fecerunt, æsque alienum diſſolverunt. Beſold. *d. ærar. cap.* 6. *num.* 1. Eodem jure *Henricus II. Caſtellæ Rex*, cum *Bertrando* Claebinio Galliæ Conneſtabili ejusque militibus auxiliariis, ſtipendia deberet, nec ad hoſce ſumptus Regalis gaza ſufficeret, nova moneta vilioris & exiguioris valoris cuſa fuit, idque *in urbe Toleſi* conſilio Procerum decre-

decretum fuit. Joan. Bapt. Larrea. *allegat. fiscal. 13. num. 41.* Idem *in Gallia* aliquoties practicatum fuisse, tradit latè Dn. Limn. *in notit. jur. Gall. lib. 2. & cap. 7. lit. DDDD.* *Limitatur*, modò Populus consentiat, ac cessante necessitate, moneta exigua revocetur. Cabedo. *part. 2. decis. 45. num. 6. & 8.* [Cresp. de Valdaur. *dict. Observ. decis.* 101. *num* 15. *&* 16.]

17. Quod tamen in casu utilitatis publicæ, vix admittendum esse censeo. Nec hanc mutationem Principibus & Statibus Imperii, ad imitationem Regum absolutorum permissam esse censeo: Publicis id vetantibus Imperii Legibus & Constitutionibus.

[18. Concludam igitur hoc caput, aureis Joannis Wolffgangi Aueri verbis: *In hac mutanda monetæ parte, præcludenda est fenestra adulatoribus, qui utilitate communi in necessitate fundata, posthabita, lucellum Principis, imò potiùs suum ancupantur, suadendo mutationes. Et dolendum est, privatas, imò publicas personas extitisse, quæ jure quasi sibi mutationem monetæ vindicarunt, non veriti, majestatem Principis violari.*

violari. Dn. Jo. Wolffgang. *Aur. de jur. monet. cap. 16. num. 136. in fin.*]

Caput LXXII.

De Angariis & Parangariis von Frohndienst.

1. ANgariarum & Parangariarum præstationes, Princeps ac Dominus territorii jure meritoq; à subditis exigit; quæ etiam pro subjectionis specie habentur. *per c. un. 2. f. 56. l. 2. C. d. quib. mun. nem.* Ritter. *de homag. conclus.* 148. Maul. *eod. tr. tit. 4.* Klock. *de Contribut. c. 2. num.* 38. Besold. *in Polit. lib. 1. cap. 4. num. 44.* [*ac de jur. majest. sect. 3. cap. 7. num.* 13 Ferrar. Montan. *de feudis. lib. 5. cap. 7.* Balzeran. *de feud. 2. tit. 56. verb. Angariar.* Graef. *de Regal. cap. 35.*]

2. Ac nil aliud sunt, *Quam operarum præstationes, quæ subditis propter repentinum aliquod negotium, à Principe vigore jurisdictionis territorialis indicuntur, & equis, jumentis, plaustris, manibus & navibus absolvuntur,* da man der Obrigkeit mit Wägen / Pferden und anderm / frohnen muß.

mus. Dn. Balthas. *de jure oper. rusticor. cap.* 3. *fol. m.* 43. De quo Ulpianus scribit *in l. via.* 4. §. 1. *D. de veteran. Naves eorum angariari posse, AElio, Firmio & Antonio Claro, Veteranis, rescriptum est.* Quo verbo etiam *Suidas* utitur *in oper. Verb.* ἀγγαρεῖν Geard Joan. Voss. *in etymol. verb. angariare.* Jo. Bapt. Larrea *allegat. fiscal.* 50. *n.* 6. *& seq.*] *Dicuntur* propriè Angariæ *ab angendo*, quod astringant vel constringant subditos. Frid. 2. *de mandat. cap.* 45. Gail. 2. *Observ.* 126. *num.* 12. Klock. *d. cap.* 2 *num.* 52. Græf. *d. tr. cap.* 35. *num.* 8. [Et verbum *angariare*, idem denotat, quod *cogere*, ac angariæ, rectè servitutes coactæ dicuntur; *Parangariæ* verò summam coactionem, & perfectas operas subitò præstandas significat. Græf. *dict. cap.* 35. *num.* 8. Aliter Paul. Balzeran. *de feud.* 2. *tit.* 56. *num.* 1. Angariæ, quomodo ab operis, prȩsertim extra casum necessitatis differant, vide sis Balthas. *dict. tr. cap.* 3. *fol.* 48]

[3. Sanè Angariarum & Parangariarum jure continentur non solùm *equorum, mulorum aliorumvè jumentorum*, sed etiam *plaustrorum naviumq;*

prestationes; Ut tempore sevientis belli, vel ob aliam occurrentem necessitatem, quæ Principi aut Reipublicæ eminet, milites, currilia tormenta, militaria tabernacula, papiliones, panem ac annonam militarem, vulgò *Proviant*; cæteraque instrumenta bellica, itineri, commeatui ac expeditioni necessaria, per subditos ad loca destinata transvehantur. Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *concl.* 70. *num.* 3. Besold. *de jur. majest. sect.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. Rümelin. 3. *dissert.* 3. *posit.* 33. *ubi Addit. meæ. lit. A.* Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 339.]

[4. De Angariis egregium habemus rescriptum Imperatoris *Anastasii* ad Eufemium Magistrum officiorum: *Quoties sanè* (ait) *in transvectione armorum angariæ necessariæ fuerint, Sublimitas tua litteras ad eminentissimam jubeat dirigi Præfecturam: & numerum ei armorum, & ex quo loco transferenda sint, indicare: ut continuò super præbendis angariis pro numero eorum, quæ transferuntur, armorum, perceptione suâ, Viros Clarissimos moderatores Provinciæ conveniat, ut secundum missam, à sublimitate tua notitiam naves*

naves vel angariæ, confestim de publico præbeantur. in l. fin. §. fin. C. de fabricens. lib. 10. Juncta *l. 2 C. de navib. non excus. l. maximarum. 12. C. de excus. muner.* Christinæ. *decis. 60. num.* 23. Jacob. Rebuff. *ad dict. l. nullus. final. num. 4.* Dn. Balthas. *de oper. Rustic. cap. 3. fol. m. 44.*]

[5. Hæc angariarum & parangariarum exactio cum *paterna moderatione* fieri debet, ut subditis, quantum fieri potest, parcatur. *per cap. cum Apostolus. 6. vers. prohibemus. cap. prohibemus. X. de censib.* Dn. Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 6. cap. 3. num.* 13. Et hoc juris & æquitatis esse, tradit Jacob. Rebuff. *ad d. l. nullus, fin. num. 4. C. de Fabricens. lib.* II. Balzeran. *ad cap. lib. 2. feud. 56. num. 1.*]

[6. Quod si onera hæc ab Imperii Principibus & Statibus, *immodicè* ac pro lubitu indicuntur, subditi de sævitia dominorum probabiliter docentes, *in Camera Imperiali*, mandata sine clausula impetrare & obtinere possunt. Quæ etiam operas indeterminatas ad æquitatem reducere & determinare solet. *arg. l. f. C. quemadm. Civil. mun. l. f. C. de alluv. l. pen. §. f. D. de oper. libert.* Gail. 1. *Observ.* 17.

 Myns.

Mynſ. 5. *Obſerv. 8.* Klock. *d. cap. 2. n.* 15. [Vide Knipſchilt. *dict. cap.* 3. *n.* 12. & 13. Stamm. *de ſervit. perſon. lib. 3. cap. 34.*]

7. Quæritur autem. I. *An ſubditi teneantur Domino operas præſtare etiam extra territorium? Negatur.* Operæ enim ibi præſtandæ ſunt, ubi Dominus moratur. *per l. opera.* 21. *D. de oper. libert. l. forma. 4. §. ſi verò. 2. D. de cenſibus.* Huſan. *de hom. propr. cap. 6. Q. 4. num. 90.* Ritter. *de homag. concl.* 153. Ziegl. §. *Nobilis. num.* 141. [latè Dn. Balthaſ. *de operis. cap. 14.*] Niſi ab antiquo aliter obſervatum fuerit. *per l. Mævia.* 13. §. 1. *D. de ann. legat.* Maul. *de homag. tit.* 4. *num.* 18. *præjudicia refert.* Gylman. *1 p. 1. tit. 1. vol. 6. num.* 20. Klock. *d. tr. cap. 2. num.* 61. [Fr. Balthaſar. *dict. cap.* 14. *fol. m.* 354.]

8. Quæritur. II. *Cujusnam ſumptibus operæ ſint præſtandæ? Subditorum* ſumptibus præſtandæ ſunt, quoniam unusquisque quod ſpopondit, ſuo impendio præſtare debet; [quamdiu id, quod debet, in rerum natura exiſtit.] *l. quod niſi. 20. in pr. D de oper. libert.* Thom. Maul. *de homag. tit.* 4. *num.* 20. Stamm. *de ſervit. perſon. lib. 3. cap. 21. num.* 5. latè

Balthaſ.

Balthas. *dict. tr. cap.* 15. *fol. m.* 359. Dubitandi rationem collige *ex l. fin. §. fin. ibi: de publico. C. de fabric. lib.* 11. Vide Dn. Tabor. *in armam. jur. cap.* 1. *num.* 16. Quod *Limitatur* tamen, nisi pactum aut consuetudo loci aliud velit. *l. suo victu.* 18. *l. quod nisi.* 20. *D. dict. tit. de oper. libert.* Schrad. *de feud. p.* 2. *p.* 9. *pr. sect.* 5. *num.* 28. Borrin. *de Cavalc. p.* 1. *tit.* 10. [Alias limitationes adjungit Balthas. *dict. cap.* 15.]

9 Quæritur, III. Quid, *si subditi in angariarum præstatione plaustra aut naves destruunt, vel equos amittunt?* Hoc damnum *subditos*, non Dominum territorii, pati debere, dicimus per *l.* 2. *§.* 1. *D. ad l. Rhod. de jact.* [Et hoc propter rationem ab *Alciato* allatam, Quoniam subditi præstando angarias, nec operam suam, neque instrumenta ad angariam necessaria, Principi suo locarunt, sed obligationi, à Lege impositæ satisfecerunt. Alciat. *ad l. neminem.* 11. *C. de SS. Eccles.* Sixtin. 2. *de Regal. cap.* 13. *num.* 78. Roding. *lib.* 2. *Controv. feud. cap.* 30. Bocer. *de Regal. cap.* 3. *n.* 249. [Quamvis

latè dissentiat Franc. Balthas. *de oper. cap. 3. fol. 50.*]

[10. Quæritur, IV. *Quid verò dicendum, si jumenta, plaustra vel naves ab hostibus vel prædonibus diripiantur, aut deteriora fiant? Distinctione* præsenti hæc quæstio resolvitur. Si angariarum & parangariarum præstatio *subditis, ut singulis*, **Kopff für Kopff**/ injungitur, quilibet subditorum, **den es betroffen hat**/ damnum solùm pati cogitur. Quoniam impetus prædonum à nullo præstatur. *l. contractus. 23. D. de Reg. jur. l. si. merces. 25. §. vis. 6. D. locat.* Bocer. *dict. cap. 3. num. 249.* Rümelin. 3. *Dissert. 3. posit. 33. ubi mea. Addit.* Balthasar. *dict. cap. 3. fol. m. 56.*]

[11. Sin autem angariarum exhibitio *toti Civitati vel Universitati*, **einer gantzen Gemein**/ injungatur, universi in damno perpesso resarciendo, concurrere debent; adeò, ut omnium contributione resarciatur, quod pro omnib⁹ datum est *per l. 2. vers. ult. D. ad l. Rhod. de jactu. l. cum duobus. 52. §* 4. *D. pro socio.* Dn. m. Bocer. *dict. num.* 249. Leubler. *de incend. cap. 5. n. 135.* latè & distinctè Balthas. *dict.*

dict. cap. 3. fol. 58. Quamvis dissentiat Graef. *de Regal. cap. 35. num. 11.*]

[12. Ab hisce angariarum præstationibus *nemo* quomodocunquè privilegiatus *immunitatem* meretur; Ita *namq;* rescripserunt Imperatores Theodosius & Valentinianus: *Neminem ab angariis & parangariis vel plaustris, vel quolibet munere excusari præcipimus; cum ad fœlicissimam expeditionem nostri Numinis, omnium Provincialium per loca, quà iter arripimus, debeant nobis solida ministeria exhiberi: Licet & ad sacro-sanctas Ecclesias possessiones pertineant, in l. neminem. 11. C. de SS. Eccles. ubi Gilken & Brunneman.* [Vide Menoch. *consil. 800. num. 20. ac consil. 297. num. 21.* Balthas. *de oper. cap. 8. fol. m. 137.* Klock *de contribut. tom. 3. consil. 138. num. 65.*]

13 Verum enim verò, hæ angariarum prçstationes, ob varietatem consuetudinis, pactorum ac casuum, boni viri arbitratu melius definiri possunt. *arg. l. Mævia 13. §. 1. D. de ann. Legat.* Jacob. *de* S. Georg. *tr. d. Royd.* Stamm. *de serv. pers. lib. 3 per tot.* [Balthasar. *de oper. cap. 11. fol. m. 271.*]

CAPUT LXXIII.

De Forestali Jurisdictione, ac Venandi Iure.

1. FOrestalis Iurisdictio, Germaniæ moribus, territoriali jurisdictioni accensetur. Id, quod jam in vim legis transivit. *arg. §. nemo retia. 5. de pac. tenend. lib. 2. feud. 27.* Modest. Pistor *consil. 14. num. 23. vol. 2.* Rosenth. *de feud. cap. 5. concl. 94.* Heig. 1. *Q.* 15. Bocer. *de Iur. Domin. & Vasall. lib. 2. cap. 2. num. 44.* Klock. *consil. 29. num. 59.* [Et hoc latè disputat Knipschilt. *dict. tr. lib. 2. cap. 7. num. 4. & seqq.*] Quod jus in toto ferè orbe Christiano ad Reges pertinere tradit Mandosa *de inhibit. q. 62. num. 7.* Knich. *de Sax. privil. verb. Ducum. cap. 5. num. 196.* [Sicuti in specie de *Galliæ* Regibus, tradit Choppin. *de doman. lib. 3. tit. 22. num. 4.* Ac de aliis Regibus & absolutis Rebuspublicis idem confirmat multis authoritatibus Dn. Christ. Fesch. *de re venat. part. 2. thes. 1. lit. D.* Unde scribit Vander Graef. *Et hoc venandi jus adeò invaluit moribus & consue-*

tudine,

tudine, ut ferè nullus Principatus, nullum Regnum, nulla Respublica existat, quin hoc jure publico gaudeat, plebe exclusa. Graef. *de Regal. cap.* 41. *num.* 1.]

2. De hac Forestali jurisdictione Principibus Imperii competente, hodiè in Imperio Rom. Germ. eo minus dubitatur, *cum Electores, Duces, ac cæteri Status Imperii*, ab Imperatore, **mit dem Wild-bahn**/ investiantur, prout ex variis investiturarum formulis, patescit. Vide Knich. *de Sax privileg. verb. Ducum. cap.* 4. *num.* 61. Wehn. *in Observ. verb* **Forst.** Klock. *consil.* 29 *num.* 247. [Besold. *consil.* 212. *num.* 24. Christoph. Fesch. *de re venator. part.* 2. *thes.* 1. *lit. E. ac thes.* 4. *lit. B.* Qui modus per regiam investituram conferendi jura forestalia cum banno ferino, etiam in *Anglia, Scotia & Hibernia* ab antiquo observatus fuit, teste Thom. Cragio *de feud. Scotic. lib.* 2. *Dieges,* 8. *fol. m.* 192. Jacob. Waræus. *in antiquit. Hibern. cap.* 27. Ubi veteres investituræ *Hibernicæ* formulas egregias refert.]

3. *Quod Limitatur*, in casu, quo loci consuetudine immemoriali receptum

est, ut Sylvæ sint publicæ seu communes; ac in eis Venatio libera existat. Wo freye Bürsch üblich ist; Sicuti in plurimis Germaniæ Locis consuetum est; Quod consideratum fuit in causa Schwäbisch Gmünd contra Rechberg. Ruland 4. de Commiß. lib. 2. cap. 8. num. 10. [Knipschilt dict. lib. 2. cap. 7. num. 20. Besold. in Thes. Pract. verb. Freye Bürsch. In Ducatu *Brabantiæ*, Status Provinciales, sibi ipsis singulari pacto tempore quo *Rex Hispaniæ*, tanquam *Dux Brabantiæ*, Regimen aggreditur, certa capitulatione prospicere solent, ut quicunque Equestris ordinis, Nobiles, & quicunque Brabantiæ Incolæ, venari poterunt quascunque feras magnas. Vander Graef. *d. cap. 41. num. 3.*]

4. Forestalis autem jurisdictio dicitur, *potestas, quam Princeps Imperii in Sylvis ac nemoribus eorumq; ratione possidet & exercet.* Modest. Pistor. *consil.* 14. *num.* 14. *vol.* 2. Michael. *de Iurisdictione. concl.* 51. Besold *consil.* 3. *cap.* 4. *tit.* 4. *num.* 16. Mynsing. *respons.* 16 *num.* 36. Quæ, ut totum integrale, considerata, constituitur. I. *Banno ferino*, Wildbann/

bañ quod jus venandi dicimus: ac II. *Iure Foresti*, Forstrecht/ quæ non sunt unum & idem, sed inter se specificè differunt ac separantur: cum separata quoque faciant munia, & distinctos actus *arg. l. 130. D. de V. S.* [Besold. *in thes. Pr. verb.* Forst. Knipschilt *dict. lib. 2. cap. 7. n. 40.* Christ. Fesch. *dict. differt. part. 2. thes. 2. per tot.* Freyer. *de jur. territor. posit. 8. lit. C. in disp. Basil. vol. nov.*]

5. Alia enim committuntur einem Forst-Meister/ qui Sylvis præficitur, ne per excisionem arborum eæ devastentur. Alia item einem Jäger-Meister/ qui Venatoriis negotiis præest. Stephan. *2. de Iurisdict. part. 1. cap. 7. n. 432.* Klock. *de Contribut. in consil. ann. 3. Q. 7.* [Cujusmodi officiorum diversitas, rei quoquè diversitatem arguit. Knipschilt. *dict. cap. 7. num. 41.* Meichs. *2. decis. Cam. 2. num. 28.* Ac juri Foresti, non semper adhæret jus venandi, nec vicissim, sicuti hoc consideratum fuit in causa Schwäbischen Gemünd contra Rechberg/ teste Ruland. *d. part. 4. lib. 2. cap. 8. num. 43.* Fesch. *dict. differt. part. 2. thes. 2. lit. c.*]

6. Juris

6. Juris Foresti proprium est; *Saltuarios* constituere, Forst-Meister und Forst-Knecht zu bestellen: *Prohibere*, ne arbores concidantur. *Lignandi & pascendi* usum concedere. Chassan. *ad Cons. Burg. Rub.* 13. §. 2. *num.* 28. Knipschilt. *dict. cap.* 7. *num.* 49. & 50. *Transgressorum* delicta Forestalia punire: item pignora capere. Meichs. 2. *Cam. part.* 2. *decis.* 2. *num.* 20. [*Avenam* saltuariam Forst-haber exigere. Sichard. *Cons. contr.* 5. *n.* 3. *Statuta* Sylvestria condere. Wald- und Forst-Ordnung zu machen. Knipschilt. *dict. cap* 7. *num.* 44. Harppr. §. 12. *num.* 266 *Inst. d. R. D.* Das Aeckerich/ seu Jus glandis legendæ: Eichel und wild Obs zu lesen. Spitzigen Zaun abzuschaffen/ aliaq; plura. Wehn. *in Obs. verb.* Forst. Prohibitio, ne *Sylvis* noviter *cæsis* damnum inferatur, vel pecus ad certum tempus immittatur. Die junge Haw biß auff das vierdte und fünffte Laub zu verbieten. Besold. *in Thes. Pr. verb.* Forst. Steph. *de jurisdict.* 1. *cap.* 7. *num.* 437. & *seqq.* Gylman. 2. *Symph.* 1. *Vot.* 1. *punct.* 2. *num.* 2. *num.* 1. & *seqq.* Hæc & alia jura forestalia vide apud Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.*

cap. 7. num. 44. & seqq. Fesch. *dict. thes. 2. lit. B.*]

7. Quæritur autem; *An Ius venandi aut Foresti habens, prohibere possit Dominum Sylvæ,* das Außstocken / *ne ligna vel annosas arbores excidat cumulatim?* Quod communiter affirmatur. *per l. servitutes. 20. §. stillicidium. 5. D. de servit. præd. urb. l. certo genere. 13. §. Si totus. D. de Servit. P. R.* Sebast. Medic. *de Venat. part. 2. q. 3.* [Quoniam Dominus Sylvæ deteriorem conditionem Foresti facere nequit, nec fararum pasculationem minuere potest. *per l. si domus. 21. ibi: si non impediantur stillicidia mea. D. de S. P. V.* Gail. 2. *Observ. 67. num. 4. Præjudicia refert* Frid. ⁂ *de mandat. cap. 4. num. 19. ac cap. 38. num. 8.* Georg. Mor. *de jur. venand. cap. 3. num. 11.* latè Fesch. *dict. thes. 2. lit. B.* Modò excisio hæc, Domino, venandi Jus habenti, sit nociva, wenn solches ihme an seinen Forst-Jagens und Gerechtigkeit nachtheilig ist. [Aliàs Dominus sylvæ prohiberi nequit, ligna tàm quoad utilitatem, quàm necessitatem cedere Besold. *in Th. Pr. verb.* Forst. Knipschilt. *dict. cap. 7. n. 49. & 96.* Quo faciunt, quæ tradidi in Ga-

malog.

malog. *cap.* 11. *num.* 5. Knichen. *de jur. territ. cap.* 4. *num.* 362.]

8. Quæritur insuper; *An is qui Forestalem Iurisdictionem habet, sibi etiam vindicare possit, jus decimarum novalium, in sylvis eradicatis,* den Noval-Zehenden in den außgestockten Wälden? Ego *territorii Dominum* melius fundatum esse in sua intentione, censeo. [Quoniam ex consuetudine imperii, jus percipiendi novalia, ad territorii Dominum pertinet, secundum tradita *supra cap.* 70. Jus autem foresti, nullam tribuit jurisdictionem. Wehner. *in Observ. verb.* Forst. Besold. *in thes. pract. verb.* Forst. Kraisser. *de jur. venand. cap.* 26. *num.* 4. & 5. Knipschilt. *dict. cap.* 7. *num.* 42.] Quamvis jurisdictionem Forestalem habens, ex fundo non petat den Noval-Zehenden/ non tamen prohiberi potest, quin ein Stock-Garb/ in recompensationem deß Außstockens/ exigere possit. Vide Klock. *de ærario. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 40. Besold. *in Thesaur. Pr. lit. A. num.* 77.]

9. Jus venandi, ac Bannum ferinum, respicit ipsum venationis actum. Quod vulgò das Waid-werck appellatur. *arg.*

arg. l. venationem. 26. D. de usur. Als Hetzen/ Jagen/ Fällen/ Würgen. Non tantum in sylvis & nemoribus, sed etiam in agris, in und ausser den Höltzern. Wehn. *in Obs. verb.* Forst-Recht. *fol. 152.* Besold. *in Thesaur. Pr. V.* Forst. Etiam cum sclopetis, ac mit Seylern/ Stricken/ aut quocunque modò Domino placuerit. Wehn. *d. verb.* Forst-Recht. *fol. 162.* Noe Meurer. Forst-Recht. *part. 1. in pr.* Fesch. *de re venat. part. 1. thes. 9. lit. A. ac part. post. thes. 2. lit. C.* Ac dividitur venandi, Jus in klein und groß Waid-werck/ oder nidere und hohe Jagden. Knipschilt *dict. cap. 7. num. 24.* Venatio bassa (quâ permittitur captura ferarum minorum) quibusdam in locis non inconcinnè vocatur, das stiebende und fliegende Wildbrett zu jagen und fahen. Fesch. *dict. part. 2. thes. lit. C. in fin.*]

10. Quod jus sese extendit quoque ad aucupium ac capturam avium, Beitzen; structionem areæ, Vogel-Weid/ und Vogel-Heerd schlagen/ quæ inferioris venationis species, deß kleinen Wildbrets/ existit. Meichs. *1. decis. Cam. 1. part. 2. fol. 8.* Gylman. *decis. 40. num. 9. lib. 1.*

[Vide

[Vide Knipschilt. *dict. cap. 7. num. 33. & seqq.* Fesch. *de venat. part.* 1. *thes.* 12. *lit. G.* Graef. *de Regal. cap. 41. num. 5.*]

[11. *Prohibere* quoque possunt Domini, Forestalem jurisdictionem habentes, ne quispiam in suis Forestis venetur & quidem sub certa & determinata pœna. Michael. *de jurisdict. concl.* 51. *lit. B.* Merckelb. apud Klock. *consil.* 29. *n.* 492. Gregor. Sayr. *in Clav. regia. lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 8.]

[12. Quâ verò pœna *Feripitæ* afficiendi sint? non certò constat; *Menochius* talem ferarum insidiatorem dupli pœna afficiendum esse, adjuncta amissione instrumentorum, censet *consil.* 943. *num.* 48. Medic. *de Venat. part.* 2. *Q.* 5. *num.* 7. Quam tamen pœnam arbitrariam esse censeo, adeò ut vix ad mortem usque extendi possit. §. *summa. Inst. de injur.* Mor. *dict. tr. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 11. De qua pœna sequentia legimus *in Speculo Suevico*: kein Richter soll einem sein Leib gar nemmen/ weder umb Gewild/noch umb Gevögel / noch umb Fisch. Schwab. Spieg. *lib.* 1. *tit.* 36. §. 2. Knicken. *de Sax. privileg. verb. Ducum. cap.* 5. *n.* 304. Vide omninò

Dn.

Dn. Fesch. *de re venat. part. post. thes. 3. lit. B.* Gregor. Sayr. *in clav. Regia lib.* 11. *cap. 9. num.* 13. Einsidel. *de Regal. cap.* 3. *num.* 368.]

13. Sæpissimè autem in Imperio accidit, ut unus vel alter Princeps & Status Imperii, etiam *in alterius territorio ac sylvis*, Jus venandi habeat, prout Serenissimus *Dux VVürttembergiæ & Tecciæ* in quibusdam vicinorum Imperii Statuum territoriis, jus venandi, ac jurisdictionem forestalem possidet. De hinc Quæritur: *An habens Ius venandi in Sylva, eam succisis lignis quoq; cingere possit, Ob* das Jagen/ inferat das Hagen? Quod communiter affirmatur. Zasius *consil. 6. lib. 2.* Gail. *2. Observ. 68. num. 9. & 2. de Pignor. cap. 1. & 2.* Gyland. *decis. 22. lib. 1. num.* 37. Forst. *in proc. Cam. tit.* 11. *vol. 4011. fol. 781.* [Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 7. num. 53.* Quam assertionem non semper & ubiq; locum obtinere tradit. Frider. Mindan. *cap. 41. num.* 1. Klock. 1. *consil. 29. num. 480.*] Hâc tamen addita *Declaratione*; Modò Domino prædii vel Sylvæ nullum præjudicium exinde inferatur. Frider. *dict. cap. 41. num.* 1.

Tt Wehn.

Wehn. *in Observ. ubi* Forst-Recht. *f.* 155. [Dominus tamen, jus foresti habens, ligna ad usum cingendi ex suo nemore conferre tenetur. Tilem. *de Benign. 1. dec. 3. vot. 2. num. 9.* Sixtin. *2. de Regal.* 18. *num. 67.* Harppr. *§. feræ.* 12. *num. 272. I. d. R. D.* Quod tamen à quibusdam disputatur.]

14. Hûc refer etiam, quod subditi Domino suo obligentur *ad Operas Venatorias*, zu den Forst Beschwerdten/ als Hund führen/ fürstehen/ Garn- und Seyler zuführen/ [Wildhäger/ und Wild-Zäun zu machen/ Hund aufstocken.] *arg. l. nullus* 21. *C. de Curs. publ. lib. 12.* Harppr. *§. feræ.* 12. *n. 284. Inst. de R. D.* [Besold. *in thes. pract. verb.* Forst. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 7. num. 71.*] Quæ tamen operæ non tàm vi Juris venandi, quàm territorialis jurisdictionis exiguntur, ac superioritatis actum probant. [Ideò à non subditis vix peti & obtineri possunt, nisi consuetudo in contrarium vigeat. Mor. *de jur. venand part. 2. cap.* 10. *num.* 11. latè Fesch. *dict. part. post. thes. 2. lit.* C.]

[15. Hoc tamen admonendum, quod Princeps territorii, jura forestalia possi-

possidens, servitia venatoria, *cum benigna moderatione* exercere debeat, considerando, ne subditi ad onera Venatoria, tempore, quo *agrorum sationibus* insistunt, trahantur; ne annona cum Reipublicæ nocumento, damnum patiatur. Quod hisce verbis tradit Syriacus Spangenbergius: **Zu Erndt- Herbst- und See-Zeiten / oder da sonsten nöthige und hochobligende Geschäfften einfielen.** Spangenb. **von rechtmässigen Jagen.** *cap. 5. part. 1.* Wehner. *in Observ. verb.* **Forst.** Besold. *consil. 15. num. 6. in append.* Quod Serenissimus Dux *Eberhardus* singulari clementia, pro innata generosa vigilantia, observare solet, [Imprimis verò præcavere debet Dominus juris forestæ, ne operæ venatoriæ *Diebus festis* exigantur, ne studio operarum, subditi à divinis officiis retrahantur, ac dies Domini in vanum ducatur, *per cap an putatis. 13. ibi: sed surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit. Distinct. 86. l. 2. C. de feriis.* Sebast. Medic. *de venat. part. 1. Quæst. 3. num. 12* Covar. *in Regul. peccatum. part. 2. §. 8. num. 3.* Coler. *in Proceß. Execut. part. 3. cap. 9.* Barbosa *ad*

 dict.

dict. cap. an putatis, num. 1. Ita Serenissimus Dux Württembergiæ *Eberhardus* juxta innatam avitorum pietatem, & pium Religionis Zelum, suis Venationum Præfectis, acerrimis Decretis sæpissimè injunxit & præcepit, ne operas Venatorias in diebus festis instituant aut subditis imponant; Quod si quidpiam contra attentare deprehenduntur, gravem reprehensionem incurrunt, quandoq; carceris pœnam sustinere tenētur. Sicut ipsæ quoque Venationes in diebus festis *in Ducatu VVürttembergico & Tecciaco* penitus interdictæ sunt, ne occasione Venationis, cultus divinus negligatur. Quod pium & æquum est. Pruckman. *de Regal. cap. 5. n. 1.* Ruland. *de Commiss. part. 4. lib. 2. cap. 8. num. 69.* Fesch. *de re Venator l. part. post. thes. 7. lit. B.*]

[16. Solent etiam Principes & Status Imperii, *Nobilibus*, aliisvè benè meritis *Consiliariis* concedere Venationem precariam, **ein Gnaden Jagen/ oder auff ein** Revers. De qua concessione Hening. Gædd. *Cons. 3. in fin. Univ. Ingolstadiensis apud* Kirchov. *tom. 5. cons. 18.* Meichsn. *tom. 3. decis. 23. f.* 1037. Quandoque

doquè in feudum dare per inveſtituram. Sixtin. 2. *de Regal. cap. 8. num. 47.* Knichen. *de inveſtit. pact. cap. 2.* [Beſold. *conſil. 26. num. 20.* Quod regulariter privativè, non verò cumulativè intelligendum eſt, adeò, ut Dominus directus à convenatione excludatur. Schrad. *de feud. part. 5. cap. 1. per tot.* Surd. *Conſil. 210. n. 60.* Feſch. *dict. theſ. 4. lit. C.* Ubi tamen tradit, quod hoc vix *uſu*, ubivis locorum obſervetur.]

17. Proinde Quæritur: *An ſub conceſſione ac inveſtitura territorii, ac jurisdictionis altæ, veniat etiam* das hohe Jagen? Sanè, niſi hoc ex inveſtitura apertè conſtet, *Negativa ſententia* verior erit. [Quoniam ſub generali conceſſione, non veniunt ea, quæ quiſpiam veriſimiliter in ſpecie non fuiſſet conceſſurus. *cap. fin. X. de offic. vicar. l. quæro. 39. D. d. act. empt.*] Schrad. *d. feud. part. 3. cap. 4. num. 48.* Heig 1. *q. 15. num. 54.* Gylman. 1. *deciſ. 13.* Sixtin. *d. cap. 18. num 52.* [Quod adeò verum eſt, etiamſi Territorium cum pertinentiis conceſſum fuerit.] Knichen. *de pact. inveſt. part. 2. cap. 2. num. 49.*] Roſenth. *d. cap. 5. concl. 49. ac*

*concl.*11.*num.*3. *in addit. lit* C. Schrad. *eod. tr. part.*1. *cap.*4. *num.* 47. [Dissentit Dn. m. Harpprecht. *ad §. feræ.* 12. *num.* 187. *Inst. de rer. divis.* Vide omninò distinguentem Dn. Fesch. *de re venat. part. post. thes.*5. *lit. A*]

[18. Quæritur insuper; *An Vasallus investitus cum venationibus*, **mit den Jagten** / *non tantum capturam ferarum minorum, sed etiam majorum*, **nach hohem Wildbret / als nach Hirsch / Schwein zu jagen** / *exercere possit?* Quod *Negamus*; Quoniam Vasalli venationes majores non habent, nisi eam per expressam concessionem, aut temporis immemorialis lapsum obtinuerint. Gail. 2. *Observ.* 66. *n.*7. Rosenth. *de feud. cap.*5. *concl.*14. Præjudicium adducit Finckelthaus. *Observ. decis.* 41. *per tot.* Vide omninò Einsidel. *de Regal. cap.*3. *n.*372. *& seqq.*]

19. Claudat hæc quæstio præsens Caput; *An Capreolæ ad majores feras referendæ sint?* **Ob die Rehe under das hohe oder niedere** seu **kleine Weid-werck gehöre?** Sanè Johannes Meichsnerus, has inter minores feras recenset. *1. decis. Cameral. part.* 2. *fol.* 6. Wehnerus verò

Capreas

Capreas ad tertiam quandam speciem refert, dum inter hoch-roth Wildbreth und nider-roth Wildbreth distinguit. *in Observ. verb.* Forst-Recht. Ego regulariter Capreas propter ferinam generosam, feris minoribus vix accensere audeo; [Dn. Thabor. *in racemat. crim. Respons. fin. Q. 2. fol. m. 571.*] Nisi consuetudo Regionis & observantia possidentis aliud suadeat. *arg. l. 1. §. fin. D. de ventr. inspic. l. 7. D. de offic. procons. juncta l. 50. §. 3. de legat. 1.* [latè Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib. 2. cap. 7. num. 27.*] Nam *alibi* ad majores, *alibi* ad minores feras referuntur. Sicuti de *Thuringia & Misnia* testatur Neüenhan. *apud Arum. 3. discurs. 19.* Ac de *Bavaria* Khaiser. *de jure Venandi. cap. 9.* [Dn. Thabor. *dict. respons. Q. 9. 2. fol. 571.* Weizzeneg. *d. jur. Venand. cap. 4. num. 26.*]

Caput LXXIV.

De Negotiis Bellicis.

[1. HUc usque *Politica Pacis* jura & negotia. Nunc de *bellicis juribus*

Principibus & Statibus Imperii competentibus agendum. [Bellum parandum est *maturè & in Pace.* Unde proverbium ortum; *In pace de bello cogitandum.* Facilè namque *juxta Platonem*, eæ Civitates ab exteris vincuntur quæ prorſus arma deſeruerunt, ſeque totas otio, pacis certitudine freti, mancipa-runt: abjecto omni rei bellicæ exercitio, rerumquè militarium ſtudio. Dn. Forſtner. *hypomn. pol.* 1. Dn. Beſold. *de bello cap.* 1. *num.* 3. Sunt autem juxta *Livium*, ſicut *pacis*, ita quoque *belli* jura, juſtaque ea, non minus, quam fortiter gerere debes, Livius *hiſtor. lib.* 5.]

2. Porrò, cum arma omnia publici juris ſint, ideò omnibus privatis interdicta eſt, absque Speciali Principis permiſſione, armifactura. *per tot. tit. C. ut uſus armor. Novell.* 17. *cap. ult.* Arniſæ. *de jur. majeſt. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. [Dn. Bernegger. *de morib. German. Tacit. Q.* 127. Unde provenit, ut Imperantes & jus armandiæ & omnia belligerandi jura, ſibi ipſis reſervarint. Proſpeximus (inquit Imperator Juſtinianus) *armifacturæ opus, nullum privatum operari, ſolos autem*

autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armifactoriis, aut qui dicuntur fabricenses: in Novell. 85. cap. 1. Et hoc est, quod *Armandiam* vocamus, & armandiæ jura Principes sibi vindicarunt; Proinde Imperator *Fridericus I. Ius armandiæ* inter Regalia retulit, *in cap. un. lib. 2. Quæ sint Regal. cap. 56.* Dn. Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 139.* Sixtin. *eod. tr. lib. 2. cap. 1.* Graef. *de Regal. cap. 25. num. 6.*

3. In Imperio Romano Germanico, Principes & Status Imperii, *Ius quoq; armandiæ* vigore jurisdictionis territorialis, à tempore suæ originis nescio, & immemoriali, in suis Ducatibus & Comitatibus habent & exercent. Knichen *in Encyclop. cap. 16. num.* 115. Limn. *4. I. P. cap. 8. num. 210.* Quod in specie Civitatibus quoque Imperii immediatis competere, tradit. Dn. Adam Dapp. *de Civitat. Imper. part.* 1. *cap. 7. num.* 8. Dn. Knipschilt. *eod. tr. lib. 2. cap. 22. n. 57.* Quâ armandiæ voce, vel fabricatio armorum, vel magis usus armorum publicus intelligendus est. Rosenth. *de feud. cap. 5. conclus.* 19. Arnisæ. *lib. 2. de jur. majest. cap. 4. num.* 12. Dn. latè Thabor. *in*

armament. cap. 1. *num.* 3. Qui armorum usus Principibus & Statibus Imperii merito attribuitur, ad præstanda eò promptiùs auxilia circularia, darmit von einem Fürsten und Stand deß Reichs / die schleunige Reichs- und Kreyß- Hülff könne geleistet werden. Dn. Thabor. *dict. tr. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 18. *& part.* 2. *cap.* 1. *&* 2. Knipschilt. *dict. cap.* 22. *num.* 57.]

[4. Ex hoc jure armandiæ fluit, quod Principes & Status Imperii jus & potestatem habeant in suis territoriis *Armamentaria publica* instituere, eavè variis armorum generibus implere, *Fabricas* armorum ædificare, ac privatis armorum usum prohibere; Quod jus, publicæ securitatis gratia, Principibus & Statibus Imperii *ab Imperatoribus*, merito in manibus relictum fuit. Dn. Thabor. *in armam. sect.* 1. *cap.* 1. *num.* 26. Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 22. *num.* 59. De armis, *vide* Besold. *de jur. bell. cap.* 3. Et hoc jus fabricandi & parandi tormenta bellica Statibus Imperii competere constat ex Reichs-Abschied / *de Anno* 1555. §. und demnach ein Kriegs- Volck. Imò ipsis *Circulis*, eorumque inscriptis ac im-

matri-

matriculatis Statibus Imperii, singulari Imperiali Recessu injungitur, daß ein jeder Kreyß / mit seinen erwöhlten Obristen/ zu und nach-geordneten / auch andern Befehls-Leuten/ Geschütz / Artolierey / munition, und was darzu gehörig/ in guter Bereitschafft stehen solle. Reichs-Abschied zu Speyer/ *de Anno* 1570. §. Sintemahl auß hoch-bewegenden Ursachen. Reinking. *1. claß. 5. cap. 6. num. 15.*

[5. Sanè *Armamentaria*, armorumque usum, olim nemini nisi absolutis Principibus competiisse, nec in privatorum manu exstitisse, & sacræ & profanæ litteræ testantur. Ita *Vsiam* Regem, ex armamentario suo exercitum, omni armorum apparatu, instruxisse, legimus. *2. Chron. cap.* 26. *vers.* 14. Similimodò *Cicero* scribit; Ingruente bellorum necessitate, arma populo Romano, ex armamentariis publicis, à Consulibus distributa fuisse. *in Orat. pro Rabir. in med.* Parilia legimus apud Tacit *1. histor. cap. 38. & cap.* 80. Livius *histor. lib. 3. Vide omninò* Dn. Thabor. *in armament. sect. 2. cap. 4. num.* 3.]

[6. Ex eodem armandiæ jure provenit,

venit, *Ius prohibendi*, ne arma *Exteris*, ſub gravi pœna vendantur; Adeò, ut contranitentes confiſcatione bonorum exportatorum puniri poſſint. Idque utilitatis publicæ cauſa, dum omnia ea, quæ in noſtram perniciem redundare poſſunt, exportari non debeant. *arg. l. 2. C. quæ res. export. non debeant.* Menoch. *conſil. 1000. num. 56. ac 2. Arbitr. caſu. 585.* Hilliger. *in D. E. lib. 9. cap.* 10. *lit. A.* Dn. Thabor. *dict. tr. ſect.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. Dn. Knipſchilt. *de Civit. Imper. lib.* 5. *cap.* 22. *num.* 30. Prohibitio autem venditionis, etiam ad permutationem, donationem ac pignoris dationem, extendenda eſt. Fabian. de Monte *de empt. Quæſt.* 2. *num.* 9. *ſeqq.* Quod Statutum etiam non ſubditos ligat; Adeò, ut ne quidem *Legatus exterus*, abſque impetrata Licentia hujusmodi armorum genera, emere, & exportare poſſit, *per dict. leg.* 2. *ibi: ſub ſpecie Legationis. C. quæ res export.* Martin. Coler. *de aliment. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 9. Qualis prohibitio imprimis in Regno *utriusq; Siciliæ & Hiſpaniæ* viget, quo loco, ne quidem militarem equum extra provinciam ducere permiſſum eſt. teſte

teste Andr. de Isernia *ad tit. quæ sint Regal. lib. 2. F. 56. num. 5. ubi* Nard. Liparul. *lit. D.* Id, quod ad alia quoquè ad bellum pertinentia meritò extendit Don. Garſ. Maſtril. *de magiſter. lib. 5. cap. 9. num. 53.*]

CAPUT LXXV.

De Armorum impoſitione & Luſtratione.

[1. PRincipes quoque & Status Imperii vigore jurisdictionis territorialis, hodiè absque dubio, jus habent & facultatem, *ſubditis armorum uſum imponendi & exercitium injungendi*, den Unterthanen/ die Gewehr und Waffen/ auffzulegen / quo cum armis, ad minimum ſuperioris nutum, parati compareant, ac contra improviſas hoſtium invaſiones, ſemper prompti & quaſi in expeditione exiſtant. *arg.* Reichs-Abſchied/ *de Anno* 1555. §. und demnach. Knichen. *de Saxon. privileg. Verb. Ducum. cap. 5. num.* 575. Klock. *de contribut. cap. 3. num.* 232. Dn. Mævius *ad Ius Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 1.* *num.*

num. 4. Ita *Cathaloniæ* Barones & Domini Castrorum, subditos suos cogere possunt, ad se ipsos armandum; quo etiam hostes & latrones persequi possint, teste Jacob. Cancer. *lib. 3. Var. Resol.* 13. *num. 62.*]

[2. Hæc potestas imponendi & gerendi arma apud Romanos, nemini nisi summo Principi competebat, *per l. un. ibi: nobis insciis & inconsultis. C. ut arma. usus. lib.* 11 *Novell.* 85. *cap.* 4. Guazzin. *de confiscat. bonor. conclus.* 23. *num.* 88. Brunneman. *ad d. l. un. C. dict. tit.* Translato ad Germanos Imperio Romano, *Imperator Carolus Magnus*, singulari Imperiali rescripto edixit, ut quilibet Imperio Rom. Germ. subjectus, armaturam in hostem ferat, ac omnis qui duodecim mansos possidet, *Bruniam*, id est, *galeam* habeat. Goldast. *Const. Imper. latin. tom. 3. fol. m.* 156.]

[3. Ex eodem superioritatis jure, Princeps, subditos *in certas cohortes & Legiones* dividere, eosque statis temporibus per Centuriones in armis *exercere* potest; Quod germanicè **in den Waffen zu Trillen** / voce, à Gallico idiomate, *estriller*,

estriller, desumptâ, appellamus. *Ita Romani Tyrones* neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus, per equites Romanos, ac etiam per *Senatores* armorum peritos erudiebant: Sueton. *cap. 26*. Veget. *de re militar. lib. 1. cap.* 13. Ubi Godes. Stewech. *ac lib. 2. cap.* 9. *&* 12. Nec minori cura Græci, artem bellicam tractabant, teste Xenephonte *lib. de republ. Lacedæm.* Invicta enim est Respublica, ubi Cives, non studio subitaneo rem militarem aggrediuntur, sed *Lacedæmoniorum* more, reapse billicorum operum artifices existunt. Besold. *de jur. bell. cap.* 2. *num.* 2.]

[4. Quo pertinet jus subditis injungendi, ut benè *muniti* compareant, **den Unterthanen sich zu** mundiren, (voce à latino sermone, *munire, munitus, mutuatâ.*) **außzuerlegẽ/** Eosvè debito tempore, cum armis lustrare, **die Unterthanen zu mustern/ und die Wehr zu beschawen.** Et hoc *more Romano*, nam Militem benè vestitum esse, armis splendentibus incedere, ad laudem Præpositi pertinere, scivit *Avidius Cassius*. Hic *legionibus Syriacis*, luxuria diffluentibus, præpositus:

arma

arma singulorum septimo die inspexit: Vestimenta etiam, calceamenta & ocreas inspexit: *Maximinus*, legioni tyronum ab *Alexandro Severo* præpositus, jussit eam, quintaque die decurrere, simulachra bellorum agere; gladios, loricas, galeas, scuta, tunicas & calciamenta inspexit. Capitolin. *in Maximino*. Veget. *lib. 2. cap.* 12. God. Steuvich. *ad eund. dict. cap.* 12. *in fin.* Qua de causa Princeps, *delectum* inter subditos instituit, Unde die erste und andere Außwahl anzuordnen pfleget. & similes actus militares exercet, quibus omnibus subditi parere & ad minimum cennum comparere obligati sunt! Quæ cuncta superioritatem territorialem comprobant. *arg. l. lege.* 3. *ibi: delectum habere D. ad l. jul. majest. l. neminem.* 17. *C. de re milit.* R. A. *de Anno* 1555. §. und demnach ein Kriegs-Volck. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1564. §. ferner dieweil. Bidenbach. *Quæst. Nobil.* 7. Ritter. *de homag. conclus.* 190. *&* 191. Knipschilt. *de Civitat. Imper. lib. 2. cap.* 22. *num.* 46. *& seqq.* Limnæ. 6. *I. P. cap.* 2. *num.* 129.]

[5. Quæ-

[5. Quærunt autem Politici; *Satiusnè sit, arma subditis permittere, eosq; in armis exercere, vel illis prorsus adimere, & in armamentariis custodire, quibus tempore ingruentis belli armari possint?* Sanè, *posterior sententia*, non paucis placuit; Ad securitatem enim Imperantis pertinet, si arma in ejus tantùm, non autem in civium, manu & potestate sint posita; siquidem ita imperabit securè non modò volentibus, sed etiam invitis. Aristot. *lib. 5. Polit. cap. 11.* Cùm etiam arma, sæpiùs occasionem turbarum suggerere soleant; arma namq; manus otiosas lascivire faciunt: sicuti scribit Tacit. *de morib. Germ. cap. 44. vers. 4.* Arnisæ. *lib. 2. de jur. majest. cap. 5. num. 4.* latè Dn. Thabor. *de exarmat. sect. 2. cap. 4. num. 4. & seqq.*]

[6. Verum enim verò, magis mihi placet assertio *Dn. Berneggeri*, qui tradit, armorum promiscuam permissionem non tantùm esse licitam, sed etiam, ob majorem, cui tales Respublicæ obnoxiæ sunt, invidiam, insidiasquè, necessariam esse; Imò necesse est, ut subditis, jussione Principali arma mandantur;

Quo ii arma ſua in promptu habeant, contra quasvis repentinas invaſiones; ne priùs opprimantur oſcitantes, quàm ex armamentario ea capiant. Bernegger. ad Tacit. *de morib. German. Quæſt.* 12. Unde benè Seneca ſcribit. [Princeps] in ipſa ſecuritate, ad difficilia ſe præparet, ut contra injuriam fortunæ, inter beneficia firmetur. Senec. *epiſtol.* 18. Tholoſan. *Syntagm. lib.* 23. *cap.* 9. Knipſchilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 47.

[7. Ex hoc armandiæ & Arma imponendi jure, procedit quoque *Ius Exarmationis*, hoc eſt, ſubditos armis exuere, **den Unterthanen die Waffen abzunemmen/ und niderzulegen/** quod vulgò, *diſarmiren/* vocamus. *arg.* §. *ſi quis ruſticus.* 5. *lib.* 2. *feud.* 27. Schenck. Baro. *lib.* 3. *tit.* 5. Paul. Balzeran. *ad dict.* §. *ſi quis ruſticus.* 5. *num.* 13. Dn. Thabor. *tr. de exarmat. cap.* 4. *per tot.* Klock. 1. *conſil.* 34. *num.* 6. Nonnunquàm enim propter ſecuritatem publicam Princeps, ad armorum ademptionem pervenire ſolet, ubi tumultus metuendus eſt, aut ſi ſubleſta Civium & incolarum fides exiſtit. Ita

de

de *Xerxe Persarum Rege*, scribit *Plutarchus*, quod iratis Babyloniis ob defectionem, cum eos in potestatem suam redegisset, armorum gestationem interdixerit. Plutarch. *in apophteg.* Ita apud recentiores historicos legimus, posterioribus seculis ademptam fuisse possessionem armorum, *Senensibus*. Thuan. *histor. lib.* 15. *Genuensibus*. Guicciard. *histor. lib.* 7. *Florentinis*. Macchiav. *histor. flor. lib.* II. Idem quoquè in seditione rusticorum *An.* 1525. contigisse referunt Historici. *Vide* Arnisæ. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. Dn. Thabor. *dict. tr. sect.* 1. *cap.* 3. *num.* 16.]

[8. Imò, multis quoque Regnorum ac Rerumpublicarum Legibus vel Statutis sub gravi pœna prohibitũ est, *ne quispiam, exceptis Nobilibus, sine permissione & licentia arma gerat.* Talem Constitutionem in Regno *Hispaniæ* vigere, constat *ex tot. tit. Recopilat. leg. Hisp. lib.* 6. *tit. de las armas.* 6. Talis constitutio *in Regno utriusq. Siciliæ* existit, quam refert Carolus Tapia *de jur. Regn. Neapol. lib.* 5. *tit.* 35. *Ubi commentar.* Afflict. *ad dict. Constit. Neapol. lib.* 1. *Rubr.* 9. Similia Statuta de *Genuensibus, Florentinis & aliis*

Rebuspublicis commemorantur. Arnisæ. *2. cap. 5. num. 9.* Thabor. *dict. cap. 4. n. 5.* Quod Statutum valere & sua æquitate niti, tradit Balzeran. *lib. 2. feud. 27. §. si quis rusticus. num. 13.* Quoniam portatio armorum præstat causam ad violentias & ad homicidia. *pr. l. si servus. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Et semper removenda est occasio ad malum. *l. un. §. sed ne. C. de latin. lib. tollend.* Quod latiùs deducit Alph. de Azevedo *ad Rubr. tit. 6. recopil. lib. 6. num. 9. & 10.* Vide Menoch. 2. *Arbitr. cas. 394. num. 18. & seqq.*]

Caput LXXVI.

De Jure Sequelæ, vom Aussfordern.

1. LUstrationis effectus ac necessarium consequens est, *Ius Sequelæ:* die Herren Folg/und Reiß/oder das aussbieten. Quo subditi, Domino territorii bellum movente, ad præceptum comparere, ei armis assistere, ac eundem armati sequi tenentur; Et hoc exercet Prin-

Princeps & Status Imperii, sive ipse bellum moveat, sive contra eum moveatur. Klock. *de Contrib. cap. 3. num. 273. & 301.* Buxtorff. *Conf. ann. 2. quæst. 3.* [Jus enim *sequelæ*, est quasi effectus *Lustrationis* ac in classem jurium superiotatis territorialis refertur. Knichen. *de jur. territor. cap. 3. num. 257.* Reinking. *1. class. 5. cap. 6. num. 20.* Quod jus sequelæ Civitatibus quoquè immediatis competere, meritò asserit Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 22. num. 50.* Qui *sub num. 51.* tradit, quod Cives & subditi, etiam inviti, Dominum territorii sequi teneantur; Quamvis dissentiat Cabedo *decis. 44. num. 2. & 5. part. 2.*]

2. Subditi autem Principem territorii sequi tenentur, non tantùm in territorio, sed etiam *extra territorium*; Knipschilt. *dict. cap. 22 num. 53.* Menoch. *consil. 1003. num. 63.* Dissentientium rationes, vide apud Balthas. *de oper. cap. 14. fol. 350.*] Nec solùm, si Patriæ defensio hoc exigat, sed &, si Dominus *pro vindicanda injuria*, vel *tuendis ditionibus* extra territorium sitis, bellum suscipere cogatur, aut ablatorum recuperatio id

exigat. *Nisi* aliud consuetudo loci, aut Pacta Conventa velint. *arg. l. quod nisi. 20.* § 1. *D. de Oper. libert.* Reichs-Abschied *de Anno* 1564. §. ferner dieweil. Rosenthal. *de feud. cap. 8. concl.* 25. Andr. Khol. *de serv. feud. cap. 5. num. 9.* Maul. *de homag. tit. 5. num. 30.* Ritter. *eod. tr. concl.* 193. Hâc tamen addita prudenti *consideratione*, quod subditi non facilè extra territorium, vel ad loca dissita evocentur *per l. opera. 21. D. de oper. libert.* Nisi contra pacis publicæ turbatores agendum sit. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1559. §. und wiewol. *21.* Gail. *1. d. P. P. cap.* 16. *n.* 26. Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 22. *num.* 53.]

3. *An autem subditus Principem territorij sequi teneatur personaliter?* Dubitatur. Et hoc *Affirmamus*; Modò Principis maximè intersit, ob egregiam subditi experientiam militarem Domino assistere & ejusque personalem comparitionem opus habere. *arg. cap.* 1. *Hic finitur Lex.* 2. *F.* 28. *in pr. cap. un. L. ibi: quia sub jurisdictione.* 2. *F.* 5. Adeò quidem, ut subditus ne quidem præstando, interesse liberetur: Cum in hoc jure sequelæ, electa censeatur personæ industria

dustria. *arg. l. un. §. 9. vers. fin. C. de Caduc. toll. l. ult. §. 1. D. de mun. & honor.* Ritter. *de homag. concl.* 194. Bidenb. *Quæst. Nob.* 21. *num. 3.* Klock *de contrib. cap. 3. num.* 280. [Concessio enim feudi vel præstatio homagii continet fidelitatem de substantia, & servitium de natura, quod sine Principis consensu, subditus declinare nequit. *per cap. un. Qual. jur. deb. Vasall. ibi: quia sub jurisdictione. lib. 2. F. 5.* Andr. Capan. *de jur. adohæ. Quæst.* 11. *num.* 1. Balthas. *de oper. rustic. cap.* 11. *fol. m.* 289. Quod si Principis territorii interesse non magnoperè industriam subditi requirit,] per substitutum, Dominum pro lubitu sequi non prohibetur, ad exemplum duorum reorum promittendi. *l. nemo est. 5. D. de duob. reis. l. 21. C. de Episcop. & Cler.* Bocer. *de Iur. Dom. lib.* 1. *cap. 4. num. 6.* Borin. *de Cavalcat. part.* 1. *tit.* 18. Mager. *de Advoc. arm. cap.* 11. *num.* 621.

4. Subditum autem Domino offerendo *Pecuniam* loco auxilii, regulariter non liberari von der Außwahl/verius esse videtur; Quoniam obligatus ad faciendum, id præcisè præstare tenetur. *l. 11. §.*

f. D. de Legat. 3. l. si non. 26. & §. 12. D. de condict. indeb. Kohl *de servit. Vasall. part. 6. num. 25.* Maul. *de homag. tit. 5. num. 39.* Klock. *de Contrib. cap. 2. num. 64.* Franc. Balthas. *de oper. cap. 16. fol. 376.* [Ex singulari *Regum utriusq; Siciliæ* munificentia, imprimis *Conradi Imperatoris* ex Nobili *Suevorum* genere, constitutum est, ut Vasalli & subditi tempore belli Regi vel in persona in bello assistant, vel alium Domino acceptabilem in sui locum, sistant, vel reditus unius anni proventuum persolvant. Carol. Tapia *de jur. Regn. Neapol. lib. 6. tit.* 13. Andr. Capan. *de jur. adohæ. Quæst.* 1. *num. 2. 3. & 4.*]

5. Quid juris autem; *si Princeps territorii pro auxilio personali, pecuniam, non verò personalem præstationem exigere velit?* Subditos ad solutionem pretii *non obligari*, ex ea ratione dicendum esse censeo, sicuti enim invito Creditori aliud pro alio solvere non licet: Ita è diverso Debitor urgeri nequit, ut aliud pro alio solvat, nec peti potest, quod non debetur. *§. præterea. Inst. de action.* [*l. manifeste. 17. ibi: tàm alio pro debitore solvente.*

l. cum

l. cum pro. 24. C. de solut.] Joan. Bolognet. *ad l. 2. §. mutui datio. num. 44. D. de reb. credit.* Nam Creditor & Debitor sunt relata & correlata, ideò Correlatorum eadem debet esse ratio, ac æqualitas inter Creditorem & Debitorem servanda est. Besold. *consil. 62. n. 14.* Imò Debitoris partes favorabiliores sunt, quam Creditoris. Harppr. *ad pr. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. n. 365.* Ita Thom. Maul. *de homag. tit. 5. num. 40.* [Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 13. num. 76.* Schepliz. *ad Consuet. Brandenb. part. 4. tit. 11. §. 7. num. 3.* Casum tamen, extremæ necessitatis admittendum esse, censeo. *per l. si ita. 39 §. 1. D. de oper. rustic.* Balthas. *de oper. cap. 16. fol. m. 379.*]

6. Quæritur etiam: *Cujus sumptibus subditi, Principi ac Domino territorij militare teneantur?* Sanè, regulariter *Princeps bellum gerens* der Feld-Herr/ subditis militantibus stipendium & annonam solvere tenetur. Quoniam justum est, ut illi consequantur stipendium, quo tempore reperiuntur suum commodasse obsequium, præsertim, cum nec quisquam propriis cogatur impendiis

 militare.

miltare. *per cap. un. 2. feud.* 107. *l. operæ.* 21. *D. de oper. libert.* Rosenthal. *eod. tr. cap.* 8. *concl.* 24. *num.* 2. Finckelthaus. *Obs. decis.* 87. Balthas. *de operis cap.* 8. *fol. m.* 144. Quod si ærarium Domini territorialis sit exhaustum, æquum est, ut totus Ducatus in subministrandis expensis militaribus pro posse succurrat. *arg. l. omnes.* 12. *C. de oper. publ.* Pacian *consil.* 101. *n.* 30. Becht. *de securit. publ. concl.* 50. latè Thom. del Bene *de Parlament. Dubit.* 8. *sect.* 1. *per tot.*

7. Quod tamen juxta consuetudinem regionis aut pacta conventa moderationem recipit. [Sicuti expressè *Feudista* contractus pactioni insertos excipit. *in dict. cap. un.* 2. *F.* 107.] Bocer. *de jur. Dom. & Vasall.* I. *cap. num.* 115. [Unde de Vasallis ita tradit Carpzov. *De consuetudine hodierna, Dominus pro servitiis præstandis Vasallo sumptus suppeditare debet.* Der Herr gibt seinen Lehen-Leuthen/ wann sie bey Ihme ankommen seind/ und mit Ihme zihen/ Futter/ Mahl und Hufschlag. Carpzov. 3. *l. F. constit.* 28. *defin.* 18. *num.* 11. Dn. Reichenbach. *ad Snobel. Ius feud. disput.* 7. *thes.* 16. *lit. CC.* Quæ

tamen

tamen consuetudo universalis non est, nec in *Ducatu VVürtenbergico* observatur.] Vide latè Franc. Balthasar. *de oper. cap.* 15. *cum variis Declarationibus & Limitationibus fol. 361.* Borrin. *de Cavale part.* 1. *tit.* 10. Klock. *de Contrib. cap. num.* 312.]

8. *Vestes autem, arma, equos*, & alia ad instructionem necessaria, sich auß zu *montiren*, subditus de suo comparare tenetur; Unusquisque enim, quod spopondit, de suo præstare tenetur. *l. suo victu.* 18. *l. quod nisi.* 20. *D. de oper. libert.* Rosenthal. *d. cap. 8. concl. 22. num.* 1. Kohl *part.* 6. *num.* 23. Maul. *de homag. tit.* 5. *num.* 35. [Vide latè Balthas. *dict. tract. cap.* 3. *fol. m.* 55.]

9 Quæritur amplius; *An obligatus ad sequelam & defensionem, militem quoq; equestrem sistere teneatur, si usq; huc pedestris tantùm miles à territorij Domino requisitus fuerit ?* Si defensionis necessitas hoc exigat, *Affirmativè* respondendum esse censemus. Nam auxilium & defensio ad offensionem debet esse proportionata, id est, ut eo modò vis reprimatur, quo infertur. Mart. Mager. *de advoc.*

voc. arm. cap. 11. *num.* 605. Ac Sicuti operæ à liberto præstantur ad commodum & necessitatem Patroni. *l. quoties. cum seq. D. de Operib.* Andr. Kohl. *de serv. feud. part. 5. num.* 2. Ita quoque defensio debetur secundum indigentiam & necessitatem Domini; prout etiam servitia vasallatica Domino feudi à Vasallo præstantur. *cap. un. 2. feud. 7.*

10. Nec videtur verisimile, Dominum requirendo certum servitium, cætera jure communi debita remittere, jusque suum temerè jactare voluisse. *per l. cum de in debito. vers. qui enim. D. de probat.* Cum plùs ex actu voluntario non sit inferendum, quàm inde necessariò sequitur. Andr. Kohl. *d. tr. part. 4. num.* 151. Hûc faciunt tradita Mageri *dict. tr. cap.* 19. *n.* 104. [Præsertim, cum præstantia & vigor equitatûs militaris, ad obtinendam Victoriam, in bello, præterito Germaniæ tricennali, satis comparuerit. Vide de equitatu Besold. *de jur. bell. cap. 2. num.* 12. Carol. Tapia *ad constitut. Regn. Neapol. lib. 6. tit. 29. fol. m.* 308. Rationes dissentientium collige ex traditis

Vult.

Vult. *2. consil. Marp.* 30. *num.* 212. & Balthas. *d. oper. cap.* 11.]

[11. Quod *Limitatur*; Nisi pactis Provincialibus aliter conventum fuerit. Pacta enim conventa inter Dominum & subditos omnem contractus naturam informant & reformant. *per cap. un. ibi: contractus pactioni insertus. 2. F.* 107. *l. jurisgentium. 7. §. quinimo. 5. D. de pact.* Klock. *3. consil.* 133. *in pr.* Balthas. *de oper. cap. 11. fol. m. 263.*]

Caput LXXVII.

De Jure muniendi Civitates vel Castella; vulgò fortificiren.

[1. QUod *Clypei & arma* singulis, hoc præstant *Munimenta* universis. Eaquè, sunt loca contra omnem vim externam munita, quibus Provincia defenditur. Quorum usus antiquissimus existit. De quibus *Iudic. cap. 6. vers. 2. ac cap. 9. vers.* 46. Et hæc muniendi potestas ex jure Gentium procedere, constat authoritate Themistoclis, de quo sequentia Cornelius

lius Nepos: *Athenienses suo consilio, quod communi Gentium jure facere possent, Deos publicos, suosq. patrios ac penates, quo facilius ab hoste possint defendere, muris sepisse. Nam illorum Vrbem, ut propugnaculum, oppositam esse Barbaris.* Corn. Nepos *in Themist. cap. 7. num. 5.* Althus. *Polit. cap. 24. num. 45.* Besold. *de jur. bell. cap. 4. n. 3.*]

2. In Imperio Romano-Germanico, Principes & Status Imperii, vigore Juris superioritatis, *Ius muniendi* territorium, ac Civitates fortificandi habent. *arg. l. sacra. 9. §. muros. 4. D. de rer. divis. l. per provincias. 10. C. de ædif. privat.* Knich. *in epops. num. 483.* Bruning *de Iur. univers. concl. 21. lit. c.* [Burgold. secund. *de notit. Rom. Imper. part. 3. discurs. 2. num. 6.*] Quod jus à Politicis, regium jus, vocatur; Arnisæ *2. de jur. majest. cap. 5. num. 8.* Dn. Fritsch. *de jur. fortalit. cap. 4. num. 1.* [Quo meritò quoquè referendum est, jus extruendi arces & Castella, vel prædia vel pagos murali ambitu circumvallare; Ita rescribente Imperatore Honorio & Theodosio *in dict. l. per provincias. 10. ibi: cunctis volentibus, permittatur. C. de ædif. privat.*]

cap.

cap. piscanis. X. de restitut. spoliat. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1567. §. wiewol wir nun. Killig. *de Ganerb. dis. 4. num.* 147. Klock. *de Contrib. cap.* 9. *num.* 23. Cancer. *3. V. R. cap.* 13. *num.* 2. [Ac illud in specie Civitatibus Imperii quoquè attribuit Dn. Knipschilt. *de Civit. Imperii lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 75.]

3. Quod Fortalitii Jus Imperii Principibus & Statibus competere, etiam non requisito Imperatoris consensu, dicendum esse videtur. Modò hoc fiat sui defensionis gratia, nec ad æmulationem alteriûs vel contra Vicini privilegia. *d. l. provincias.* 10. *C. de ædif. priv. l.* 2. *C. de fund. Limitroph. lib.* 11. Gail. *2. Obs.* 69. *num.* 18. Raudens. *cons.* 10. *num.* 273. *vol. 1.* Limn. *4. I. P. c. 3. num.* 235. [Quod latè defendit, & contrariis respondet Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 22. *à num.* 58. *& num.* 90. *& seqq.* Dissentit Arnisæus *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 8. Latiùs Dn. Stamler *de reservatis Imper.* §. 64. Quod tamen declarando ulterius defendit Dn. & Am. Fritsch. *dict. tr. cap.* 4. *num.* 15. *&* 35. Et ante eum Dn. Balthasar. *d.*

oper.

oper. cap. 8. fol. 146. Vide quoquè *Instrument. Pac. art. 8. vers. Gaudeant.*

3. Quæritur autem; *An liceat Principi ac territorij Domino in extruendis propugnaculis, vel dilatandis fossis subditorum agros, ob publicam necessitatem destruere, ac occupare? Affirmatur.* Modò ex publico pretium refundatur. *arg. l. si quando. 9. l. 15. de oper. publ. l. item si. 15. §. 2. D. de rei vindic.* Dassel. *cons. 1.* Gail. *2. Obs. 56.* Johan. Sande. *lib. 5. tit. 7. def. 8.* [Becht. *de securit. public. cap. 3. conclus. 47.* Balthas. *dict. cap. 8. fol.* 149. Cum Declaratione adjecta *in cap. 3. fol. 52.* Dn. Fritsch. *de fortalit. cap. 5. num.* 15.] Dirutis ideò suburbiis, ne ea hostibus adjumento esse possint, Principem destructionis damnum refundere teneri, respondit Modest. Pistor. *cons.* 16. *vol. 1.* Köppen. *quæst.* 61. *num.* 13. Modò Principem belli ipsum negotium attingat; Quod si verò hostium vi aliquid dirutum fuerit, aliud dicendum erit. Græv. *2. concl. 56. in Coron.* [Knipschilt. *dict. cap* 22. *num.* 131.]

[4. Quæritur adhûc & disputatur; *An Dominus feudi tempore belli, pro tuitione*

tuitione Statûs sui, Castrum Vasalli, ipso invito, occupare, fortificare & præsidio munire possit? Non desunt, qui hoc *asserunt*. Pro quib⁹ adduci potest constitutio Imperatoris *in cap. un. lib. 2. feud. 5.* Ubi juramento Vasallus obligatur, vitam Domini sui nominatim, membra, mentem & ejus rectum honorem custodire; Utiquè igitur tempore necessitatis Dominum, Castri munitione adjuvare obligatus erit. Brun. *consil. feud.* 28 *num. 18.* Capyc. *decis. 24. in pr.* Hering. *de jur. Burg. num. 683.* Dn. Fritsch. *de jur. fortalit. cap. 4. num. 57.* Ubi declarationem adjicit. *sub num. 58.*]

5. Quæritur ulteriùs: *Si Vasallus in prædio feudali fortalitium extruit; An Princeps territorij vel Dominus feudi, aperto feudo, expensas fortalitij defuncti heredibus restituere teneatur?* Nego: Nisi Dominus feudi consenserit. Quoniam de jure communi nemo potest construere Castrum seu Fortalitium, sine expressa Principis & Domini directi permissione [*arg. l. si quando. 9. l. nemo. 13. ibi: inconsulta nostra pietate. C. de oper. public.* Brunneman. *ad l. 4. C. eod. tit.* Azevedo *in*

Recop. Leg. Hispan. leg. 8. num. 6. lib. 6. tit. 5. Præsertim cum ea, quæ feudo inseparabiliter unita sunt, feudo inseparabiliter affixa permanent. Schrad. *de feud. 2. part. 9. pr. sect. 2.* Capan. *de jur. adohæ. Q. 30.*] Quod eò magis procedit, si exinde publica securitas dubia redditur. *per l. opus. 3. ubi Bart. D. de oper. publ.* Laudens. *de Castell. quæst. 9.* Niviza. *inter Cons. Bruni. 12. num. 59.* Ita tradit in terminis Johan. Anton. Bellon. Præses. *Cons. 76. num. 54. & seqq.* [Schrad. *de feud. part. 7. cap. 3. num. 38.* Vide Boer. *decis. 47. num. 4.* Peregrin. *consil. 42. n. 21.* Jacob. Cancer. *3. Var. Resol. cap. de Castris. 13. num. 15. & seqq.* In terminis Fidecommissarii Knipschilt. *de fidecommissis famil. cap. 12. V. 195.*]

6. Quæritur etiam: *Si Princeps Imperij expensas fecerit, in muniendo Castro Nobilis cujusdam Vasalli sui, contra incursiones hostium; Annè finito bello, Princeps sumptus hosce expetere possit? Negatur;* [Quoniam meliorationes & impensas, quas quis suâ culpa præstitit, repetere non potest. Ac Dominus directus muniendo castrum feudale, sibi & Ducatui, non

Vasallo

Vasallo negotia gessit, ideò in feudi utilitatem ista munimenta cedere debent.] *l. 22. D. de negot. gest. l. si ex absente. 48. in pr. D. de Vsufr.* [Nicol. Mozz. *de natural. feud. num. 27. in fin.* Cravetta. *consil.* 933. *num. 17.*] Becht. *de secur. concl. 51.* Rosenth. *de feud. cap. 8. concl. 2. num. 10.* Klock. *de Contribut. cap. 7. num.* 114. [Quo faciunt tradita Dn. Knipschilt. *de fidecommiss. famil. cap. 12. num. 295.*]

7. *An Principi Imperii tempore belli & necessitatis liceat templa munire, & ex iis fortalitia construere?* Quod communiter *asseritur.* Argumento desumpto *ex §. Sacræ. Inst. de rer. divis. Nov. 7. cap. 8.* Si enim pro redemptione captivorum, res sacræ alienari, & in ejusmodi casibus Vasa sacra frangi possunt. *arg. Can. sacrorum.* 15. *caus. 12. quæst. 2. Can. 20. eod. quæst. 2. Vbi August. Barbosa num. 4.* Gratian. *disc. for. cap.* 108. *num.* 1. Cur non æquè concedamus, posse animas hominum conservari & defendi muris templorum, potiùs, quàm ut vel homines interficiantur, aut in captivitatem detrudantur? [Ita Cynus *in l. nemine. C. de Sacro S. Eccl.* Necessitas enim supra leges

 & pri-

& privilegia existit, justeque fiunt, quæ necessaria sunt, Dn. Fritsch. *de præsid. necessit. sect. 6. conclus. 5. & 6.* Cels. Mancin. *de jure principat. lib. 6. cap. 22. fol. m.* 288. Pruckm. *de potest. Princip. membr. 2. cap. 4. Effect. 6.* latè Johann. Hering. *de jur. Burg. cap. 1. num. 608. & seqq.* Et hoc multoties *in Belgio*, durantibus bellis Civilibus, accidisse, in historiis legimus. Quam quæstionem latè deducit Joan Hering. *de jur. Burg. num. 587. & seqq.* Contrarium statuitur quidem, *in Can. sanctorum. 14. caus. 10. Q. 2.* Cui respondet Dn. Fritsch. *de jur. fortalitii. cap. 5. num. 17.* Quæ tamen assertio, hanc *Declarationem* habet; Quòd cessante necessitate, templa in pristinum Statum reponenda sint. *per cap. fin. ibi: in pristina loca. X. de custod.* [Hering. *dict. tr. num.* 621.]

[8. Sanè, hoc imprimis consulere solent Prudentes Consiliarii, *ne Principes præcipuam fiduciam* in fortalitiis suis ponant, aut ne nimis sint soliciti, in extruendis novis Castellis. *Numine enim læso iratoq; Deo, nec prosunt artes, nec arces.* Item, offenso Creatore, offenditur omnis

omnis creatura: Sicut offenso Rege offenduntur omnes famuli. Gregor. Magn. Ita namque Deus T. O. M. de Edom apud Jeremiam: *Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cavernis petræ,* **in den Felsen Klüfften/** *& apprehendere niteris altitudinem collis,* **und hast hohe Gebürge innen.** *Cum exaltaveris quasi Aquila nidum tuum, inde detraham te, dixit Iehova.* Jerem. *cap. 49. vers. 16. Vbi* Robert. Stephan. *num. 16.* Et Abdias: *Si exaltaveris locum tuum, ut aquila, & si inter stellas posueris nidum tuum, inde descendere faciam te, dixit Iehovah.* Abdia *cap. 1. vers. 4.*]

[9. Ex quibus dictis concludit *Lucas Osiander, Concionator Aulicus VVürt. Duc.* Nullam esse munitionem in orbe terrarum, quæ non (irato Deo) expugnari & dirui possit. latè Dn. Reinking. *in aurea Polit. Sacr. lib. 2. axiom. 140. per tot.* Quo pertinet apophthegma *VVilhelmi* Ducis Juliacensis, qui ab Imperatore Maximiliano interrogatus; *Cur munitiones nullas in ditionibus suis extrueret?* Respondit: *Ego fretus primum, pace & amicitia meorum vicinorum, nemi-*

nem lacesso: deinde sto fidei & virtuti meorum subditorum. Besold. *de jur. Universit. cap. 2. num. 4. in oper. polit.*]

Caput LXXVIII.

De Jure Præsidii, id est, Præsidiarios Milites ponendi, Besatzung einzulegen/ *& Excubias instituendi.*

[1. VIgore jurisdictionis territorialis & armandiæ, Principibus & Statibus Imperii jus & potestas competit, *Præsidiarios Milites* in Civitates ac arces ponendi, die Städt und Vestungen zu besetzen/ quo excubias agant, Civitatem defendant, & ea omnia peragant, ut ab omni hostium incursione subditi illæsi conserventur: [Sicuti enim olim sub Romanis Imperatoribus, ad defensionem Provinciarum & limitrophorum fundorum, milites pro custodia incolarum ponere & habere necessarium erat. *l. in nomine. §. in Sardinia. 3. & seqq. C. de Præfect. prat. Afr.* Ita quoq;, translato ad Germanos Imperio, & con-

& concessis ab Imperatoribus integris Ducatibus, Marchionatibus, ac Comitatibus cum superioritate territoriali, jus hoc, præsidia ad defendendos hosce Ducat⁹ aut Marchionatus, marcas seu limites, ponēdi ad Principes Imperii transivit, *arg. l. si ita. 16. §. 1. ibi: ades custodire D. de Vsu & habitat.*] Knich. *de jur. territ. cap. 3. num.* 252. *&* 400. Becht. *de secur. concl.* 46. Walther. *tr. de metat. cap.* 15. § 129. Dn. Fritsch. *d. jur. fortalit. cap.* 5. *num.* 20. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 52. Polydor. Ripa *de tempor. noctur. cap.* 75. *&* 78. Joan. Hering. *de jur. Burg. num.* 681. Dn. Thabor. *de metatis. cap.* 3. *fol. m.* 16. Ac quod ex hac custodia militari castrorum & locorum territorii confinia probentur, tradit Mascard. *de probat. concl.* 402. *num.* 1. Menoch. *consil.* 147. *num.* 17.]

[2. Quæritur autem; *Cujusnám sumptibus, Civitatisnè? An verò ipsius Principis, milites præsidiales sint alendi?* Ipsius *Principis* territorii, respondeo. *arg. l. fin. C. de Statuis. l. suo victu.* 18. *ibi: proprio sumptu. C. de oper. publ. l. pen. ibi: operas edentem alendum. D. de oper. libert.*

Nam cibariorum impensæ (ait Gaius JCt9) *naturali ratione ad eum pertinent, qui utendum accepit. in l. in rebus.* 18. *§. possunt. 2. D. commod.* Boer. *decis.* 212. *num.* 11. Surd. *consil.* 289. *num.* 5. Berlich. *2. concl.* 64. *num.* 24. Gail. *de arrest. cap. 10. num. 6.* Polyd. Ripa *de tempor. noct. cap. 75. num. 14.* Quod pro & contra disputat Dn. Balthas. *de oper. cap. 8. fol. 148. & cap.* 15. *fol.* 364.]

3 Ex eodem superioritatis territorialis jure, Principes, Comites, ac Civitates Imperii immediatæ, *subditis quoq;* indicunt, ut tempore belli, vel imminẽtis periculi, in Civitatibus & Castris ipsius territorii, *Excubias* agant. *arg. l. si ita. 16. §.* 1. *ibi: ædes custodire. D. d. Vsu & habit. tot. tit. D. & C. d. offic. præfect. Vigil.* Gail. *de arrest. dict. cap. 10. num. 6.* Maul. *de homag. tit. 4. num.* 10 Klock. *de Contribut. cap. 3. num. 305.* Hering. *d. jur. Burg. num.* 684. Quod in Principatu quoque *Cathaloniæ* Baronibus tanquam Castrorum Dominis competere, tradit Cancer. *3. V. R. cap. 13. n. 234.* Nam ex jure sequelæ fluit jus Excubiarum, scilicet, quod subditi obligati sint, ad arces custodiendum

dum & excubiarum onus ſubeundum. *arg. cap. un. lib. 2. F. 5. ibi: vitam & mentem cuſtodire jurabit.* Jacob. de S. Georg. *de homag. num. 43.* Borell. *de magiſtr. lib. 4. cap.* 11. Dn. Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib. 6. cap. 3. num. 5. & 8.*

4. Quæritur autem; *An ſubditi ad excubias peragendas & ad cuſtodiendum Caſtrum etiam inviti teneantur, adeò ut refractarij, ad excubias cogi poſſint?* Quod regulariter *Negatur. arg. l. un. C. ne oper. à colleg. exig. lib.* 10. Ubi Imperator reſcripſit: *Operarum præbitio, illicitè hactenus, à Provincialibus exacta eſt, Synceritas tua ceſſare præcipiat. l. ſi qui. 2. C. ne ruſtic. ad obſequi. evoc.* Maul. *de homag. tit. 4. num. 9.* Sixtin. 2. *de Regal. cap.* 13. *num. 69.* Carpzov. 2. *Iur. For. Conſt. 51. Definit.* 1. Balthaſ. *de oper. cap.* 11. *fol.* 286. Quod legibus quoq; Hiſpaniæ, Baronib⁹ Regni denegatum eſſe, *per leg.* 1. *Recop. tit. 14. lib. 6.* tradit Fr. de Amaya *ad d. l. un. C. ne ruſtic. ad obſequi. num.* 17.

[5. *Limitatur* tamen hæc aſſertio in caſu eminentis periculi, aut belli neceſſitate ingruente, *Nam ſalutem Reipublicæ tueri, nulli magis creditur convenire,*

nec alium sufficere ei rei, quam Cæsarem, ait JCtus Paulus, *Ideò imperans omnes inquilinos admonere debet, ut vigilando curam Reipublicæ aut Civitatis habeant. in l. nam. 3. §. sciendum. 2. cum l. seq. D. de offic. præfect. Vigil.* Quo cuncti in Civitate securè vivant, &, aliquibus Vigilantibus, reliqui quietè dormiant ordinatè. Boer. *de Custod. clav. num. 2. & seqq.* Hering. *d. tract. n. 686.* Dn. Cruſ. *de nocte cap. 5.* Ita in terminis Natta. *consil. 185. per tot.* Surd. *consil. 283. num. 6.* Gylman. *3. Symphor. Verb. subditi.* Hering. *dict. tr. num 681.* Knipschilt. *dict. cap. 3. n.* 12. Dn. Fritsch. *de jur. fortalit. cap. 5. num.* 21. Quod juri Saxonum quoque congruum eſt, teſte Carpzovio, *in l. F. part. 2. Constit.* 51. *def. 2. &* 3. Qui præter neceſſitatis caſum, etiam alios caſus refert *Definit. 1.* Balthaſ. *de oper. cap.* 11. *fol.* 287.]

[6. Sanè, hæ excubiarum præſtationes tempore neceſſitatis adeò prævalent, ut ne quidem à Principe, immunitatem & exemptionem ab operibus habens, ab excubiarum onere ſeſe liberare poſſit; quamvis Magiſtratûs officio fungatur. Ita namque reſcripſerunt

Impp.

Impp. *Theodoſius & Valentinianus: Nullus penitus cujuslibet ordinis ſeu dignitatis, vel ſacroſancta Eccleſia vel domus regia tempore expeditionis, excuſationem angariarum ſeu parangariarum habeat. in l. nullus.* 21. *C. de Curſ. publ. l. in excortione.* 2. *ibi; nullius excipiatur perſona C. de excort. & transl. mil. ann. lib.* 12. Boer. *deciſ.* 212. *n.* 6. Teſſaur. *deciſ.* 234. *num.* 10. Carpzov. 5. *Reſponſ.* 52. *num.* 37. Klock. *de Contrib. cap.* 11. *num.* 198. Ita decidit ſupremus Galliæ Senatus Pariſienſis apud Annæ. Robert. *lib.* 2. *rer. judic. cap.* 11.]

[7. ***Quid dicendum de Clericis? Tenentur ne illi, tempore neceſſitatis aut obſidionis excubiarum onus ſubire?*** Ita reſcripſit Gregorius Papa *in cap. pervenit.* 2. *X. de immunit. Eccleſ. Fraternitas tua* (inquit) *nullum per noſtræ vel Eccleſiæ ſuæ nomen, aut alio modò excuſari à murorum Vigiliis patiatur: ſed omnes ad hoc generaliter compellantur: quatenus cunctis Vigilantibus melius valeat Civitatis cuſtodia procurari.* Joan. Guttierez. *Pract. Quaſt. lib.* 3. *Q.* 3. *num.* 4. Et ad haſce excubias, Clericos per Epiſcopum cogi poſſe, tradit

tradit Chaſſanæ. *ad Conſuet. Burg. Rubr.* 1. §. 3. *num.* 16. *& ſeq.* Azevedo *ad l.* 11. *num.* 7. *Recopol. tit.* 3. *lib.* 1. Barboſa *ad dict. cap. pervenit, num.* 2. Diſſentit Balthaſ. *de oper cap.* 11. *fol.* 290. Veruntamen dictum *cap. pervenit,* de hiſce Civitatum obſeſſarum excubiis intelligendum eſſe cenſeo, in quibus Clericorum & Monachorum multitudo ingens communiter reperitur. Secùs erit dicendum de Paſtoribus Evangelicæ religionis, qui ſemper exiguo numero in Civitatibus exiſtunt; adeò, ut tempore obſidii vix ordinario officio & publicis precationibus ſufficere queant. Ita Berlich. *part.* 2. *concl.* 64. *num.* 12. De *Forenſium* exemptione vide Gail. *de arreſt. cap.* 10. *num.* 6. *De Advenis* Boer. *deciſ.* 212. *n.* 7. Carpzov. *dict. Conſtit.* 51. *def.* 4.]

[8. Sanè; *Cujusnam ſumptibus tàm Cives quàm incolæ & circumhabitantes, excubias agere teneantur?* Dubitatur; propter *l. ſuo victu.* 18. *D. de oper. libert.* Æquitati naturali magis conſentaneum eſt, ut ſtipendium & alimenta è publico, inſtar militum, percipiant; ſufficit enim, ut diu noctuque in expedi-

tione

tione existentes & vigilantes, & cum periculo vitæ & sanguinis, personaliter inservientes, ab ulteriori onere immunes evadant. Nemo enim propriis impendiis militare *per cap. un. 2. feud. 107.* aut alia negotia expedire cogitur. *l. idemq. 10. §. idem Labeo. 9. D. mandat.* Finckelthaus. *Observ. decis. 87. num.* 10. Walther. *de metat.* §. 129. Balthas. *de operis. cap.* 11. *fol. 296.* In Saxonia rusticis excubias agentibus, panis & caseus pro victu quotidiano præstatur, singulari id exigente Saxonica Constitutione; teste Carpzov. *2. Constit.* 51. *Definit.* 5.]

Caput LXXIX.

De Conscribendis Militibus, Soldaten zu werben und anzunemmen.

[1. IN Imperio Romano-Germanico, ante tempora Imperatoris *Maximiliani I.* Principes Imperii, bellum moturi milites, non per sonū tympani hinc inde, in territorio vel apud exteros colligebant; sed ii, urgente bello,

pedite

pedite ex oppidis & agris ſui territorii, excito, ihres eigenen Lands-Volcks/ utebantur: qui hoc modò, exiguâ, aut aliquando nulla mercede militabant: confectoquè bello, poſitis armis, domum ad ſua, ſuosquè agros vel opificia redibāt Pont. Heuter. *in hiſtor. Burgund. lib. 7.* Qualem belligerandi rationem *Helvetÿ* quoque tuendo libertatem, obſervarunt. Stumpff. *in hiſtor. Helv. lib. 4. cap. 6.* Attamen ſucceſſu temporis, ſubditis opes longâ pace acquirentibus & armorum exercitia obliviſcentibus, bello oborto, pedites tympani ſono, tàm in Germania, quàm alibi colligi & conſcribi cœperunt. Sebaſt. Franck *in Chron. ſub Maximil. I. fol.* 217. Beſold. *de jur. bell. cap. 2. num. 4.*]

[2. Quem modum colligendi milites è re imperii haud eſſe, prudenter admonet *Dn. Burgoldus* ſecundus; Dum ſcribit: *Certè, ſi Reſpublica noſtra perrexerit vim militarem in milite mercenario collocare, vix fieri poterit, ut libertas publica ſalva ſit, etiam à civilibus invaſoribus; Idq; defectu pecuniæ, ſine cujus immani copia, miles mercenarius conduci & haberi nequit.*

nequit. Vt proinde summè intersit Reipublicæ Germaniæ, redire ad pristinos mores, & pro milite mercenario, uti delecto. Burgold. *de notit. Rom. Imper. part.* 3. *Dissert.* 2. §. 3. *fol. m.* 19.]

3. in Imperio Rom. Germ. Principes & Status Imperii, ad modum & morem absolutorum Regum, jure superioritatis, milites conscribendi potestatem tàm in suo, quàm alterius Imperii Status, ad id consentientis, territorio, in propriam, Imperii & aliorum salutem & defensionem habent, eamque indies suo jure exercent. Reichs-Abschied *de An.* 1521. §. darzu sollen. Reichs-Abschied / *de Anno* 1530. §. demnach soll auch. Reichs-Abschied *de Anno* 1542. §. Wann nun aber & §. Es soll auch. Waremund. ab Ehremb. *de fœd. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 56. Reinking. *1. cl. 5. cap.* 6. *num. 14.* Idem de Civitatibus Imperii, tradit Knipschilt. *d. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 6.

4. Adjectâ tamen *Declaratione*, modò hæc militum collectio fiat secundum Constitutiones Imperii, quæ requirunt I. Ut Imperatoris consensus adsit. *arg. l. Lex.* 3. ibi: injussu Principis delectum habet. *D. ad. l. Iul. Maj. l. hostes.*

24. *D.*

24. *D. de Captiv. Ord. Cam. Imp. part.* 2. *tit.* 15. **Reichs-Abschied/** *de Anno* 1555. §. **Wo sie aber.** [Quod Ego de collectione, militum offendendi causa, haud verò in propriam defensionem sui & suorum intelligendum esse, censeo. *Vide* Knipschilt. *dict. cap.* 22. *num.* 6.]

[5. II. Ut Princeps militem conscripturus, gravi causa, **durch eine wissentliche und betrangte Ursach/** ad hanc collectionem urgeatur, *dict.* **Reichs-Abschied/** *Anno* 1555. §. **wa sie aber.** Maturo enim & lentò consilio, ad militum collectionem progrediendum est, ad evitandas vicinorum suspiciones & parcendum militum stipendiis.]

6. **Daß solche Werbungen mit vorwissen deß Kreyß-Obristen geschehe.** Et **Reichs-Abschied/** *de Anno* 1560. *tit.* **Verzeichnuß etlicher** *punct***en.** §. 1. *ibi*: [**Daß niemand/ was Wesens der seye/ im H. Röm. Reich/ Hohes/ Mittlers/ oder Nidriges Standes/ ohne vorwissen/ Bewilligung und Erlaubnuß desselben Kreyß-Obristen/ auch vor dem Er sich/ mit Ihnen der** caution **halber endlich verglichen/ einigen Kriegsmann anzunemmen/ zu bestellen/ oder auch/**

Anriz-

Anritt: oder Laufgelt zu geben/ zu gelassen seyn soll.] Reichs-Abschied/ *de An.* 1564. §. demnach. Limn. *4. l. P. cap. 8. num.* 246. [Maul. *de pac. publ. tit. de collect. milit. fol. m. 90.*]

7. Superfluum autem videtur admonere, quod Imperii Princeps aut Status habens *Ius Sequelæ* in alterius territorio, habeat quoquè *jus conscribendi milites*; das umbschlagen; Nisi præterlapsis annis *Abbas Zuifaltensis* Serenissimo nostro Principi Württenbergiæ hoc posterius denegâsset; Ast *ut nullo jure, ita irrito conatu* [Siquidem *Ius Armandiæ* habens in alterius territorio, jus quoq; sequelæ, jus delectum instituendi, jus arma imponendi, jus milites colligendi, & omnia ad defensionem territorii necessaria, sibi optimâ ratione addicit.]

8. Quod si quidam Principum Imperii, per territorium alteriûs milites ducere velit, obligatur ad cautionem de omni futuro damno resarciendo [*Novell.* 130.] Reichs-Abschied/ *de Anno* 1598. §. Betreffend aber. *Ord. Cam. part. 2. tit. 15. Instrum. Pacis, art.* 15. Denais. *in Iur. Cam. tit. 190. num. 7.* [Dn. Georg.

Christ. Walther. *de metat. cap. 3. num. 8.*]

[9. Cavendi modi & rationes, præ cæteris hæ sunt; ut omnium primò à nobis postuletur transitus: 2. ut inermes aut divisis manibus, milites transmittantur: 3. ut impensa transeuntium solvantur: 4. ut de innoxio transitu caveat: 5. ut obsides dentur. Quibus conditionibus, si militem traducens satisfacere non vult, justè transitus denegari potest. Grot. *de jur. bell. lib. 2. cap. 2. §. 13.* Maul. *de Pac. Publ. tit. de collect. milit. fol* 91. Dn. Fritsch. *de via publ. cap. 8. num.* 8.]

10. Quæritur autem: *An, præstita hâc cautione, Imperii Status alteri Statui transitum suorum militum denegare possit,* und den Paß abschlagen könne? *Negativa* verior est; Quoniam nemo prohiberi potest via publicâ uti [modò de innoxio transitu cautio præstetur.] *per l. 2. D. de damno infect. l. 1. D. de via publ.* R. A. *de Anno* 1555. §. wo sich aber. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1598. Wehn. *consf. fr. 92.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 21. num. 3.* Frider. *2. de mandat. cap. 36. & 38.* Vide Walther. *dict. tract. cap. 3. §. 12.*

11. Principes autem & Status Imperii

perii conſcribunt quoq; & ducunt milites in opem & auxilium *Exterorum Principum*, vigore antiquæ libertatis Germanorum, prout loqui. R.A. *de An.* 1570. *tit.* Verzeichnuß etlicher *Puncten.* §. 1. Modò debitus Imperatoris conſenſus præcedat. Modeſt. Piſtor. *conſil.* 51. *num.* 17. *vol.* 2. Reink. 2. *cl.* 3 *cap.* 2. *num.* 39. Id, quod hiſtoriæ paſſim atteſtantur. [De tranſitu exterorum Principum, militum, omninò prohibito, vide Reichs-Abſchied/ *de Anno* 1559. §. deme zu begegnen. Dn. Fritſch. *dict. tr. cap.* 8. *num.* 9. *&* 10. Hortleder. *de cauſ. bell. germ. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 22. *& poſt.*]

[II. Quæritur autem; *An damna & expenſæ in tranſitu militum erogatæ, à tota univerſitate aut integro Ducatu, reſarciendæ ſint? Negat* hoc Anton. Theſſaurus; *in Quæſt. forens.* 73. *num.* 6. *lib.* 1. Ubi tradit; Quod bellum vel tranſitus militaris, ſit inſtar peſtis, qui non nocet, niſi tacto. In cujus fidem præjudicium Senatûs Pedemontani refert. *Affirmativa* tamen reſolutio æquitati magis convenit. Non enim ſuſtinemus (ait Imperator Juſtinianus) aliorum onus, ad

alios deferri. *Novell.* 143. *cap. l.* 1. *D. ad l. Rhod. eod. de jact. l. solvendo. C. de negot. gest.* Klock. *de contribut. cap.* 17. *num.* 260. Walther. *de metat. cap.* 3. §. 9. *Q.* 4.]

CAPUT LXXX.

De Jure Aperturæ & Metationis.

von öffnungs-Recht/ und Einquartierungen.

1. SUperioritatis juri annumeratur quoque *Ius Aperturæ*, **die Oeffnung/** quo Civitates, Castra ac Fortalitia, Principi territorii unà cum familia omni tempore aperta esse, ac securam refugiendi commoditatem præbere tenentur, **Ihme jederzeit zur** Retirada, **offen zustehen.** Wehn. & Besold. *d. tr. Observ. verb.* **Oeffnung.** Meichsn. 1. *decis. Cam. fol.* 853. Bruning. *d. tr. concl.* 21. *lit.* 6. Ritter. *de homag. num.* 182. [Adeò, ut aperturæ jus, belli tempore *instar asyli esse* videatur, dum ii, qui armis lacessiti sunt, securam refugiendi commoditatem in castris quærere possint. Dn. Fritsch. *in tr. eleg. de jur. apert. cap.* 1. *n.* 10.]

Quod

Quod jus tamen non ſemper ſuperioritati accenſendum eſſe, tradit Mager. *de advoc. armat. cap.* 10. *n.* 597. Klock. *de Contribut. cap.* 7. *num.* 116. [Idque exemplo Caſtri, in Comitatu Ortenburgenſi comprobatur. Act. Ortenb. contra Bajern. *fol.* 192. Dn. Fritſch. *dict. tr. cap.* 2. *num.* 7.]

2. Huc pertinet etiam *Ius metatorum*, ſeu hoſpitandi milites, **die Einquartierung**/ quo Dominus territorii jure ſuperioritatis, milites in domos recipere, ſubditis & Civibus injungit. *arg. l.* 3. §. *eos.* 13. *D. de mun. & honor. l.* 2. *C. de metat.* Bornit. *de AErar. lib.* 8. *cap.* 5. Knich. *de jur. territ. cap.* 4. *n.* 489. Dn. Thabor. & Walth. *tr. de metat.* Id, quod oneribus realibus annumeratur. *d. l.* 3. §. *munus.* 14. *l. fin.* §. *perp. D. de muner.* Grivel. *decis.* 11. *n.* 2. à quibus regulariter nemo excuſatur. *l.* 11. *D. de Vac. mun.* Weſemb. *conſ.* 40. *num.* 11. Klock. *de Contrib. cap.* 17. *num.* 206.

3. Niſi alicui à lege immunitas indulta & conceſſa ſit; Prout hæc exemptio Profeſſoribus ac Doctoribus meritò competit. *l.* 8. *C. de metat. lib.* 12. *l.*

Professores. 6. *l. f. C. de Profess. lib.* 10. Petr. Gregor. 19. *Syntagm. c.* 8. Vivius *decis.* 162. Thesaur. *fol. quaest. Forens.* 93. *lib.* 1.

4. Quaeritur, *An in casu extremae necessitatis, Doctores immunes sint etiam ab hospitationibus?* Asserit hoc Klock. *de Contribut. cap.* 15. *num.* 101. *& seqq.* Negat hoc Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 20. *num.* 169. Johan. Coppen. *decis.* 59. *n.* 27. Quod in expensis cibariis locum habere tradit Walth. *de metat. cap.* 8. §. 52.

[5. Quaeritur adhûc; *An miles in castris operam dans, ab onere metatorum liber existat?* Quod asserimus, *per l. ab his.* 10. §. *angariarum. D. de vacat. muner.* Ubi, recipiendi hospitis necessitas, militi in expeditione constituto, remissa est. Quod si metatorum onus patrimonio inhaeret, ac in pecuniae solutione consistit, aliud dicendum erit. *l. à munere.* 7. *C. de vacat. mun.* Tholosan. *de Republ. lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 1. Walther. *de metat. cap.* 8. §. 65. *Q.* 33.]

6. Quaeritur ulterius: *An immunis à Iure Collectarum,* von der *Contribution, immunis etiam sit* von der Einquartierung. Negandum videtur. *per l. & qui.* 3. §. 14.

l. f.

l. f. §. pen. ibi: neq; ab hospite recipiendo. & ult. D. de muner. l. 2. l. f. C. sine cens. Köppen. *decis. 69. num. 27.* Klock. *d. tr. cap.* 17. *num.* 207. [Walther. *dict. tr. cap. 6. num. 27.*]

[7. Ab hoc jure autem differt jus Albergariæ, **die Atzung**/ aliàs **Außspann**/ quod quidam Imperii Principes & Comites in Monasteriis habent. Klock. *d. cap. 17. num. 24.* Mager. *de Advoc. armat. cap.* 10. *num. 38.* Walther. *de Metat. fol. 192.* [Dn. Fritsch. *de jur. apertur. cap. 5. num. 3. & 4.* Quod jus etiam Nobiles quoquè habent & exercent, nec tantùm in Monasteriis, sed etiam in pagis. Ac definiri potest; *Onus & præstatio alimentaria, quam Incolæ Dominis, cum familia & Comitibus advenientibus, debent.* Et quidem plerumquè, cum ad audiendas subditorum querelas comparent. Menoch. *consil. 302. num.* 23. Sola *ad Consuet. Sabaud. tit. de jur. emphit. part.* 1. *gloss. 4. n. 3.* Dn. Fr. Binder. *Dissert. eleganti de jur. albergar. posit. 2. & 6.*

Caput LXXXI.

De Jure Belligerandi.

1. Concessa est etiam Imperii Principibus & Statibus Potestas *Belligerandi*, seu bellum movendi. R. A. *de Anno* 1555. §. nachdem aber. *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 9. §. und ob sichs zutrüge. Matth. Stephan. *de Iurisdictione. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 1. *m.* 2. *num.* 56. Rosenthal. *de feud. cap.* 8. *concl.* 20. *num.* 12. *lit. f.* Mager. *de Advoc. armat. cap.* 11. *num.* 254. sivè id fiat defensivè, sivè offensivè, modò utrumque justa de causa. A. B. *cap.* 17 §. *f.* Reichs-Abschied *de Anno* 1541. und damit. Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 1. Limn. 4. *Iur. Publ. cap.* 8. *num.* 247. [Quod jus in specie Civitatibus quoque Imperii attribuit idque exemplis comprobat Knipschilt. *de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 7. & *seqq.* Nam cum multa sint belli mala, ideò pax etiam iniqua, bello etiam justissimo præferenda videtur. Gail. *de P. P. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 43. Carpzov. *de L. R. G. cap.* 4. *sect.* 1. *num.* 6.]

2. *Iusta* belli movendi *causa* in Imperio

perio censetur. I. *Defensio* contra vim injustam, qui enim injustè offenduntur, justè se defendunt. *arg. l. ut vim. 3. D. de Iust. & Iur.* Gail. *1. de P.P. cap. 16. n. 10.* Gœdd. *cons. Marp. 28. num. 201. vol. 2.* Mager. *de Advoc. arm. cap. 11. num. 255.* II. Subditos inobedientes, refractarios & contumaces in ordinem redigere. *arg. l. 6. §. 1. D. de pœn.* Gail. *1. d. P.P. c. 2. n. 20.* Bocer. *de bello. cap. 6. n. 6.* Reinking. *cl. 3. cap. 2. num. 38.* III. In alterius Imperii Principis aut Status auxilium, arma sumere; vel ipsi contra illius subditos rebelles, armata manu assistere. Reichs-Abschied *de Anno* 1526. §. darauff so haben wir. Vel IV. contra alium quemcunque pacem publicam turbantẽ arma movere. Reichs-Abschied *de Anno* 1555. §. nachdem auch aber. Consil. Marpurg. *23. num. 202. vol. 2.* Gail. *1. de P. P. cap. 17. num. 26.* Limn. *4. I. P. cap. 8. n. 250. & seqq.* [Dn. Knipschilt. *dict. cap 22. num. 15. & seqq.* Godofr. Peschuiz. *eleg. tr. de repressal. cap. num. 15. Vbi requita legitimi belli tradit.*]

2. Quibus casibus, ut & in omni bello defensivo, Imperatoris cõsensum

necessario non requiri censeo. [permittentibus id publicis & naturæ & Imperii legibus.] Siquidem defensivum bellum propriè non est bellum, sed defensio, unicuique Jure naturali licita. *l.* 1. *&* 2. *C. quand. liceat. unic. sin. judic. Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 9. §. 2. Gail. 1. *de P. P. cap.* 10. *num.* 10. Steph. 2. *de Iurisdict.* 2. *cap.* 1. *m.* 2. *num.* 56. Mart. Mager. *de Advocat. arm. cap.* 11. *num.* 253. [Knipschilt. *dict. cap.* 22. *num.* 16. Thom. Maul. *de Pac. Publ. tit. de bello indicend. fol. m.* 101.]

4. Ast in bello offensivo ante omnia, Imperatoris præscientia, authoritas & consensus requiritur. **Käiserlicher Land-Fried.** *de Anno* 1498. **wo sie aber.** *Ord. Cam.* 2. *tit.* 9. *&* 15. **Reichs-Abschied** *de An.* 1555. §. **wo sich aber.** Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *concl.* 19. *lit. c.* Bocer. *de bell.* 1. *cap.* 4. *&* 5. Mager. *d. cap.* 11. *num.* 247.

5. Quod si aliter in Imperio à quopiam arma suscipiantur, in crimen fractæ pacis publicæ incidit; Ideò *in Camera Imperiali vel aula Cæsaris* mandata avocatoria, **eine Abforderung** contra eundem decernuntur, sub pœna banni ac publicationis bonorum, ut milites dimittat,

quæ

quę missa plerumque per Fecialem, **eines Käiserlichen Herolds**/insinuantur. **Reichs-Abschied** *de Anno* 1529. §. **und damit an solchen.** *Ord. Cam. part. 2. tit. 9.* §. **und ob sich.** Gail. 1. *de P.P. cap. 4. num. 2.* Gylman. *tom. 3. V. Mandata avocatoria: Praejudicia refert* Sixtin. *2. de Regal. cap.* 1.

[6. Admonere autem debent *Consiliarij, suos Principes*, ne in quovis defensionis casu ad arma capessenda prosileant; Sed omnes priùs circumstantias, maturè examinent, an plus lucri vel damni, propter dubiam *Martis* aleam, ex armis expectandum sit. Præsertim, cum temerarium sit, adversus eos, qui potentiâ & viribus nobis sunt longè superiores, arma capere. Consultius igitur erit, tali in casu pacis conditiones, etiam duriores acceptare, quam de summa rei, cum exitii periculo decertare. Vide latè Maul. *dict. tr. de bell. judic. fol. 99.*]

7. Cæterum Imperii Rom. Germ. interesse præcipuum in eo versatur, *ut Bella Civilia* quovis modo evitentur, ac quasi in herba sopiuntur. Ad præcavenda igitur civilia arma in Imperio nostro, imprimis *Duo* summo studio obser-

observanda esse, admonet *Burgoldus*.

8. *Primò*, Ne Principes ac Status Evangelici, & ii, qui per Instrumentum Pacis sunt restituti, aut adhuc restituendi sint, amplius ob religionem, instinctu Papæ, à Catholicis premantur. Quod si hoc fuisset sanctè observatum, superius seculum, nec bellum *Smalcaldicum*, nec *Saxonicum*, nec *Cæsareo-Suecicum*, sensisset.

9. *Secundò*, Ne ullus ex Principibus & Statibus Imperii, qui adversus Constatum suum actionem habet, *ferro* agat; Sed *in Iudiciis* Imperii jure experiatur. Id quod etiam in Instrumento Pacis salubriter sancitum est; Quod non exactè nuperrimè fuisse observatum, graviter conquestus fuit Dn. Elector Palatinus, dum arma ob Jus Wildfangiatus ipsi intentarentur. Hæc Burgold. secund. *de notit. Imper. pact. 3. Discurs.* 2. *num.* 3. *fol. m.* 19.]

Caput LXXXIII.

De Rebus & negotiis Ecclesiasticis, quatenus eorum cura ad Principes & Status Imperii pertinet.

1. Hacte-

1. HActenus de negotiis Politicis; Sequuntur Negotia Ecclesiastica, territorii Jure, Principibus & Statibus Imperii competentia. Hæc summariè in hoc singulari consistunt; Quod Imperii Principes & Status, jus habent circa sacra quasi regium, attamen, juxta Instrumentum Pacis modificatum & modulatum.

2. Sanè, hæc Politica circa sacra potestas, in Imperio Romano Germanico, Religionis Pacificationi adscribitur, quæ *An.1532. Norimbergæ* cœpta: Schleid. *Comm. de Stat. Relig. lib. 8. Anno* 1552. *Passavij* repetita: Tandemque *An.* 1555. *Augustæ Videlicorum*, Imperatoris, Electorum & Statuum utriusque religionis unanimi consensu sancita: In *omnibus* denique *Comitiis* repetita: (Vide R. I. August. 1566. §. **und nachdem**. Resolution Rudolphi II. 27. *Iulij Anno* 1590.) Ac *Executioni* Cameræ Imperialis Judicii tradita fuit. R. I. Aug. *Anno* 1555. §. **wir befehlen**. Dn. Busch. *de bonis Ecclesiast. part.* 2. *fol.* 278. Burgold. secund. *part.* 2. *de notit. Imper. Rom. Discurs.* 2. *per tot.*

3. Cum verò, *de dubio sensu* ipsius

Pacis

Pacis religionis, tàm inter Principes & Status Imperii ipſos, utriusque religionis, quàm in ipſis ſummis Imperii Judiciis, graves controverſiæ oriebantur, utraque pars ſuis principiis & opinionibus inſiſtendo; *Dillingenſes* Jure consulti, ſeu mavis, Jeſuitæ, ſuum Libellum *de Compoſitione Pacis*: *Saxones* verò ſuam Imperii Rom. Germ. *Pupillam* edentes. Imperator *Ferdinandus II* ſequendo penitus ferè Dilligenſium interpretationem,, haſcè controverſias, ad importunas inſtantias Confeſſoris Laimermanni, pennam dirigente Dn. D. Gebhardo Conſiliario Aulico, *Publico Edicto* decidit, easque tanquam nodum gordium, gladio Alexandrino diſſolvit. Cujus Edicti tenorem refert ad verbum Dn. Limnæ. *1. ad. I. P. in addit. ad cap.* 13. *ſub num.* 64. *fol. m.* 145.

4. Cui deciſioni, cum Principes & Status Imperii A. C. (paritionem præſtare recuſantes,) *Rationes* graviſſimas contra hoc Edictum, aſt ſine fructu, prædicto Imperatori obtulerint; Quas vide apud Dn. Limnæ. *in addit. ad dict. cap.* 13. *fol. m.* 160. Illi tandem coactè inſtructas

structas acies, licet eo tempore, quo vires eorum plus nimium videbantur attritæ, opposuerunt. Adeò, ut tota causa in exitiale bellum civile exarserit: Quæ tàm diu & quidem octodecim annos, armis intestinis exagitata fuit, donec cuncta civilibus discordiis fessa, Imperator *Ferdinandus III.* ac Principes & Status Imperii utriusque religionis, mediante *Corona Suecica, Osnabruggi*, in unũ convenerint, singulari Constitutione in Instrumento Pacis. *art. V.* edita ac simul definita, quid Juris cuilibet parti utriusque religionis, in futurum in causis religionem concernentibus competat: Vide Burgold. secund. *part. 2. Notit. Imp. R. Dissert. 2. & 6.*

5. Hoc Instrumentum Cæsareo-Suecicum, (confirmans Pacem religionis *Anno* 1555. conclusam) publicatum ab Imperatore *Ferdinando III.* (Pontificia protestatione, 26. *Octobris. Anni* 1648. interposita, susque deque habita *per dict. Instr. Pac. art.* 8. §. 1.) ac per Edicta executorialia, *die* 7. *Nov. Anno* 1648. & 2. *Martij*. 1649. executioni pœnaliter mandatum & confirmatum fuit. Id, quod deni-

denique ab invictissimo Imperatore nostro Leopoldo I. *in capitul.* §. wir sollen. juratâ fide acceptum, & pro lege Fundamentali Imperii, optimo jure constitutum est.

5. Sanè, vigore, non tantùm pacis religionis, sed etiam prædicti instrumenti pacis, tanquam muri ahenei, Principes & Status Imperii & *Religionis libertatem* habent, & jure superioritatis *Episcopalia jura*, tanquam Fiduciarii possessores obtinent & possident: *Lege Diocæsana quiescente* R. A. *de Anno* 1555. §. setzen damnach. *Instrum. Pac. art.* 5. §. *Ius Diocæsanum.* 16. *ibi: suspensa est.* Knichen *Encyclop. cap.* 13. Frider. Mindan. *1. Process. cap.* 28. Gylman. *in Symphor. tom.* 3. *Verb.* Religion-Fried. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 4. *num.* 228. *ac lib.* 3. *cl.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. Besold. *de jurisdict. Imper. Rom. cap.* 18. Dn. Burgold. secund. *dict. tr. pact.* 2. *Discurs.* 17. *per tot.* Quod Jus Episcopale, cum Religionis libertate, Civitates quoque Imperiales habere, meritò asserit Dn. Knipschilt, *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 178. Quamvis Imperii Principibus & Statibus prote-

stantibus, supremam circa sacra potestatem, non tàm tributam quàm restitutam fuisse, asserat Dn. Thabor. *de regim. circa Eccles. th.* 23. Dn. Bœckelman. *meditat.* 1, *axiom.* 8. De cujus tamen assertionis vero sensu, forsitan alibi dicemus.

Caput LXXXIII.

De Religionis mutatione, von der Religions Enderung/ *Principibus & Statibus Imperii modulatè competente.*

I. CÆterum hæc Politica, Principum & Statuum Imperii potestas circa sacra, consistit, in *libera religionis mutatione*, & *ipsius Iurisdictionis Ecclesiastcæ exercitio*. Primum ac præcipuum Jus in Causis Ecclesiasticis, hoc est, quod quilibet Princeps & Imperii Status, *liberum Religionis exercitium* in sua ditione vel territorio, non solum *introducere*, sed & *introductum mutare* possit, *juxta Constit. Pac. Relig. Anno* 1555. §. und damit solcher Fried. Dann die Freyheit in Religions-

ligions-Sachen ist der Stånd höchstes *Regale*, dicente *Landgravio Mauritio* apud Hordlederum, teste Gran. *in proœm. de pac. Relig.* Ming. *de jur. territ. cap. 5. concl. 61.* Ritter. *de homag. concl.* 150. & 201. Reink. *1. cl. 5. cap. 4. num.* 228. Limnæ. *1. 1. P. cap.* 13. *num.* 16. Dn. Seckendorff. *de stat. Pr. Germ. pact. 2. cap.* 15. *n.* 5. [Dn. Thabor. *de regim. imper. Eccles. posit.* 23. Quod in specie quoquè *Civitatibus* Imperii immediatis competere, latiùs deducit Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 3. num.* 23. 72. & 75.]

2. Hinc firma & perpetua censetur Regula; Quod *Religionis mutatio sit sequela territorialis Iurisdictionis, ac inhæreat territorio*, (sicuti vulgò dicimus) *sicut Nebula paludi*. Rosacorb. *in praxi forens. cap.* 29. *num. f.* Reink. *3. cl.* 1. *cap. 9. n.* 3. Mager. *de Advoc. armat. cap.* 16. *num.* 596. *Varia præjudicia vide apud* Lehemann. *de pac. Relig. lib. 3. cap.* 18. [Reinking. *lib.* 1. *class.* 5. *cap. 4. num.* 228.] Quæ Regula confirmata & declarata fuit, *juxta statum Anni* 1624. *primi Ianuarij*, qui Religionis Status in æviternum firmus & immotus esse jubetur. *per Instr. Pac. Osnabrug.*

nabrug. art. 5. §. *Bona.* 3. *&* §. *Quantum.* 12. *ibi: Vsitata praxi, etiam jus reformandi.* [Vide Dn. Burgold. secund. *part.* 2. *Discurs.* 6. *num.* 1.

3. Quæ Religionis mutandæ libertas respicit non tantùm *propriam Principum & Statuum Imperii personam*; Sed & *subditos*; ut ad eam Religionem, quam Dominus territorii profitetur, omnes sibi subjectos blandè ducere possit, *reformando*, ac antiquæ Religionis exercitium publicum constringendo. [*Instrum. Pacis art.* 5. §. *Quantum.* 12. Gylman. 2. *decis. Camer.* 59. *num.* 4. Carpzov. *de leg. reg. Germ. cap.* 3. *sect.* 10. *num.* 33. De Civitatibus Imperii idem asserit latiùs Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 53. *& seqq.* Quo tamen casu, subditi *blandimentis* & prædicatione verbi divini, non verò asperitatibus, ad cognitionem veræ religionis duci debent; juxta Gregorium M. *in can. Qui sincera.* 3. *ibi: blandimentis non asperitatibus debent studere: Nam quicunque aliter agunt, suas illi magis, quam Dei causas probantur attendere. Dist.* 45. *l.* 2. *ibi: coarctanda. D. de oper. libert.* Carpzov. *dict. tr.*

cap. 4. sect. 6. Dn. Thabor. *de regim. imperant. in sacr. sect. 2. posit. 9.*]

4. Quod si subditi, Domini Religionem amplecti nolint, illius intuitu à Domino territorii nullo modò vexare, inquietari aut ad illam cogi possunt. Modò subditi quietè vivant. Frider. 1. *de mandat. cap.* 30. [Knipschilt. *dict. cap. 3. num. 156. & 157.* Gotofr. Suev. *de Pac. relig. dissert. 7. posit. 9.*] Prout *Camera Imperii* mandata pœnalia sinè clausula de non offendendo, super pacem Religiosam decernit. Johan. Forstner *in process. Cam. tit. 5.* Gylman. *Symphor. 1. tit. 3.* Leheman. *d. tr. lib. 3. cap. 26.*

5. Porrò, si subditi diutius in territorio Domini habitare nolint, liberum habent *Beneficium Emigrandi* & solum vertendi aliorsum. *Constit. Pac. Relig. in* Reichs-Abschied/ *de Anno* 1555. §. wo aber unsern. [Rümelin. *ad A. B. 3. dissert. 2. concl. 7. Vbi Addit. mea.* Carpzov. *decis. 83. Qui sub num. 6.* tradit. *Sicuti civibus permissum est, solum vertere si velint; igitur, si velint in antiquis sedibus permanere, remanere poterunt.*]

6. Gra-

6. Graviter autem diſputatum fuit à Statibus Imperii Catholicis: *An hoc beneficium Emigrandi ſit Voluntatis, An neceſſitatis?* Voluntatis eſſe, non verò neceſſitatis, & æquitati & rationi conveniens eſt; Quam aſſertionem etiam Camera Imperialis decidendo obſervavit. *per Pac. Relig. de Anno* 1555. §. wo aber unſern. *ibi*: nider thun wolten. Frider. *1. de mandat. cap.* 20. Cran. *de Pac. Religioſ. part.* 2. *probl.* 1. Limn. *1. I. P. cap.* 13. *num.* 61. Rümelin. *3. ad A. B. diſſert.* 2. *Coroll.* 7. [Gothofr. Suev. *de pac. relig. diſſert.* 7. *poſit.* 6. Eichman *de jur. detract. membr.* 2. *concl.* 2. apud Fritſch. *E. I. P.* 4. *fol. m.* 152. Cui aſſertioni operoſiſſimè contradixerunt *Catholici*, quorum rationibus jam dudum occurrit Cran. *dict. probl.* 1. Veruntamen huic concertationi obicem & repagulum meritò poſuit, *Instrument. Pac. art.* 5. §. *Quantum.* 12. *verſ. Hoc tamen non obſtante.* Cui, frementibus quamvis malevolis, tenaciter inhærendum eſt. *De quo infra latius cap.* 85.]

7. Sanè, hæc conſcientiæ libertas, non omninò eſt libera, nec ſumitur pro licentia quamcunq; Religionem amplectendi; [Li-

di; [Libertinismus namque & adiaphoria, scilicet Confusio religionum, in Republica nequaquam ferenda est. Ne in Puccianam væsaniam incidamus. Dn. Thabor. *de regimin. Imper. in sacr. sect. 2. posit.* 9. Dn. Burgold. secund. *ad part. 2. Discurs. 22. n. 3.*] Sed *Anno* 1555. tantum ad Confessionis Augustanæ & Catholicæ publicum exercitium adstricta fuit. *Const. Pac. Relig.* §. doch sollen alle andere. Cran. *de Pac. Relig. part.* 1. *Probl.* 13. Referens apud Leheman. *de Pac. Relig.* 3. *cap.* 21. *vot.* 9. *fol.* 167.

8. Proinde, ii Principes & Status Imperii, qui Calvini dogmata secuti fuerunt, qui communiter *Reformati*, vocantur, publicâ hac tranquillitate usq; huc non gaudebant, cùm expressa Constitutionis Religiosæ verba contradicebant. §. doch sollen alle. [Carpzov. *de Leg. reg. Germ. cap. 6. sect. 4. n. 23.* Gottofr. Suev. *de Pac. relig. disput. 3. thes.* 1. & 2.] Multò minus Princeps Calvinianæ Religioni addictus, subditos suos Augustanæ Confessioni addictos, in Religione turbare, aut eis Calvinianismum obtrudere poterat. Frider. *1. de Process. cap. 29.*

num.

num. 3. Donawert. *Relat. part.* 2. *fol.* 109. Rümelin. 3. *ad A. B. differt.* 2. *Coroll.* 2. & 3. Cran. *d. problem.* 13. Limn. 1. *I. P. cap.* 13. *num.* 32.

9. Exempla tamen præterita in Imperio Romano-Germanico, sivè de jure sivè de facto, contrarium docuerunt; præcipuè cum *Fridericus Elector Palatinus, Anno* 1566. ac posteà *Iohannes Casimirus* Tutor Electoralis, *Anno* 1578. Calvinianorum dogma in palatinatu introduxerit. Vide Leheman. *d. tr. lib.* 5. *c.* 1. & *seqq.*

10. Huic contentioni longævæ, finem imposuit *Instrumentum Pacis Germanicæ*, in quo constitutum fuit, ut Reformatæ Religioni addicti, Constitutione Pacis Religiosæ quidem gaudeant, ast publicum religionis exercitium, in propriis territoriis jàm receptum, *immutare* non possint. *Instrum. Pacis art.* 7. [Gottfrid. Suev. *dict. tr. disput.* 3. *posit.* 4. latè Burgold. secund. *part.* 2. *Discurs.* 22. *per tot.* Ideò hodiè tres tantùm Religiones, nempè *Catholica, Evangelica & Reformata*, pro licitis Confessionibus in Imperio Rom. Germ. judicantur. *dict.*

 art. 7.

art. 7. ibi: præter Religiones supra nominatas. Dn. Thabor, *dict. sect. 2. posit.* 8. Balduin. *in cas. conscient. lib. 2. cap. 6. cas. 3.*]

II. Hinc facilè fluit Decisio Quæstionis; *An Calvinianis in Imperio Processus decernendi sint?* Quæ inter Dubia Cameræ super Pacem Religionis relatum fuit apud Leheman. *d. l. 3. cap. 30. Sed hoc per dict. art. 7. declaratum f.*

Caput LXXXIV.

De Jure Reformandi.

I. HÆc libertas mutandi publicum Religionis Exercitium in territoriis suis competit, secundum supra traditam moderationem, post Imperatorem, *Omnibus Principibus & Imperii Statibus* immediatis, tàm Politicis quàm Ecclesiasticis. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1555. §. und damit solcher Fried. [Reinking. *lib.* I. *class.* 5. *cap.* 4. *num.* 229. Leheman. *de Pac. relig. lib.* 2. *cap.* 65. *& passim.* Suev. *de Pac. relig. disput.* 8. *thes.* I. Quod jus reformandi, Principibus Imp. competit immediatis, etiamsi *Anno* 1555.

in

in possessione, confessionis Augustanæ non fuerint. Quod latiùs contra Jesuitas *Dillingenses* defendit Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 17. *& seqq.*]

2. Hâc tamen singulari differentiâ in favorem Catholicorum quoad Ecclesiasticos, in dicta Constitutione *de Anno* 1555. §. nachdem aber. posita & ordinatâ, ut si *Archiepiscopus*, *Episcopus aut Prælatus* à prisca Religione recedens, Augustanam Confessionem amplectebatur, ab Archiepiscopatu, Episcopatu vel Prælatura exauctoratus discedere jussus fuerit, restituendo beneficia omnia cum reditib⁹; sinè tamen honoris sui jactura; Hoc est, quod Catholici vocant, *Reservatum Ecclesiasticum*, den Geistlichen Vorbehalt; [In Reservato autem Ecclesiastico, hoc *arcanum politicum* consistit, scilicet, ut ex personis Ecclesiasticis aut nemo accedat ad Evangelicam religionem, aut si quis accesserit, saltem bona Catholicis reservarentur. Dn. Textor. *de ration. Stat. Germ. fol.* 657. Dn. Burgold. *dict. tr. part.* 2. *Dissert.* 10. *num.* 1.]

3. Cæterum, huic Reſervationi Principes & Status Imperii Auguſtanæ Confeſſionis, etiam in ipſo Conſtitutionis actu, ſemper contradixerunt; ut ibidem innuunt verba: **ſich nicht vergleichen können.** Ac quamvis *Imperator* in favorem Catholicorum pronunciaverit; *Principes* tamen & *Status* Auguſtanæ Confeſſionis, Cæſareæ Majeſtati acriter ſeſe ſupplicationibus, proteſtationibus, replicationibus oppoſuerunt, usque dum Inſtrumentum Pacis Oſnabruggæ confectum. Burghard. *de autonom.* Compoſ. *Pac. Q. 9.* Lehenman. *de Pace Relig. lib. 3. cap. 38.* Vide quoque apud eundem **der Stände.** Gravamina **wegen deß Geiſtlichen Vorbehalts.** *lib.* 1. *cap.* 10. Springer. *de pac. Relig. concl.* 37. Ut non immeritò de validitate hujus §. **deß Geiſtl. Vorbehalts.** dubitatum fuerit.

4. Cum igitur Principes & Comites Imperii, contradicendo ſeſe ſemper oppoſuerint, ideò reſervatum hoc eos invitos, tanquam partem tranſigentem ligare non potuiſſe, ſed proteſtando huc usque jus ſuum conſervâſſe, ac hunc §. exauctoratum & invalidum eſſe pronuncia-

nunciarunt Cran. *de pac. Relig. part.* 1. *probl.* 10. Frider. 1. *de Proceß. cap.* 29. *num.* 6. Rümelin 3. *ad Aur. Bull. dissert.* 6. *Coroll.* 3. Limn. *1. l. P. cap.* 13. *num.* 38. [Burgold. *dict. part.* 2. *Discurs.* 10. *num.* 4. *& per tot.* Quod & inter Statuum Evangelicorum *Gravamina*, in Comitiis Ratisbonæ habitis *An.* 1613. Imperatori oblatum fuit. Vide Lundorp. *act. publ. part.* 1. *fol.* 68. Aliter semper censebant Catholici omnes. Vide *Composit. Pac. Q.* 5.

[5. Cæterum hæc tandem controversia de Reservato Ecclesiastico per Instrumentum Pacis *art.* 5. §. 3. ad æqualitatem utrinque perducta fuit; Ita ut si Catholicus ad Evangelicam religionem, vel contra, Evangelicus Episcopus ad Catholicam religionem accesserit, eo ipso Episcopatum & bona Ecclesiastica amittat, salva existimatione. Burgold. *dict. Discurs.* 10. *num.* 5. *fol.* 89.]

6. Competit[illegible]tiam hæc Religionis libertas (ast hodiè juxta dispositionem Instrumenti Pacis. *art.* 5. §. *libera.*) *Civitatibus Imperij liberis*, den Reichs-Städten; Reichs-Abschied *de Anno* 1555. §. nachdem aber. Cran. *de Pac. Relig. part.* 1.

probl.

probl. 3. connex. 2. Reinking. 1. *cl. 5. cap. 5. num. 13.* Limn. *1. l. P. cap.* 1. *num. 52.* Burgold. *dict. part.* 1. *Discurs.* 14. *num. 4.* [Quod reformandi Jus, Civitatibus Imperii etiam tum demum competere, etiamsi tempore pacificationis Religionis *Anno* 1555. in possesione Augustanæ confessionis non fuerint, latiùs deducit Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib. 2. cap.* 3. *num.* 17. *& seqq.* Gottfr. Suev. *de Pacis Relig. disput. 5. posit.* 3. *&* 5.]

[7. Quo tamen loco observandum est, quod Civitates Imperiales mixtæ religionis, scilicet, ubi & Catholicæ & A.C. religio in usu erat, ad Statum Anni 1624. per Pacem Osnabruggensem restitutæ sint, adeò ut in regimine & quibuscunq; officiis publicis politicis, paritas introducta fuerit. Cui tamen paritati, Senatores Catholici Civitatis Augustæ, in ipso executionis actu, graviter & minabundæ sese opposuerunt; Qui tamen, tandem saluberrimo Pacis publicæ Instrumento, cedere jussi fuerunt. Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib. 3. cap.* 3. *num. 36. & seqq.* Burgold. *dict. part.* 2. *Discurs.* 7. *num.*

num. 3.] Quamvis contrarium asserat *Compos. Pac. Q.* 34.

8. Graviter autem olim concertatum fuit *inter Senatum ac Cives Colonienses; Civiumnè, an Senatûs major sit potestas, circa Religionis mutationem? Ac an Cives etiam invito Senatu, vel Senatus invitis Civibus publicum Religionis exercitium mutare possint? Civium* causam potiorem & æquiorem censeo, nisi Regimen Civitatis Imperialis aristocraticum existat, Cran. *de pac. Relig. part.* 1. *probl.* 3. Arnis. 2. *de Iur. Majest. cap.* 6. *n. ult.* Limn. 7. *Iur. Publ. c.* 1. *num.* 53. *V. Consil. pro Civit. Hagenov.* apud Leheman. *de pac. Relig. l.* 3. *cap.* 47. Ac Vota Civ. Colon. *d. lib.* 3. *cap.* 27. [latè Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. dict. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 113. *& seq.* Dissentit aliquatenus Suev. *de Pac. Relig. disput.* 5. *posit.* 4.]

9. Specialiter etiam provisum est in *dicta Constit. Pac. Relig.* §. **und in solchem Frieden**/ ut *Nobiles Imperii immediati*, **die Freye Reichs Ritterschafft in den dreyen Creysen** Sueviæ, Franconiæ, & Rheni, hac Religionis mutandæ libertate in pagis ac Castris suis gaudeant. Nolden.

de

de Nobilit. cap. 17. num. 99. Rümelin. 3. *ad A.B. dissert. 5. Coroll. 1.* Bidenb. *q. Nobil. 4.* Limn. *6. I.P. cap. 3. num. 37. consil.* apud Lehenm. *d. tr. lib. 2. cap. 21. & 53.* Quod in Instrumento Pacis confirmatum fuit. Parum enim Nobiles immediati ab Imperii Statibus differre, censet Leopold. *apud Arum. dis. 9. conclus. 58.* Reinking. *1. cl. 5. cap. 19. num. 4. & seqq.* [Hypolit. à Treisbach. *de praeced. equest. ordin. Quaest. 2. num. 137.* Suev. *de Pac. Relig. Disput. 5. posit. 7.*]

10. Quæritur autem : *An Nobilis Imperij immediatus, in feudo, quod ab alio Imperij Statu possidet, Religionem, sicut in propriis pagis, liberè mutare olim potuerit?* Quod communiter *affirmatum fuit.* Cran. *de pac. Relig. p. 1. probl. 1.* Lehenman. *dict. tr. lib. 3. cap. 48.* Nold. *de Nobil. cap. 17. num. 82.* [Quoniam Nobiles Imperii immediati, quoad jus mutandi Religionem, Statibus Imperii æquiparantur. Quod pro & contra deducit Dn. m. Bocer. *de jur. Dom. & Vasall. lib. 2. cap. 6. n. 5. seqq.*

Caput

Caput LXXXV.

De Mediatis Imperii Comitibus, Landsassis, Vasallis, Civitatibus & subditis, quatenus Religionis Exercitium & conscientiæ libertatem habeant.

1. Ex supra dictis à contrario colligitur, Status Provinciales aut Civitates Municipales, non habere potestatem reformandi Religionem quoad Exercitium publicum. Pax Relig. in Reichs-Abschied/ *de Anno* 1555. §. und damit. Forster. *in Processs. Cam. tit.* 4. [Deficiente namque jure vel superioritate territoriali, deficit quoque jus mutandi Religionem. Michael. *de jurisdict. thes.* 49. *lit.* C. Vide latiùs Dn. Burgold. *dict. part.* 2. *Discurs.* 16. *num.* 1. Dn. Ernest. Gotofr. *de jur. consistor. posit.* 6. *apud Fritsch. E. I. P.* 8.]

2. Nisi hoc singulari *Privilegio* aut *contractu* à territorii Domino acquisiverint. Bruning. *de Iur. Univers. concl.* 20. *lit. A.* Cran. *de pac. Relig. part.* 2. *probl.* 8. Gylman. 22. *Rer. Iudic. lib.* 2. *n.* 4. *fol.* 724.

Quale

Quale jam olim *Austriaci* Comites Nobiles & Civitates ab *Archiducibus Austriæ* obtinuerunt, Idque nuper in publicum divulgarunt. [Vide omninò Burgoldum *dict. part.* 2. *Discurs.* 15. *n.* 6. Quod Instrumento quoque Pacis roboratum fuit *in art.* 5. §. *Quantum.* 12. *ibi: Pacta.* Qui de pacto Civitatis Hildesiensis, cum Episcopo, ratione Exercitii Religionis latiùs agit *sub num.* 2. Quod *Acta quoq; Hildensia* latissimè demonstrant.]

3. Secus autem est, *quoad liberam Religionis professionem* : Mutatio enim Religionis, juxta §. **setzen demnach.** *& seqq. in Constit. Pac. Relig.* In Imperio Romano-Germanico, omnibus personis ac subditis, etiam Ecclesiasticis ac Clericis, per §. **und nachdem** libera existit; Nec quispiam propter mutationem Religionis, in Imperio Romano-Germanico permissæ, mulctari, incarcerari aut ullo modo turbari potest. Frider. *1. de Process. cap.* 30. *n.* 6. Cran. *de Pac. Relig. part.* 1 *probl.* 1. *connex.* 1. *præjudicia refert.* Forster. *in Process. Cam. tit.* 4. *vol.* 1. Quo intuitu vera est quorundam juris publici Consultorum conclusio; Religionis Pacem

Pacem etiam mediatos ac subditos comprehendere, scilicet quoad libertatem conscientiæ, in pacis instrumento determinatam & modulatam. Rümelin. *3. A. B. dissert. 9. Corall. 8.* Frider. *1. de Processs. cap. 28. Præjudicia habet* Gylman. *3. Symphor. verb. Religions Fried Referens* apud Lehemann. *d. tr. lib. 2 cap. 27. vol. 11.*

4. Nec coguntur subditi aut Status mediati, veluti Comites aut Nobiles Landsassi, à Domini Religione dissentientes, propter disparitatem Religionis secundum genuinum pacis religiosæ sensum § **wo aber unsere:** in Verbis: **nider thun wolten:** aliorsum domicilium transferre. *Vide Referentem apud* Lehemann. *d. tr. lib. 3. cap. 22. vot. 8.* Sed licitum est eis, diebus Dominicis, aliovè tempore festivo, Civitate exire, ac in proximis pagis Religionis suæ exercitia piè expedire; Prout inter dissona Cameralium vota, communis Protestantium conclusio fuit. Frider. *de Processs. cap. 30. n. 9.* Adeò ut á Principe vel Magistratu loci, in hac libertate impediri nequeant. [Siquidem Pax religionis, omnem vim sivè explicitam sivè implicitam remo-

tam esse, præcipit] Reichs-Abschied/ *de Anno* 1530. §. Item etliche Obrigkeit. §. Auß solchem allein [in Verbis: die Stände und Unterthonen in Fried und Ruhe zu stehen.] Gylman. *1. Symphor.* 1 *tit. 3. vot. 2. part.* 217. *ac p.* 171. Springer. *de Pac. Relig. cap.* 11. Cran. *eod. tr. p.* 2. *probl. 3.* Hensler. *de cura Relig. mag. concl.* 24 Referens apud Lehemann. *d. tr. lib. 3. cap.* 37. *vot. 8. cum præjudiciis* [latissimè Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 3. num. 145. & seqq. Qui simul omnibus contrariis argumentis respondet.*]

5. Acriter autem olim, *in causa* Droßhagen *contra Episcopum Monasteriensem*, disceptatum fuit in Camera; *An Illustris, vel Nobilis Landsassus, domi in arce sua, pro se, liberis, & familiâ privatim; diversum à territorij Domino Religionis exercitium habere, ac infantes suos baptizari, curare possit? Affirmativa sententia*, jam olim majoritate votorum obtinuit. Frider. *1. de Proceß. cap.* 30. *num.* 10. Cran. *de Pac. Relig. part.* 1. *probl* 2. Meland. ad Meurer. *Cam. Proceß* §. 2. *pag.* 401. Præjudicium habet Gylman. *1. Symphor. tit. 3. vot. 5. num. 3. pag.* 223. Vide Christ. Lehe-

Lehemann. *de Pac. Relig. lib.* 3. *cap.* 22. Contrarium tamen in praxi, ante tempora Pacis Publicæ Osnabruggensis, observatum fuit. Bidenb. *9. Nobil.* 2. *&* 4. Quod *Anno* 1582. inter dubia Cameræ relatum, ac Principibus & Statibus Imperii decidendum, referebatur. Lehenman. *d. lib.* 3. *cap.* 30.

[6. Veruntamen *ad reducendam & stabiliendam Pacem Imperii publicam*, inter Principes, Comites, Civitates Imperii eorumvè Landsassos. Vasallos, Cives & subditos, *hæ discordiæ Civiles, & Concertationes intestinæ*, ne in posterum animos Concivium in amaritudinem trahendo, quietem publicam turbarent, per Instrumentum Pacis, certis regulis definitæ sunt, *in art.* 5. *§. quantum.* 12. *vers. Hoc tamen non obstante ibi: Retineant, in posterum. & vers. Placuit. ibi: patienter tolerentur, sine turbatione. Et vers. Quod si. ibi: Spontè emigrare voluerit.* Ubi præcipuè subditorum exercitia sivè publica sivè privata ad Statum *Anni, integraliter considerati*, 1624. reducta fuerunt; Quò *subditus* quoque, qui post pacem publicatam, in futurum religionem diversam

à Domino territorii amplectuntur, ratione conscientiæ libertatis, sufficienter provisum est. Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 164. Qui etiam, genuinum sensum *dict. art.* 5. §. *Quantum* 12. *vers. Conventum est. Verba:* jussus fuerit. *scilicet*, ex gravissima causa; juxta implicitam paciscentium mentem & rationem, declarat *sub num.* 165. *in fine.* Dn. Burgold. *de notit. Imp. R. part.* 2. *Dissert.* 15. *num.* 1. *fol.* 126. *num.* 3. & 5.]

[7. De exercitio Augustanæ religionis in hæreditariis *Archi Ducum Austriæ* Provinciis, penitus denegato; ac quatenus illud *in Ducatibus Silesiæ* restrictivè concessum sit, ejusvè causas, vide Burgold. *dict. Discurs.* 15. *num.* 6. 7. & 8.]

Caput LXXXVI.

De Jure Episcopali.

I. PEr hanc Pacem Religionis, *Iurisdictio Ecclesiastica*, quæ penes Catholicos erat, in Principibus & Statibus Imperii Augustanæ Confessioni addictis, eorumvè territoriis, in omnibus

omnibus negotiis & causis Religionem concernentibus, plenè suspensa est, ac quiescit. *Constitit. Pac. Relig. in* Reichs-Abschied *de Anno* 1555. §. damit auch ob be-rührte. [a] Syring. *de Pac. Relig. conclus.* 29. Besold. *de jurisdict. cap.* 18. Reinking. *lib.* 3. *class.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. [Quæ suspensio etiam in Civitatibus Imperii liberis locum habet, teste Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 178.]

2. Ideò jus Episcopale una cum Ecclesiasticorum actuum cognitione, *penes territorii Dominum* resìdet, tanquam penes fiduciarium possessorem, usque ad Christianam & amicabilem Religionis compositionem. *Instrument. Pac. art.* 5. *Ius Diœcesanum.* 16. *ibi: Suspensa esto.* Gylman. 3. *Symphor. Verb. Religion-*Fried. Leheman. *de Pac. Relig. lib.* 3. *cap.* 20. Klock. *de Contrib. cap.* 10. *sect.* 1. *num.* 82. [[a] Ant. Faber. *de relig. reg. lib.* 2. *cap.* 1. *Vbi* Dn. Fritsch. *in notis.*]

[3. Quod adeò verum est, ut jam à tempore transactionis Passaviensis, Principes & Status Imperii seculares A. C. *duplicem personam*, scilicet *Principis secularis & Episcopi*, sustinere cœperint.

Syring. *dict. concluß. 29. lit. B.* Kizel. *de matrimon. cap.* 10. *thes. 8. lit. D.* Quod novum non esse, ex omni antiquitate probat. Hug. Grot. *de jur. Imper. circ. sacr. cap. 3. & 4.* Arnisæ. *de exempt. cler. cap. 1. num. 4.* Quæ tamen jurisdictiones, per promiscuum usum, confundi non debent, sed distinctè & ita quidem expediendæ sunt, ut altera alteram potiùs adjuvet, quam turbet, Gisen. *de regend. acad. disp. 13. thes. 34.* Gothfr. *de jur. Constit. posit. 29. & seqq.* apud Fritsch. *E. I. P. dissert. 8.*]

4. Cæterum, cum præteritis temporibus *Episcopi* in Imperio R. G. jus Diœcesanum nimium extenderent, ac Pacis religionis constitutionem, *in ambiguum sensum* trahere anniterentur; sicuti ex gravaminibus Principum & Statuum A. C. *Anno* 1646. Osnabrugæ porrectis constat: Ideò, hoc Diœcesanum Jus *in Instrumento Pacis*, de novo suspensum ac saluberrimè *hisce Verbis* constitutum est: *Ius Diœcesanum & tota Iurisdictio Ecclesiastica, cum omnibus suis speciebus, contra A.C. Principes & Status Imperij suspensa esto.* Instr. Pac. *art. 5. §. Ius Diœcesanum.*

sanum. 16. Burgold. *de notit. Rom. Imp. part.* 2. *discurs.* 17. *num.* 1.

5. Sanè ex hac jurisdictionis Ecclesiasticæ suspensione, imprimis *fluit,* I. Quod non licet *Magistratui Catholico* aut *Episcopo loci,* in subditos de Augustana Confessione suspectos, tanquam in hæreticæ prævitatis *Reos,* inquirere, vel eos ad censuram Ecclesiasticam trahere, multò minus in eos animadvertere; Aliter si fiat, ad instantiam gravati, *Camera Imperialis,* competentibus mandatis vel citando vel inhibendo subvenit. Frid. *1. de Process. cap.* 29. *num.* 2. Gylman. *1. Symphor. part.* 1. *tit.* 3. *vot.* 6. *&* 8. Rümelin. *3. ad A. B. dissert.* 6. *Coroll.* 8. Lehenmann. *de Pac. Relig. lib.* 3. *cap.* 20. *&* 22. *vot.* 8. 13. *ac.* 26. [Et hoc etiam in Civibus, Civitatis Imperii, quæ Catholicam Religionem profitetur, asserit Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 3. *num.* 154.]

[6. Quod adeò verum est, ut etiam *Clericus,* sivè regularis sivè secularis, Augustanam Confessionem amplectens, ea propter ab Episcopo vel Abbate, nulla censura notari, nulla vi persequi, multò minus carceri mancipari possit *per §.*

und nachdem. *Const. Pac. Relig.* Lehenmann. *de Pac. Relig. lib. 3. cap. 23.* Quod præjudicio firmat Fortler. *in Proceß. Cam. tit. 4.* [Quamvis Abbates & alii Ecclesiastici Præsules, huic publicæ conventioni præter jus & fas contravenire soleant, adeoque *Conventualem* amplectentem religionem A. C. depræhensum, gravissimis pœnis afficiant; sæpissimè verò ipsius Clerici avocationem & remissionem, importunis litteris petere, solent; qui tamen meritò repulsam ferunt.]

7. Præterea II. *fluit* ex dicta suspensione; Ut si quispiam Imperii Princeps aut Status immediatus, ab alio immediato diversæ Religionis in Religionis exercitio, possessione vel quasi, in ordinatione vel reformatione ministerii, vel alio jurisdictionis Ecclesiasticæ actu, turbetur, *Camera Imperialis*, tãquam in causa fractæ pacis Religiosæ, competens Judex est, nullâ prorsus causæ principalis ad Ecclesiasticos remissione concedenda. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1555. §. wir befehlen auch Gail. *1. Observ. 2.* Frid. *1. de Proceß. cap. 29. num.* Rosacorb. *Pract. Obs.*

Observ. cap. 29. *num.* 4. [Guilielm. Roding. *in pandect. Cameral. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 7.]

[8. Quæritur autem; *An in causis, quæ contra Pacem religionis vel Instrumentum Pacis fiunt, Austregæ ac primæ instantiæ locum habeant!* Quod *Negandum* esse censeo. Quoniam pœna banni Imperialis, non alium Judicem habet, quam Cameram Imperialem vel ipsum Cæsarem. *Constit. P. P. tit.* daß von wegen überfahrung deß Käiserlichen Land-Friedens am Cammer-Gericht. *Ord. Camer. p.* 2. *tit.* 9. §. wir wollen. Gail. *de Pac. Publ. lib.* 1. *cap.* 11. *ac lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. Ruland. *part.* 1. *de Commiss. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 8. Contraveniens autem Instrumento Pacis, pœnam fractæ pacis, ipso jure & facto incurrit. *I. P. art.* 17. §. *Qui verò ibi: ipso jure & facto.* Cran. *part.* 2. *Pac. Relig. publ.* 1. *in Consil.* Guilelm. *in Pand. Camer. lib.* 1. *tit.* 6. *sub num.* 8.]

9. Gravis etiam occurrit Quæstio; *An in causa Pacis Religiosæ Aulicum Imp. Consilium, cum Camera Imperiali concurrentem habeat jurisdictionem?* In *Negativam*, sententiam inclinarunt, Cran. *de*

Pac. Relig. part. 3. probl. 1. Rümelin. *3. A. B. diß. 6. Coroll. 5.* Limn. *9. l. P. cap. 2. num.* 127. *Civitas Aquens. apud* Lehenmann. *de Pac. Relig. lib.* 3. *cap. 28. q. 2.* Quibus contradictum fuit ab aliis, veluti Leipold. *de Concurr. jurisd. Q.* 19. Springer. *de pac. Relig. cap.* 14. **Donawertisch Erinnerung.** *fol.*114. *& seqq.* [Dilligenses *in Compos. Pac. in præfat. lit. Oo. ac cap.* 10. *Q. 64.*]

10. Adeò ut hæc quæstio *ab Assessoribus Cameralibus Anno* 1582. inter Cameræ *Dubia*, Imperatori ac Statibus Imperii in Comitiis decidenda, rejecta fuerit. Vide Lehemann. *d. lib. 3. cap. 30. num. 4.* Quæ etiam *in Comitiis Ratisbonæ An. 1613. habitis*, cum aliis Gravaminibus Imperatori oblata fuit. *Vide* Londorp. *part. 1. Act. Publ. fol. 68.* [Sanè de hac Judicii aulici cum Camera Imperiali, concurrentia, etiam in causis Religionem concernẽtibus, Rationes pro & contra, sine decisionis adjectione, scribit Dn. Cancell. Schuz. *in part. 2. I P. disput. 4. posit.* 17. *lit. B.* Qui tamen in concurrentiam, etiam in causis religionem con-

concernentibus inclinat *in disput.* 2. *posit.* 7. *lit.B part.* 2. *fol. m.* 66.]

[II. Adjecta *Declaratione*: Modò Assessores aulici consilii utriusque Religionis adsint, & lites sine suspicione procedant. *per l. apertissimi.* 16. *C. de judic.* Adi de hac concurrentia Suev. *de pac. Relig. disput.* 12. *posit.* 6. *I. P. art.* 5. §. *Praeterea.* 20. Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 27. Frider. von Heerden. *in Fundam. struct. R. Imper. part.* 3. *cap.* 5. *fol.* 271. Burgold. *de notit. Imp. R. part.* 2. *Discurs.* 20. *num.* 17. *fol. m.* 220.]

CAPUT LXXXVII.

De Jurisdictione Cameræ Imperialis in Constitutione Pacis Religionis.

1. AD *fundandam* Cameræ Imperialis *Iurisdictionem* ex causa fractæ pacis Religiosæ, requiritur, *Primò*, ut *Turbatio* ac gravamen aliquod intuitu Religionis illatum sit. Rosacorb. *in Prax. Cam. cap.* 29. *n.* 4. Otto Meland. *ad Meurer. Proceß. p.* 2. *fol.* 445. Etiamsi illud

illud vi armata factum non fuerit. R. A. *Anno* 1555. §. dargegen sollen. Rümelin. 3. *ad A. B. dissert.* 6. *Coroll.* 7. Cran. *de pac. Relig. part.* 3. *probl.* 4. *conn.* 1. [Gothofr. Suev. *de Pac. Relig. disput.* 12. *posit.* 5.] Quo etiam offensionem injuriosam refero. *per verb.* §. und damit beschwehren oder verachten. Cran. *d. tr. p.* 3. *probl.* 2. Springer. *de Pac. Relig. cap.* 14. *num.* 3. [Gail. 1. *Obs* 2. *Ubi* Grævæn. 1. *conclus.* 1.]

2. Hoc tamen observandum, quod supplicans in Camera Imperiali, pro Mandato auff den Religion-Friden/ in libello utens verbis, Papistisch/ præter libelli rejectionem, etiam pœnâ pecuniariâ puniatur; Sicuti præjudicia refert. Frider. 1. *de Process. cap.* 33. *num.* 6. Syring. *de Pac. Relig. thes.* 56. *lit.* P. [Dn. Cancell. Schuz. *dict. disput.* 4. *posit.* 17. *lit.* C. *part.* 2. Suev. *dict. disput.* 12. *posit.* 9.]

3. *Secundò*; Ut turbans & Turbatus *diversæ sint Religionis*; si enim ambo sint Augustanæ Confessionis, tunc Processus in Camera non decernuntur, super constitutionem Pacis Religiosæ, sed *fractæ Pacis publicæ*, in communi forma. Rosacorb. *pract. quæst.* 17. *m. f.* Gylman.

3. Sym-

3. *Symphor. Verb. Mandata Imper. Const.* Schuanman. *Observ. Cam.* 145. *num.* 13. [Roding. *in Pand. Camer. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 5. *lit. B.*]

4. *Tertiò* requirur, ut gravans sit Princeps aut Status Imperii, vel Nobilis immediatus. Reichs-Abschied *de Anno* 1555. §. setzen demnach. §. und in solchem Friden. Schuanman. *in Proceß. Camer. cap.* 8. Cran. *d. tr. pag.* 3. *probl.* 2. Quod si Gravans alterius Principis aut Status Imperii subditus sit, ordinarii Magistratus officium erit, vim illatam sui subditi debitis mediis coercere. *l.* 1. §. *quod.* 15. *D. de Vi & Vi.* Frider. 1. *Proceß. cap.* 29. *num.* 50. [Quo casu verum est, quod in Camera Imperiali dicitur, Principem & Statum Imperii, etiam subditorum suorum nomine, in Camera, ex Cõstitutione Pacis Religionis, agere posse. Guilielm. Roding. *in Pand. Camer. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 8. Dn. Cancell. Schuz. 2. *disput.* 1. *P.* 4. *posit.* 17. *lit. G.* [Attamen si Ordinarius officio desit, ipse Gravatus, per viam denegatę Justitię, statim in prima Instantia Cameram adire potest. *Novell.* 7. *cap.* 3. Frider, *d. l. cap.* 28. *num.* 6.]

5. Quæ-

5. Quæritur autem; *An Gravans sivè subditus sivè Status mediatus, à Gravato statim in prima instantia, præterito proximè immediato judice, in Camera Imperiali conveniri possit?* *Affirmativa* opinio majoribus votis in Camera Imperii conclusa legitur apud Schwanem. *Obs. Camer.* 146. *num* 9. Forster. *in Proceß. Cam. Tit.* 4. *Vot.* 3. Gylman. 1. *Symphor.* 1. *tit.* 3. *num.* 23. Springer. *de pac. Relig. cap.* 14. Quibus à plurimis contradictum fuit. Frid. *1. Proceß. cap.* 24. *num.* 4. Cran. *d. tr. part.* 3. Rümelin. 3. *ad A. B. dissert. Coroll.* 6.

[6. Veruntamen, *juxta hodiernum Cameræ Imperialis stylum*, in persona Actoris non observatur, ut is immediatè Imperio Romano sit subjectus. Ad Religionem enim Præsidis pertinet, ne potentiores Viri, humiliores injuria afficiant. *p. l. illicitas.* 6. §. *ne potentiores.* 2. *D. de offic. præsid.* Dn. Cancell. Schuz. *in Coll.* 1. *P. part.* 2. *disput.* 4. *posit.* 17. *lit.* C. Gotofr. Suev. *de pac. Relig. disput.* 12. *posit.* 7. Ubi tradit, quod etiam *mediatè subjecti*, in Pacem Religionis delinquentes, in prima instantia, omisso judice ordinario, in Camera Imperii conveniri possint.

[7. Ca-

[7. Cæterum hoc quoque sciendum est, quod non tantùm seculares mediati vel subditi, sed etiam *Canonici, Clerici & Monachi,* (qui aliàs *secundum Canones* à jurisdictione seculari exempti esse volunt.) Pacificationi Religionis ac Instrumento Pacis contravenientes, judidicio seculari subjiciantur, nec *à Iurisdictione Cameræ* Imperialis, sese eximere possunt. Indistinctè enim, contra mediatos, etiam Canonicos, super constitutionem Pacis Religionis, Pacis Publicæ & pignorationis, mandata in Camera decerni, tradit Springer. *de pac. Relig. cap.* 14. [Quod corroboratur *Instr. Pac. art.* 17. §. *Qui verò. ibi: sivè clerivicus sivè laicus fuerit.*] Gotofr. Suev. *eod. tr. disput.* 17. *posit.* 8.

8. Ex quibus assertis *profluit*, quod *necessum non sit*, ut ambæ partes litigantes immediatè Imperio subsint, sed Actori Gravato, mediato ac subdito, Cameram Imperialem mandata decernere, constat passim ex Gylman. *in Symphorematibus. per* Reichs-Abschied/ *de Anno* 1566. §. wir wollen auch. Springer. *d. tr. th.* 55. Instrum. Pac. *art.* 17. §. *Qui verò*

verò huic transactioni. Cran. *eod. tr. part. 3. probl. 2. in art. neg. 5.*

9. Cæterum, si subditus à proprio Magistratu, Religionis intuitu gravetur, immediatè Cameram adire potest. *arg. l. 6. §. 2. D. de off. Præs.* Frid. *1. de Process. cap. 29. num. 2.* [Per iniquum enim foret, subditis à Magistratu propter Religionem durius tractatis, auxilia juris denegare; *Axioma enim Camerale est:* Welche Obrigkeit ihre Unterthanen durch Straff oder Gefängnuß/ zu ihrer Religion zwingt/ die bricht den Religion-Friden/ Ita decisum fuisse in *causa* Ortenburg. *contra* Bayern: Drolßhagen *contra* Münster; Sicuti scribit Dn Cancell. Schuz. *dict. part. 2. Disput. 4 posit. 17. lit.* C. Cui assertioni robur addit. Instr. Pac. *art. 5. §. Quantum 12. vers. Placuit. ibi:* patienter tolerentur. *art. 17. §. Qui verò. ibi:* gravare tentaverit.]

10. Quod si subditus gravetur *à Tertiò*, tunc Actor sequitur forum Rei, ac Magistratus nomine subditi agere potest. Frider. *1. Process. cap. 28. num. 5.* Rümelin. *3. ad A. B. diss. 6. coroll. 9. Et hoc secundum tradita.* Gail. *1. Observ. 125.*

Ubi

Ubi Grævæus *conclus.125.* [Quo casu verum est, quod *Rodingius* tradit: Magistratum quandoque & suo, & subditorum nomine super Constitutione Pacis Religionis agere posse, *in Pandec. Camer. lib.1. tit.6. num.8.* Dn. Schüz. *dict. part.2. disput. 17. lit. C.*]

[11. Quæritur: *Quid si subditus gravatur à Magistratu, non tàm respectu Religionis, quàm bonorum? V. C. cum Princeps aut Status Imperij Augustanæ Confessionis, Monasteriis mediatis, exercitium Religionis adimit, eorumq; bona & reditus occupans, aliis pijs usibus addicit?* Hoc casu Processus in Camera Imperii concedendos non esse; *Augustanæ Confessioni* addicti *Assessores* Cameræ constanter & semper asseruerunt, Gylman. *2. Rer. Iudic. 59.* Roding. *4. Observ. Cam. 37.* Cran. *de pac. Relig. part. 3. probl. 2. connex. 2.* Lehman. *lib. 3. de Pac. Relig. cap. 36.* Adeò quidem, ut licitum fuerit Principibus & Statibus Imperii immediatis, bona Ecclesiastica mediata, etiam post Pacem Religiosam occupare, eaque ad alios pios usus applicare. Springer. *d. tr. cap. 9.* Cran. *d. probl. 2. conn. 2.* [Quorum ratio-

tiones refert Dn. Burgold. *part. 2. Discurs. 13. num. 1. & 2.*]

[12. Quibus tamen à Catholicis semper contradictum fuit. *Referens apud* Lehemann. *d. lib. 3. cap. 25.* Composit. *Pacis cap. 8. quæst. 55. num. 35.* Proinde hoc dubium inter gravamina Protestantium relatum, extat apud Christ. Lehemann. *d. tr. lib. 2. cap. 64. fol. 491.* Hoc tamen dubium per Instrumentum Pacis resolutum, ejusve decisio ad Statum *Annni MDCXXIV. 1. Ian.* reducta fuit. Dn. Blum. *de process. Camer. tit. 18. n. 73.* Dn. Burgold. secund. *part. 2. notit. rer. Imp. Discurs. 13. per tot.*]

13. Simile Dubium ortum adest: *An Ecclesiastici immediati, qui Status Imperij non sunt, sed in Principum ac Statuum territorio una cum bonis domicilium habent, veluti* welche dem Papst allein und keinem Bischoff unterworffen seind/ *in Constitutione Pacis Religiosæ comprehensi sint?* Nodus hic sæpiùs á Cameralibus tentatus, ast nunquam solutus fuit, cum utraque Religio suos defensores habuerit. Gylman. *2. rer. jud. cap. 59.* Cran. *d. tr. part. 3. probl. 2. Connex Inform.* apud Lehenmann.

henman. *de Pac. Relig. lib. 3. cap.* 36. Ideò & hoc dubium Collegio Imperiali reservatum fuisse, asserit Springer. *d. tr. cap. 10.*

14. [Cæterùm, fluctuantibus hisce controversiis, *Imperator Ferdinandus II.* importunis flagitationibus victus, secundum Alphonsum de Vargas *in relat. ad Reges. cap.* 38. *fol. m.* 243.] hasce & similes circa religionem concertationes, *Anno 1629.* per publicum Edictum, in favorem Catholicorum determinavit, & per sententiam, durch ein Edictalische Sentenz, celeri processu executionem suscepit. Non attentis Principum Protestantium exceptionibus; De quo exequendi modo Burgold. *in dict. tr. part. 1. discurs.* 1. *num.* 89. Ubi hæc subjicit: *Cæsar hujus causæ Decisionem ad se solum spectare, testatus, propositum tenuit, misitq; per omnes Circulos Imperii, qui rem,* [*manu militari*] *ad effectum deducerent.* Ac latè *in dict. part. 1. discurs. 14. num.* 3. Dn. & Am. m. Wagner. *Instit. hist. lib.* 7. *fol.* 583.]

[15. Veruntamen, cum per tot reiteratas contradictiones Principum & Sta-

Statuum Imperii A.C. graves hæ Civiles diſcordiæ, in exitiale bellum inteſtinum tranſierint; Tandem *Pace Oſnabruggenſi* ſuper hiſce concertationibus ita transactum eſt; Ut Principibus & aliis Evangelicis Imperii Civibus reſtituerentur, ab iisq; retinerentur omnia bona Eccleſiaſtica ſivè mediata ſivè immediata, *quæ Anno* 1624. *die* 1. *Ian.* poſſederunt; Non attentis exceptionibus, ſive ante ſive poſt transactionem Paſſavienſem aut pacem Religionis, reformata, ſivè occupata: Aut, quod non de, vel in territorio A.C. Principum & Statuum, vel exempta, vel aliis Statibus obligata fuiſſe, dicantur; Nec Status Imperii A.C. addicti, poſt hac in habita vel recuperata poſſeſſione, ullo modo turbentur, ſed ab omni perſecutione, juris & facti, perpetuò tuti ſint. *Inſtr. Pac. art.* 5. §. *Quæcunq; Monaſteria.* 9. Et hoc Inſtrumentum pacis eſt *columna Imperij*, quâ tota Imperii *ſtructura* innititur. Cujus authoritas meritò *Sacroſancta* eſſe debet, adeo ut ſi quispiam, cujuscunq; Ordinis ei contravenire præſumpſerit, *in pœnam fractæ Pacis publicæ ipſo jure & facto* incurrat. *Inſtr. Pac. art.* 16. *&* 17. Burgold. *p.* 3. *diſc.* 1, Blum. *in Pr. Cam. tit.* 28. *n.* 73. Ex-

plosa *Innocenti*; X. P. M. protestatione à P. Caramule *in Pac. licit. à Hornbeck & Dom. Conring.*

CAPUT LXXXVIII.

De Jurisdictione Ecclesiasticâ, quam Principes & Status Imperij in territoriis exercent.

I. QUoniã Jurisdictio Ecclesiastica, quam quilibet Episcopus Catholicus in sua Diocœsi exercet, in Principum & Statuum Imperii A.C. territoriis penitus suspensa est & quiescit, Eave suspẽsio repetita & confirmata existat. *in Instr. Pac. art. 5. §. 16.* Ideò vigore *hujus* suspensionis, Principes & Status Imperii Aug. Conf. [connumeratis quoq; Civitatibus Imperii] **Krafft habender Lands-Fürstl. hoher Obrigkeit**/ *Consistoria ac Iudicia Ecclesiastica constituunt*, quæ in causis Spiritualibus & ad Religionem pertinentibus tanquam Delegati ipsius territorii Domini cognoscunt & judicant. **R. A.** *de Anno* 1555. **damit auch obberührte.** Stephan. *de Iurisdict. lib. 3. part. 1. cap.* 16. Reink. *l. 3. cl. 1. d. cap.* 10. Ritter. *de homag. concl. 204.* [Dn. m. Knipschilt. *p. m. de Civit. Imper. lib. 2. cap. 3. n.* 183. latè Ernest. Gothofr. *de jur. Consistor. posit. 10.*

 & 14.

illud vi armata factum non fuerit. R. A. *Anno* 1555. §. dargegen sollen. Rümelin. 3. *ad A. B. dissert.* 6. *Coroll.* 7. Cran. *de pac. Relig. part.* 3. *probl.* 4. *conn.* 1. [Gothofr. Suev. *de Pac. Relig. disput.* 12. *posit.* 5.] Quo etiam offensionem injuriosam refero. *per verb.* §. und damit beschwehren oder verachten. Cran. *d. tr. p.* 3. *probl.* 3. Springer. *de Pac. Relig. cap.* 14. *num.* 3. [Gail. 1. *Obs*2. *Vbi* Grævæn. 1. *conclus.* 1.]

2. Hoc tamen observandum, quod supplicans in Camera Imperiali, pro Mandato auff den Religion-Friden/ in libello utens verbis, Papistisch/ præter libelli rejectionem, etiam pœnâ pecuniariâ puniatur; Sicuti præjudicia refert. Frider. 1. *de Process. cap.* 33. *num.* 6. Syring. *de Pac. Relig. thes.* 56. *lit. P.* [Dn. Cancell. Schuz. *dict. disput.* 4. *posit.* 17. *lit. C. part.* 2. Suev. *dict. disput.* 12. *posit.* 9.]

3. *Secundò*; Ut turbans & Turbatus *diversæ sint Religionis*; si enim ambo sint Augustanæ Confessionis, tunc Processus in Camera non decernuntur, super constitutionem Pacis Religiosæ, sed *fractæ Pacis publicæ*, in communi forma. Rosacorb. *pract. quæst.* 17. *m. f.* Gylman.

3. *Sym-*

3. Symphor. Verb. Mandata Imper. Const. Schuanman. *Observ. Cam. 145. num. 13.* [Roding. *in Pand. Camer. lib. 1. tit. 6. num. 5. lit. B.*]

4. *Tertiò* requitur, ut gravans sit Princeps aut Status Imperii, vel Nobilis immediatus. Reichs-Abschied *de Anno* 1555. §. setzen demnach. §. und in solchem Friden. Schuanman. *in Process. Camer. cap. 8.* Cran. *d. tr. pag. 3. probl. 2.* Quod si Gravans alterius Principis aut Status Imperii subditus sit, ordinarii Magistratus officium erit, vim illatam sui subditi debitis mediis coercere. *l. 1. §. quod.* 15. *D. de Vi & Vi.* Frider. *1. Process. cap.* 29. *num. 50.* [Quo casu verum est, quod in Camera Imperiali dicitur, Principem & Statum Imperii, etiam subditorum suorum nomine, in Camera, ex Cõstitutione Pacis Religionis, agere posse. Guilielm. Roding. *in Pand. Camer. lib.* 1. *tit. 6. num. 8.* Dn. Cancell. Schuz. *2. disput. 1. P. 4. posit.* 17. *lit. G.* [Attamen si Ordinarius officio desit, ipse Gravatus, per viam denegatę Justitię, statim in prima Instantia Cameram adire potest. *Novell. 7. cap. 3.* Frider. *d. l. cap.* 28. *num.* 6.]

5. Quæ-

5. Quæritur autem; *An Gravans sivè subditus sivè Status mediatus, à Gravato statim in prima instantia, præterito proximè immediato judice, in Camera Imperiali conveniri possit?* *Affirmativa* opinio majoribus votis in Camera Imperii conclusa legitur apud Schwanem. *Obs. Camer.* 146. *num* 9. Forster. *in Procesß. Cam. Tit.* 4. *Vot.* 3. Gylman. 1. *Symphor.* 1. *tit.* 3. *num.* 23. Springer. *de pac. Relig. cap.* 14. Quibus à plurimis contradictum fuit. Frid. 1. *Procesß. cap.* 24. *num.* 4. Cran. *d. tr. part.* 3. Rümelin. 3. *ad A. B. dissert. Coroll.* 6.

[6. Veruntamen, *juxta hodiernum Cameræ Imperialis stylum*, in persona Actoris non observatur, ut is immediatè Imperio Romano sit subjectus. Ad Religionem enim Præsidis pertinet, ne potentiores Viri, humiliores injuria afficiant. *p. l. illicitas.* 6. §. *ne potentiores.* 2. *D. de offic. præsid.* Dn. Cancell. Schuz. *in Coll.* 1. *P. part.* 2. *disput.* 4. *posit.* 17. *lit.* C. Gotofr. Suev. *de pac. Relig. disput.* 12. *posit.* 7. Ubi tradit, quod etiam *mediatè subjecti*, in Pacem Religionis delinquentes, in prima instantia, omisso judice ordinario, in Camera Imperii conveniri possint.

[7. Cæ-

[7. Cæterum hoc quoque ſciendum eſt, quod non tantùm ſeculares mediati vel ſubditi, ſed etiam *Canonici, Clerici & Monachi,* (qui aliàs *ſecundum Canones* à jurisdictione ſeculari exempti eſſe volunt.) Pacificationi Religionis ac Inſtrumento Pacis contravenientes, judicio ſeculari ſubjiciantur, nec *à Iurisdictione Cameræ* Imperialis, ſeſe eximere poſſunt. Indiſtinctè enim, contra mediatos, etiam Canonicos, ſuper conſtitutionem Pacis Religionis, Pacis Publicæ & pignorationis, mandata in Camera decerni, tradit Springer. *de pac. Relig. cap.* 14. [Quod corroboratur *Inſtr. Pac. art.* 17. §. *Qui verò. ibi: ſivè clericus ſivè laicus fuerit.*] Gotofr. Suev. *eod. tr. diſput.* 17. *poſit.* 8.

8. Ex quibus aſſertis *profluit*, quod *neceſſum non ſit*, ut ambæ partes litigantes immediatè Imperio ſubſint, ſed Actori Gravato, mediato ac ſubdito, Cameram Imperialem mandata decernere, conſtat paſſim ex Gylman. *in Symphorematibus. per* Reichs-Abſchied/ *de Anno* 1566. §. wir wollen auch. Springer. *d. tr. th.* 55. Inſtrum. Pac. *art.* 17. §. *Qui verò*

verò huic transactioni. Cran. *eod. tr. part.* 3. *probl.* 2. *in art. neg.* 5.

9. Cæterum, si subditus à proprio Magistratu, Religionis intuitu gravetur, immediatè Cameram adire potest. *arg. l.* 6. §. 2. *D. de off. Præs.* Frid. *1. de Process. cap.* 29. *num.* 2. [Per iniquum enim foret, subditis à Magistratu propter Religionem durius tractatis, auxilia juris denegare; *Axioma enim Camerale est*: Welche Obrigkeit ihre Unterthanen durch Straff oder Gefängnuß/ zu ihrer Religion zwingt/ die bricht den Religion-Friden/ Ita decisum fuisse in *causa* Ortenburg. *contra* Bayern: Drolshagen *contra* Münster; Sicuti scribit Dn. Cancell. Schuz. *dict. part.* 2. *Disput.* 4 *posit.* 17. *lit.* C. Cui assertioni robur addit. Instr. Pac. *art.* 5. §. *Quantum* 12. *vers. Placuit. ibi:* patienter tolerentur. *art.* 17. §. *Qui verò. ibi:* gravare tentaverit.]

10. Quod si subditus gravetur *à Tertiò*, tunc Actor sequitur forum Rei, ac Magistratus nomine subditi agere potest. Frider. *1. Process. cap.* 28. *num.* 5. Rümelin. *3. ad A. B. diss.* 6. *coroll.* 9. *Et hoc secundum tradita*. Gail. *1. Observ.* 125.

Ubi

Ubi Grævæus *conclus.125.* [Quo casu verum est, quod *Rodingius* tradit: Magistratum quandoque & suo, & subditorum nomine super Constitutione Pacis Religionis agere posse, *in Pandec. Camer. lib.*1. *tit.6.num.8.* Dn. Schüz. *dict. part.2. disput.* 17. *lit. C.*]

[11. Quæritur: *Quid si subditus gravatur à Magistratu, non tàm respectu Religionis, quàm bonorum? V. C. cum Princeps aut Status Imperij Augustanæ Confessionis, Monasteriis mediatis, exercitium Religionis adimit, eorumq; bona & reditus occupans, aliis pijs usibus addicit?* Hoc casu Processus in Camera Imperii concedendos non esse; *Augustanæ Confessioni* addicti *Assessores* Cameræ constanter & semper asseruerunt, Gylman. *2. Rer. Iudic.* 59. Roding. *4. Observ. Cam.* 37. Cran. *de pac. Relig. part.* 3. *probl.* 2. *connex.* 2. Leheman. *lib.* 3. *de Pac. Relig. cap.* 36. Adeò quidem, ut licitum fuerit Principibus & Statibus Imperii immediatis, bona Ecclesiastica mediata, etiam post Pacem Religiosam occupare, eaque ad alios pios usus applicare. Springer. *d. tr. cap.* 9. Cran. *d. probl.* 2. *conn.* 2. [Quorum ra-

tiones refert Dn. Burgold. *part. 2. Discurs. 13. num. 1. & 2.*]

[12. Quibus tamen à Catholicis semper contradictum fuit. *Referens apud* Lehemann. *d. lib. 3. cap. 25.* Composit. *Pacis cap. 8. quæst. 55. num. 35.* Proinde hoc dubium inter gravamina Protestantium relatum, extat apud Christ. Lehemann. *d. tr. lib. 2. cap. 64. fol. 491.* Hoc tamen dubium per Instrumentum Pacis resolutum, ejusve decisio ad Statum *Annni MDCXXIV. 1. Ian.* reducta fuit. Dn. Blum. *de process. Camer. tit. 18. n. 73.* Dn. Burgold. secund. *part. 2. notit. rer. Imp. Discurs. 13. per tot.*]

13. Simile Dubium ortum adest: *An Ecclesiastici immediati, qui Status Imperij non sunt, sed in Principum ac Statuum territorio una cum bonis domicilium habent, veluti* **welche dem Papst allein und keinem Bischoff unterworffen seind/** *in Constitutione Pacis Religiosæ comprehensi sint?* Nodus hic sæpiùs á Cameralibus tentatus, ast nunquam solutus fuit, cum utraque Religio suos defensores habuerit. Gylman. *2. rer. jud. cap. 59.* Cran. *d. tr. part. 3. probl. 2. Connex Inform.* apud Lehenmann.

henman. *de Pac. Relig. lib. 3. cap.* 36. Ideò & hoc dubium Collegio Imperiali reservatum fuisse, asserit Springer. *d. tr. cap.* 10.

14. [Cæterùm, fluctuantibus hisce controversiis, *Imperator Ferdinandus II.* importunis flagitationibus victus, secundum Alphonsum de Vargas *in relat. ad Reges. cap.* 38. *fol. m.* 243.] hasce & similes circa religionem concertationes, *Anno* 1629. per publicum Edictum, in favorem Catholicorum determinavit, & per sententiam, durch ein Edictalische Sentenz, celeri processu executionem suscepit. Non attentis Principum Protestantium exceptionibus; De quo exequendi modo Burgold. *in dict. tr. part. 1. discurs.* 1. *num.* 89. Ubi hæc subjicit: *Cæsar hujus causæ Decisionem ad se solum spectare, testatus, propositum tenuit, misitq; per omnes Circulos Imperii, qui rem,* [*manu militari*] *ad effectum deducerent.* Ac latè *in dict. part. 1. discurs. 14. num.* 3. Dn. & Am. m. Wagner. *Instit. hist. lib.* 7. *fol.* 583.]

[15. Veruntamen, cum per tot reiteratas contradictiones Principum & Sta-

Statuum Imperii A. C. graves hæ Civiles diſcordiæ, in exitiale bellum inteſtinum tranſierint; Tandem *Pace Oſnabruggenſi* ſuper hiſce concertationibus ita transactum eſt; Ut Principibus & aliis Evangelicis Imperii Civibus reſtituerentur, ab iisq; retinerentur omnia bona Eccleſiaſtica ſivè mediata ſivè immediata, *quæ Anno* 1624. *die* 1. *Ian.* poſſederunt; Non attentis exceptionibus, ſive ante ſive poſt transactionem Paſſavienſem aut pacem Religionis, reformata, ſivè occupata: Aut, quod non de, vel in territorio A. C. Principum & Statuum, vel exempta, vel aliis Statibus obligata fuiſſe, dicantur; Nec Status Imperii A. C. addicti, poſt hac in habita vel recuperata poſſeſſione, ullo modo turbentur, ſed ab omni perſecutione, juris & facti, perpetuò tuti ſint. *Inſtr. Pac. art.* 5. §. *Quæcunq; Monaſteria.* 9. Et hoc Inſtrumentum pacis eſt *columna Imperij*, quâ tota Imperii *ſtructura* innititur. Cujus authoritas meritò *Sacroſancta* eſſe debet, adeo ut ſi quispiam, cujuscunq; Ordinis ei contravenire præſumpſerit, *in pœnam fractæ Pacis publicæ ipſo jure & facto* incurrat. *Inſtr. Pac. art.* 16. *&* 17. Burgold. *p.* 3. *diſc.* 1. Blum. *in Pr. Cam. tit.* 28. *n.* 73. Ex-

plosa *Innocenti*; X. P. M. protestatione à P. Caramule *in Pac. licit. à Hornbeck & Dom. Conring.*

CAPUT LXXXVIII.

De Jurisdictione Ecclesiasticâ, quam Principes & Status Imperii in territoriis exercent.

I. QUoniã Jurisdictio Ecclesiastica, quam quilibet Episcopus Catholicus in sua Diocœsi exercet, in Principum & Statuum Imperii A. C. territoriis penitus suspensa est & quiescit, Eave suspẽsio repetita & confirmata existat. *in Instr. Pac. art. 5. §. 16.* Ideò vigore *hujus* suspensionis, Principes & Status Imperii Aug. Conf. [connumeratis quoq; Civitatibus Imperii] **Krafft habender Lands-Fürstl. hoher Obrigkeit** / *Consistoria ac Iudicia Ecclesiastica constituunt*, quæ in causis Spiritualibus & ad Religionem pertinentibus tanquam Delegati ipsius territorii Domini cognoscunt & judicant. **R. A.** *de Anno* 1555. **damit auch obberührte.** Stephan. *de Iurisdict. lib. 3. part. 1. cap.* 16. Reink. *l. 3. cl. 1. d. cap.* 10. Ritter. *de homag. concl. 204.* [Dn. m. Knipschilt. *p. m. de Civit. Imper. lib. 2. cap. 3. n.* 183. latè Ernest. Gothofr. *de jur. Consistor. posit. 10.*

& 26. apud Dn. Fritsch. E.I.P. 8. Qui hoc jus constituendi Consistoria, ex antiquitate Christiana Ecclesiæ orientalis deducit, *posit. 35.* Ac præjudicia Cameralia adducit *posit. 40.* Vide Dn. Reinking. *in Polit. Sacra lib. 1. axiom. 45.*]

2. Hæc Consistoria *ex Prudentibus Ecclesiasticis, ac pijs Politicis* constituuntur, & quidem meritò. Cypræus *de Sponsal. cap. 14. §. ult. num. 9.* Zanger. *de excomm. p. 21.* Bertram. *de Comit. apud Arum. thes. 68.* Weber. *de Iur. Consistor.* Quod gravem *rationem* habet, præsertim, cum in Consistoriis tractentur quoq; causæ, quæ sunt mixti fori [scilicet, quæ religionis exercitium, ministrorum examinationem, eorumque mores & vitam concernunt. Reink. *dict. cap.* 10. [Ummius *in Proceß. disp.* 4. *thes.* 13. *n.* 24. Vide Gothofred. *dict. dissert.* 8. *posit.* 57. *& seqq.* Dn. Burgold. *part. 2. Discurs.* 15. *num.* 1. *fol. m. 127.*]

3. Prout, nec *Venetorum* Respublica, liberam judicandi potestatem in causis Ecclesiasticis Inquisitioni concedit, sed Ei simul *duos Nobiles Senatores* adjungit, quibus inconsultis, Inquisitores nihil con-

concludere audent. [Vide Cævallos *in præfat. Comm. contr. comm. tom. 4.* Joseph. Sesse. *in præfat. decis. Aragon.* Besold. *de jur. Majest. sect. 2. cap. 2. & 3.*]

4. Cæterum in Consistorio Ducali Princeps territorii prora & puppis existit; ideò huic Judicio *Præsidem politicum* proponit, quam *Directorem* vocamus, eo quod cuncta negotia nomine Principis authoritate Principali regat & dirigat. Dn. Relvens. *tr. de Summ. Pr. Germ. pot. cap. 5. fol. 73.* Tractat autem Consistorium propriè causas merè Spirituales, ac quæ exindè dependent; ut *Ministros* Ecclesiæ vocare, eosque ex causa deponere; de *Blasphemia*, ac *hæresi* judicare; de *ritibus ac ceremoniis* Ecclesiæ statuere; In causis etiam *matrimonialibus* cognoscere, ac *in gradibus prohibitis* dispensare. Cran. *de Pac. Relig. p. 3. probl. 7.* Arnis. *de Iur. Majest. lib. 2. cap. 7. n. 10.* Springer. *de Pac. Relig. cap. 6.* Lehenmann. *de Pac. Relig. lib. 3. cap. 20.* Schepliz. *ad Cons. Brand. p. 1. tit. 1. §. 19.* [Vide omninò Dn. Knipschilt. *dict. cap. 3. num. 194. & seqq.* Gothofred. *dict. dissert. 8. posit. 60.*]

5. Quæritur autem: *An Ministri ac Sacerdotes Augustanæ Confessionis, adhuc habeant excommunicandi potestatem?* Affirmat hoc Kirchov. *consil. 5. per tot. vol. 1. fac.* Arnis. *2. de Iur. Majest. cap. 6. num. 6.* Chemnit. *in Exam. Conc. Trid. p. 4. Tit. de Indulgent. cap. 3. arg. 2.* Bucan. *Institut. Theolog. Loc. 44. Q. 22.* Meichs. *de legib. lib. 4. sect. 2. q. 3.* Modò id fiat cum causæ cognitione Territorii Domini; Sicuti hoc tradit Ziegl. §. Landsasse. *num. 185.* Siquidem Principes & Status Imperii hodiè jura Episcopalia in territoriis suis exercent. Reink. *3. cl. 2. cap. 2. num. 31.* Bert. apud Arum. *de Iur. Majest. cap. 3. concl. 38.* [Ideò excommunicationem ab Ecclesiasticis A. C. sine cognitione & decreto Magistratus Politici, fieri nec debere nec posse, tradit Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 3. num. 240. & seqq.*]

6. Eâdem ratione Principes & Status Imperii, Jurisdictionem in *Ecclesiasticos* exercent, eos judicant, ac pœnis condignis coercent, qui etiam legibus civilibus ac Statutis locorum parere tenentur. *arg. Rom.* 13. *l. repetita.* 41. *C. de Episc. & Cler. Novell.* 123. *c. magnam.* 28.

caus.

cauſ. 12. q. 1. [Beſold. *de jur. majeſt. Eccleſ. cap. 2. & 3.* Gothofr. Suev. *de pac. Relig. diſp. 4. poſit. 3. & 9.*] Et quidem meritò; Omnis enim anima poteſtati civili ſubdita eſſe jubetur: quod jàm olim benè animadvertit antiquus Doctor Petr. de Ferrariis *in Prax. Tit. act. Confeſſ. 30. gl. 7. n. 1.* Petr. Molinæus, *de Monarch. cap 18.* Arniſ. *de ſubject. Cler. c. 3. & 4.* Reink. *3. cl.* 1. *cap.* 1. *n. 32.* [Dn. Knipſchilt. *dict. cap. 3. n.* 234. latè Gothofred. *dict. diſſert. 8. poſit. 63.*] *Ord. Eccleſ. VVürt. fol.* 178. *ibi:* **Verkleinerung.**

7. Laudabili tamen Patriæ Statuto proviſum eſt in Ordinatione Eccleſiaſtica, ne Miniſtri Eccleſiaſtici aliud forum, præter coram *Decano*, (quem *Specialem Superattendentem* vocamus) ſinè Conſiſtorii conſenſu habeant, [Quâ ordinatione, authoritatis intereſſe, *ait Dn. Conringius*, verſatur, quæ meritò debet competere Sacrorum miniſtris, *ne* ſint ſubjecti cuilibet judicio ſeculari; id eoq; omninò in qualibet Civitate, ita ſunt conſtituenda Judicia, ſaltem de perſonis ſacris, ut autoritati illis ſit conſultum. Conring. *ad Lampad. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 40. Vide Dn. Burgold. *dict.*

tr. part. 2. discurs. 15. num. 1. fol. m. 127.] Quæ fori exemptio etiam in Saxonia observari, testatur Leipold. *de concurr. jurisdict. Q.* 20.

[8. Hoc insuper notandum; quod in Ecclesiis Imperii A. C. & Reform. relig. nomen *Episcopi* ferè desierit, & in locum ejus, nomen *Superintendentis* successit. Quod vocabulum jam *Augustini* temporibus notum fuisse, constat *ex lib.* 19. *de civitat. Dei. cap.* 19. Ubi ait: *Verbum Episcopi, græcum est, & inde deductum vocabulum hoc, quod ille, qui præficitur, eis, quibus præficitur,* Superintendit: *Episcopum, si velimus, latinè, superintendere possumus dicere.* Ludov. Vives *in notis ad dict. cap.* 19. *lit. A.* In Ducatu *Brunsuicensi & VVürtenbergico*, Superintendentes, alii sunt *Generales*, alii *Speciales*: Priores *Archiepiscopis*, posteriores *Episcopis* quodammodo assimilare possum⁹. Dn. Burgold. secund. *dict. tr. part.* 1. *discurs*, 20. *num.* 6. Quæ tamen tituli divisio non placet Dn. Relsens. *de Princip. Germ. cap.* 5. Episcopi autem, *nomen, est titulus sollicitudinis & curæ. act.* 20. *Attendite*, scribit Apostolus, *vobis & universo gregi, in quo S.*

Sanctus

Sanctus posuit Vos Episcopos, regere Ecclesiam, quam acquisivit suo sanguine. Vide Leonh. Coque. *ad dict. cap. 19. lit. n. verb. Græcum.*]

9. Veruntamen Quæritur; *An Princeps aliusvè Status Imperii, Religioni Catholicæ addictus, in delictis gravioribus contra Clericos inquirere, eosvè legitimis pœnis afficere possit?* Hoc dubium acriter ante quinquagenta annos inter *Paulum V. P. M.* & Rempublicam *Venetam* disputatum fuit. Ac pro *Rep. Veneta* plurimi tàm Theologi quàm Jure-consulti Catholici, *affirmativè* responderunt; Ea potissimùm ratione. Quod hanc judicandi potestatem ex singulari privilegio Pontificum obtinuerint. *Vide* Acta & Consid. *super Censuram Pauli V. Peregrinum, Ortelium & Scaynum in respons. fol. m. 182. 205. ac 241.*]

10. Ast huic privilegio, licet immemoriali, Pontificem derogare posse. *arg. l. judicium. D. de judic.* latè deducere conatur Ambrosin. *tr. de immunit. Eccles. c. 28. num. 10. & seqq.* Cui consentit Lel. Baglione *in Apolog. pro Paulo V. P. M.* [Joan. Drezzan. *in respons. ad Libell. pro Venet.*

Venet. per tot.] Quibus tamen acriter contradicunt Peregrin. & alii *in Act. Venet. contra Paulum. V.* [Adde Arnisæ. *de exempt. clericor. cap. 3. per tot.*] Sanè in Imperio Rom. German. hac in Quæstione Jus Canonicum observari, in terminis tradit Nicol. Everhard. Jun. *consil. 67. quæst. 1. 2. & 3. vol. 1.*

11. Cæterum ex supra dicta *suspensione* Juris Episcopalis Principes & Status Imperii, Provisionem, administrationem, ac defensionem *Bonorum Ecclesiæ*, habent; scil. Cœnobiorum, decimarum, Hospitaliorum, aliorumque redituum. Quæ pro ratione temporis ad alios non minus pios usus transferre possunt & debent. *Constit. P. R. in* R. A. *de Anno* 1555. §. als auch dann. Schurff. *cons.* 48. *cent. 1.* Wesemb. *cons.* 37. Cothman. *cons. 100. volum. 2.* Klock. *de Contrib. cap.* 10 *sect. 1. num.* 103. [latè Anton. Faber. *de relig. regend. lib. 2. cap. 7. num* 20. *Vbi Dn. Fritsch.* Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib. 5. cap. 8. num. 9.*]

[12. Bonorum autem Ecclesiasticorũ *Dispensatio* à Principibus & Statibus Imperii ita fieri debet, *Primò*, ut *Ministri Ecclesiæ*

clesiæ exinde sustentationem legitimam & debita salaria percipiant, *Secundò*, ut *Scholarum* institutio & cura, utpote, quæ sunt veræ pietatis seminaria, ex hisce reditibus debitè habeatur; vocatis ad has partes, Præceptoribus & moderatoribus solidâ artium scientiâ eruditis. *Tertiò*, ut exinde *Pauperum* necessitatibus subveniatur, qui quotidianis indigent subsidiis. *Quartò*, ut reditus Ecclesiastici, fabricis, id est, Ecclesiis reparandis, aliisve piis domibus ædificandis applicentur. *Vide cap. Vulturanæ. 25. cap. quatuor. 27. cum seqq. caus. 22. Q. 2.* Anton. Faber. *de Relig. regend. lib. 2. cap. 7. num. 4. 15. & seqq. Ubi* Dn. Fritsch. *in notis* Dn. m. Theod. Thum. *P.P. T. de bon. Eccles. Quæst. 5. per tot.* Dn. Brusch. *de bon. Eccles. part. 2. §. 5.* Burgold. *part. 2. dissert. 9. num. 13. & 14.* Varia *Exempla* heroica in dispensandis bonis Ecclesiasticis, ad æquè pios usus Procerum Imperii aliorumve Magnatum recenset. Dn: Hornbeck. *in tr. contr. Bull. Innocent. X. fol. m. 89.*]

[13. Proinde piè sanè *Divus Christophorus Dux VVürtenbergiæ p. m.* meritò

Pater

Pater Patriæ appellatus, in ordinatione Ecclesiasticâ seriò mandavit, ne reditus Ecclesiastici aliter, quàm ad hasce necessitates expendantur. *Ord. Eccles. Duc. WWürtenb. in rescript. prælim. ibi.* **sondern allein.** *fol. m. 4.* Verè igitur scripsit *Dn. Burgoldus*; Quod omnes reditus Cœnobiorum *in Ducatu WWürtembergico* ad pias causas in hunc usque diem convertantur. *in tr. de notit Imper. R. part. 2. dissert. 9. num.* 14. *fol. m. 80.* Ac quod nullibi in in Germaniæ partibus, bona Ecclesiastica tàm benè, quám in patriâ Ducatus Würtenbergiæ impendantur, tradit *Dn. Relsens in tr. de Princip. Imp. potest. cap.* II.

[B.13. Hoc sanè certè attestari possum, quod ex reditibus Ecclesiasticis (quorum administratio, penes Cameram Ecclesiasticam existit, ejusque Consiliariis commissa est,) non tantùm *trecenti*, & quod excedit, studiosi adolescentes bonæ indolis, quotidiè certis horis, Doctis Præceptorib⁹ erudiantur, & in sacris informentur, exindeque unicè ad munera Ecclesiastica subeunda Victum & amictum percipiant, sed insuper *mille ferè familiæ* personarum Ecclesiasticarum,

con-

connumeratis quoquè Inſpectoribus, moderatoribus, redituum adminiſtris, ſuſtentationem habeant legitimã. Prçter impenſas fabricarum, eleemoſinas, & ſubſidia patriæ, ex antiquis compactatis pro parte debitâ conferendâ, ut in fine anni fere nil ſuperſit. Quod pluribus ſatis abeundè demonſtrari poſſet, contra *malevolos & invidos* obtrectatores, qui hos reditus ad profanos uſus adhiberi autumant, aut deblatterant.]

14. His jam dictis conſequens eſt, ſi ex bonis Eccleſiaſticis ſuſtentari antea ſoliti ſunt Miniſtri Eccleſiæ, aut Scholarum, idem onus etiam Poſſeſſoribus meritò incumbere. *per d.* §. **alsdann auch**. Spring. *de Pac. Relig. c. 9.* Gylman. *1. Symphor. 1. tit. 3. ſupplic. 7.* [Ideò ex reditibus Eccleſiaſticis, Dominus territorii, ſicut olim, ita hodie adhuc dum, Sacerdotibus & Miniſtris Eccleſiæ ſua ſalaria, Scholis debita ſtipendia, *non attentâ Religionis diverſitate*, exſolvere debet. R. A. *de Anno* 1555. §. **So ſoll doch**. Dn. Suevus *de Pac. Religion. diſput. 9. poſit. 7.*]

15. Bona autem Eccleſiaſtica, Sacris uſibus deſtinata, deficiente uſu, in quem data

data fuerunt, in formam *patrimonialium* redigi, minimè possunt. *l. inter. 93. §. Sacram. 5. D. de Verb. Obl. l. 30. §. 1. de adquir. poss.* Schurff. apud Kirchov. *consf.* 31. *vol. 2.* Cothman. *d. consf. 100.* Rümelin. *3. ad A. B. dissert. 3. coroll.* 3. Petræus apud Leheman. *de Pac. Relig. lib. 2. cap. 34.* [Quam assertionem hoc axiomate exprimit Dn. Buschius: *Bona & possessiones, quæ olim à piis Christianis ex singulari devotione, ad Sacros & pios Usus, dedicata & donata sunt, ea in privatos & profanos usus non sunt convertenda.* Busch. *dict. part. 2. §. 4.* Unde sine dubio vetustum proverbium ortum est: **Kirchen-Gut hat eyserne Zähn/ es frißt eines mit dem andern hin; und bringt dem dritten Erben kein Gewinn.** Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 83. num.* 12. Qua de causâ Divus *Christophorus Dux VVürt.* seriò contestatus est, se nolle quidpiam redituum Ecclesiasticorum, in privatam utilitatem Cameræ, convertere. *Ord. Eccl. in rescript. primodial. ibi:* **Uns zu eigenem Vortheil nicht einzuzihen.** *fol. 4.*]

16. Etiamsi bona ista *ad superstitiosum cultum* destinata fuerunt; Siquidem iniquum est, legata cedere lucro territorii

torii Domino contra voluntatem testatoris. Sed potiùs in meliorem pium usum converti debent. *Nov. 37. l. legatum. 16. D. de Usufr. legat.* Wesenb. *consf. 37. num.* 8. Hortled. in Reichs-Handlungen. *lib. 4. cap. 7. num. 10.* Cran. *de Pac. Relig. part.* 1. *probl.* 5. [Dn. D. Thum. *de bon. Eccles. Quæst. 7.* Quod pro & contra latissimè deducit M. Busch. *de bon. Eccles. part. 2. §. 7. & seqq.* Ubi Distinguit inter destinatum Usum impium, & Usum superstitiosum. *per l. omnia. 5. C. de pagan.* Rudolph. Heiden. *de superior. Princip. posit. 48.* apud Dn. Fritsch. *in E. I. P. disp. 10. part. 1.*]

17. Limitatur præfata assertio; Nisi justa aliqua vel gravis causa & urgens Reipublicæ necessitas aliquando contrarium suadeat; Aut Pax Imperii publica aliud exigat. Dn. Lans. *tr. de Relig. cur. fol.* 70. Frider. *lib. 3. Process. cap. 18. num. 51.* Reink. 3. *cl. 1. cap. 3.* [Unde optimè scribit Hugo de S. Victoria. *Nunquam possessiones à Regia potestate ita elongari possunt, quin si ratio postulaverit, & necessitas, & illis ipsa potestas debeat patrocinium, & illi, ipsæ possessiones debeant in*

necessitate obsequium. Hug. de S. Victor. *lib. 2. sacr. fid. part. 2. cap. 7.* Dn. Fritsch. *de necessit. conclus. 5. §. 5.* Abbas Caramuel. *de Pac. licit. German. Rat. 7. fol. m. 146.* Quicquid cum suis Fabiis & Ernestis dixerit P. Innocentius X. in sua Bulla; Cui satisfecit *Dn. Hornbeck. Dorschæ. Conring. & Dn. VVagner.* Dn. Rothmahler. *de secularisat. bon. Eccles. cap. 4. per tot.* qui exempla adducit *cap. 7.*].

18. *In Marchia Brandenburgica* singulari constitutione *Fiscali* injungitur, ut circa alienationes bonorum Ecclesiasticorum invigilet & eas impediat. Scheplitz *ad Consuet. Brand. p 1. tit. 1. §. 13.*

[19. Gloriosa & valdè pia existit constitutio *Divi Christophori*, Ducis Würtenb. quâ perpetuò & irrevocabiliter & quidem sub juramento Præsidi Ducali ac Consiliariis Ecclesiasticis mandat, ut invigilent, ne quidpiam bonorum vel redituum Ecclesiasticorum alienetur, aut in profanos usus convertatur. *Ord. Eccl. VVürt. Tit.* **wie und wavon.** *ibi:* **unsere Lands-Hofmeister und Kirchen-Räthen/ bey ihren Pflichten.** *fol. m. 415.*]

20. Dubium autem hoc loco oritur; *An*

tur; *An non aliquando Domino territorij jus & fas sit, ingruente necessitate publica, aliquid ex reditibus Ecclesiasticis pro Republica insumere?* Hoc utique *asserimus*; modo omnium primò, ordinariis oneribus fuerit prospectum; Ecclesia enim non habet aurum, tam ut servet, quàm ut ad conservanda fidelia Christi membra eroget; Cùm in Reipublicæ salute, Ecclesiæ quoque salus contineatur. Exempla V. T. nobis exhibet Rex Joas. *2. Reg.* 12. *vers.* 17. Rex Ezechias. 2. *Reg.* 18. *vers.* 14. Anton. Faber. *de Relig. regend. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. *Vbi* Dn. Fritsch. in addit. Dn. Busch. *de bon. Eccles. part.* 2. §. 5. *fol. m.* 311. Ita in Compactatis Ducatûs Würtembergici ordinatum est, **daß was über der Unterhaltung Kirchen und Schulen bevor seyn wird/ solle zu Ablösung der wachenden Schulden und Gülten: und wann das Land geledigt/ zu Trost/ und nothwendigem Schutz und Schirm der Land und Leuth auffgehalten und verwendet werden. L. A.** *de Anno* 1565. & 1566.

21. Sed maximè dubitatur; *An Princeps aut Status Imperij Catholicus Statuto prohibere possit, ne bona immobilia per subditos*

ditos in personas Ecclesiastcas alienari possint? Ac pro *Republica Veneta* in terminis, non obstante Censura *Pauli V. P. M.* responderunt gravissimi Viri tàm *Theologi* quàm *Iuris periti.* Nam cum quilibet possit imponere legem rei suæ, ne transeat in Ecclesiam. *arg. l. si ita quis. 135. §. ea lege. cum Gloss. D. de Verb. oblig.* Hoc utique Principi licebit. Cum non minor authoritas esse debeat statuendi de suis bonis Principis ipsius quam privati. *l. non solum C. de nov. oper. nunc. l. non impossibile. D. de pact.* Ita Peregrinus, Otthelius & Scaynus *in responsis pro Republ. Veneta. fol. 167. & seqq.* Aldran. Mascard. *de Statut. conclus. 1. num.* 140. Ac talia Statuta vigere in *Gallia, Lombardia*, aliisvè in Provinciis testatur ibidem Scaynus *fol.* 129. Vide *Consider. & scripta super Censuram Pauli V. P. M. passim.* [Talia statuta in Imperio quoque Rom. Germ. passim, imprimis *in Ducatu Iuliacensi* vigere, ne subditi Ecclesiasticis, bona immobilia vendant, eaquè in Camera Imperii approbata esse, tradit Klock. *de contribut. cap. 12. n. 89.* Simile statutum in Civitate *Coloniensi & Eslingensi* existere, asserit

asserit Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib. 2. cap. 10. num. 54.*] Dissentit Zabarell. *consil. 114. num. 5. & alij.* Ottav. de Franceschi *in Ducent. Calumn. contra Marsil. Patav.* Petra *de absolut. potest. cap. 4. part. de Stat. valid. 2. num. 25.*

22. Quamvis autem Jurisdictio Ecclesiastica quoad Principes & Status Imperii Aug. Conf. per Pacem Religionis suspensa sit; Permansit tamen semper salvum & illæsum in Imperio *Ius Patronatûs*, quo jus illud habens, Ministrum Ecclesię nominare ac præsentare potest, etiam in Catholicæ Religionis Ecclesiis & vice versa.] Instrum. Pac. *art. 5. §. Quantum. 12. ibi: Ius Patronatus.* Stephan. *de jurisdict. lib. 3. p. 1. cap. 17.* Reink. *3. cl. 1. cap. 9.* Mager. *de Advoc. arm.* Weber. *tr. de Consistor.* [latè Anton. Faber. *de relig. regend. lib. 3. cap. 1. per tot. cap. 1. num. 6.*

23. Quæritur autem: *Si Patronus Catholicæ sit Religionis, Territorii verò Dominus Iura Episcopalia habens, Augustanæ Confessionis, An Ministrum Catholicæ Religioni addictum præsentare possit, eumq; Dominus territorii recipere teneatur?* Præsen-

tatum Domini territ: Religionem confiteri debere, rationibus & ex stylo practico tradunt Viri Prudentes; Quoniam Patronus præsentare debet idoneum; Idoneus autem is dicitur, qui censuram Episcopi, vel ejus, qui Jus Episcopale habet, sustinere potest. [*per cap. quod autem. 5. cap. illud. 8. X. de jur. patron. Novell. 123. cap. 1 & 12. R. I. de Anno* 1555. §. damit auch. 7.] Springer. *de Pac. Relig. cap.* 11. Cran. *de P. R. part.* 1. *problem.* 9. Reink. 3. *cl.* 1. *cap.* 9. *num.* 22. [latè Finckelthaus. *de jur. patron. cap.* 6. *num.* 73. *& seq.*] Præjudicia habet Gylman. 1. *Symphor.* 1. *tit.* 3. *vot.* 12. *pag.* 257. Dissentit Dillingens: *in Compos. Pac. cap.* 6. *Q.* 32. *n.* 16.

24. Claudit hoc caput aliud dubium; *An Princeps aut alius Imperii Status Catholicæ Religioni addictus, prohibere possit, ne quispiam Ecclesias aut Monasteria, sinè ejusdem consensu & licentia ædificare possit?* Ac pro *Republica Veneta* pronunciarunt *Viri Doctissimi.* Est enim Princeps, territorii sui Dominus, ac in eo jurisdictionem statuendi habet. *arg. l. extra. f. D. de Jurisd.* Proinde eam exercendo circa bona temporalia nihil contra personas Ecclesiasticas earumvè liber-

tatem

tatem attentare censetur. Nec dicitur Princeps sese immiscere rebus Ecclesiasticis, sed tantummodo cavere, sibiq; ipsi consulere, ne cum detrimento Status sui, ejusmodi ædificia erigantur. Ita Peregrinus, Orthelius & Scayn⁹ *pro Republ. Veneta responderunt.* [Unde in simili dicimus, quod nec diruta civitatis mœnia nisi auctore Principe, restaurari queant. Rebuf. *ad l. restaurationi. 3. C. divers. præd. l. 11.* Ren. Choppin. *de doman. lib. 3. tit. 29. n. 24.*] *Dict. Act. Venet. part. 179. 202. & 237.* Quo facit Ruinus *consil. 39. n. 16. lib. 1.* Cephal. *consil. 13. n. 40.* Vid. Fr. Paul. *Consider. sup. Cens. Port. Pauli V.* Ac Tract. sept. Theol. *de hoc interdicto Pauli V. contra Rempub. Venet.*

Caput LXXXIX.

De Effectu Jurisdictionis Territorialis.

I. H*Isce actibus* hucusq; enarratis, jus superioritatis ejusque possessio vel quasi, *exercetur & explicatur*; Qui etiam superioritatis jura probant, veluti *effectus causam.* Kirchov. *cons. 8. num. 28. vol. 5.* Knich. *de jur. territ. cap. 3. n. 200.* Possessionemque vel quasi manifestò demonstrant. Menoch. *cons. 725.*

 num. 10.

num. 10. Alb. Brun. *conf.* 34. *num.* 14. Michael. *de Iurisd. concl.* 59. [Omni modò namq; jurisdictio superior, suo ambitu, complectitur omnem quamcunq; notionem, & executionem, merum & mixtum Imperium, seu, ut hodiernis temporibus dicimus, altam & bassam jurisdictionem. Coppen. *decis.* 42. *num.* 10. Freyer. *de superior. territ. posit.* 10. *Disput. Basil. vel. nov.*]

2. Cæterum hujus jurisdictionis Territorialis *Effectus* [consistit in universali jurisdictione radicata in territorio, & universali subjectione omnium de territorio. Gylman. 1. *decis.* 13. *n.* 33. Henn. Gædden. *consil.* 42. *num.* 13.] Unde profluit, quod Principes & Status Imperii, juris præsumptione, fundatam habeant intentionem in omnes territorii sui personas ac res, tàm in petitorio, quàm in possessorio judicio; *Vt quæcunq; in territorio sint, etiam de territorio esse præsumantur.* Et subjecta sint territorii Domino: Etiamsi territorium clausum non sit. *l.* 1. §. *initio.* 4. *D. de Offic. præf. urb. l. incola.* 29. *D. ad muncipal.* Knich. *de jur. territ. cap.* 2. *n.* 4. Wesemb. *conf.*

conf. 42. num. 3. Michael. *de jurisd. concl. 59. lit. E.* Klock. *de contrib. cap.* 20. *num. 298.* Ac cujus est districtus, ejus etiam censetur *protectio, custodia ac Iurisdictio,* in districtu, quorum intuitu omnes terrere potest. *l. pupillus. 239. §. pen. D. de V. S.* Menoch. *3. præsumpt.* 100. Gail. *2. Observ.* 61. *num. 9.* Mager. *de Advoc. armat. cap. 8. num. 430.*

[3. Hinc vulgò dicitur, jurisdictionem territorio *passivè* & materialiter inesse, sicuti in persona Magistratus, *activè* & formaliter. Stephan. *de juris dict. lib.* 1. *cap. 33. num. 2. & 6.* Ac quod, tota jurisdictio suprema, in toto territorio, & tota in qualibet ejus parte, consistat, propterea, quod territorium possidens, dicatur possidere etiam illius partem, tradit Carpzov. *2. I. F. tit. 3. definit. 27.* Adeò, ut etiam in angulo, vel gleba territorii tota jurisdictio exerceri possit. Stephan. *dict. lib. 1. cap. 63. num.* 3 Besold. *consil.* 238. *num.* 1. Nisi quispiam exemptionem, singulari privilegio vel præscriptione habeat; Unde diversa esse dicimus: **In eines Fürsten Land und Obrigkeit sitzen. Und unter eines Fürsten**

Lands und Obrigkeit seyn. Quod exemplis illustrat Freyer. *de super.territ.posit.* 10. *lit.B.* latè Tenzel. *de jur.subject.cap.*3. *num.*99.]

4. Exinde profluit *ulterius*, ut is, qui contra hanc juris præsumptionem in territorio alterius jura superioritatis, aut totalem Exemptionem sibi arrogat, vel à Domino territoriali, jurisdictione se spoliatum aut turbatum esse asserit, gravissimum *Onus probandi* meritò subire, in specie, *Exemptionem* docere, ac Titulum suæ possessionis dicere teneatur. *arg. c. dilectus. de Capell. l.*12. *D. de petit. hered.* Frider. *tr.interdict.cap.*28.*n.*44. [Meischner 2. *decis.*9. *num.*6. & 7. *lib.*1.] Klock. *de Contrib.cap.*29.*num.*260. Adeò quidem, ut nisi dicat ac doceat titulum suæ possessionis aut exemptionis, statim *expelli*, & ad *subjectionem reduci possit*; Nec quicquam possessionis emolumento adjuvetur, nec in remedio redintegrandæ audiatur. *l. vis ejus.* 15. *C. de probat.cap.*1.*de præscript. in* 6. Reink. *l.*1.*cl.*5. *cap.*1. *num.*44. Klock. *d. cap.*20. *n.* 267. [Quod latiùs distinguendo declarat Tenzel.

Tenzel. *de jur. subject. cap. 4. num. 92. & seqq. apud Dn. Fritsch.* 1. *E.I.P. 3.*]

5. Quæritur autem: *An Spoliatus territoriali Iurisdictione, Verum ne, An coloratum titulum, contra Dominum territorij probare astringatur, ut restitutio ei indulgeatur?* Prius Aff. *per l. 2. §. quædam.* [ibi: proprietatis causam, continet hoc interdictum.] *D. d. Interd. l. 1. §. permittitur. D. d. aq. quot. & æstiv.* Frustra enim intentatur possessorium jurisdictionale contra territorii Dominum, nisi deducatur quoque petitorium ac possidendi argumentum. Peregrin. *Cons. 2. num. 2. & 3.* Nicol. Everh. *cons. 76. num. 4.* Pistor. *lib. 2. q. 2. & 40. num. 6.* Steph. *de jurisd. 2. part.* 1. *cap. 7. num. 80.* Michael. *de jurisdict. cons. 67. lit. a.* Reink. 1. *cl. 5. cap. 1. num. 93. & seqq.* Ita deciderunt Rotæ Romanæ apud Franc. Marc. *p.* 1. *decis. 80.* Ægid. Bellarin. *decis.* 17. *& 48.* Achil. de Graff. *decis. 5. d. restit. Spol.* Diff. Menoch. *de Retin. poss. rem.* 3 *num.* 593. Knich. *de jur. territ. cap. 5. num.* 12. [De modo probandi exemptionem vel subjectionem, Vide omninò Freyer. *de superior. territor. posit.* 11. *lit. A. in disp. Basil. vol. nov.*

nov. Dn. Tenzel. *de subject. cap. 4. num. 94. & seqq.*

Caput XC.

De Acquisitione Iurisdictionis territorialis.

1. P*Robatur* etiam Jus superioritatis præcipuè per Titulum *Acquisitionis: Acquiritur* autem Jurisdictio territorialis. I. Per *Investituram* Imperatoris, factam Duci, Marchioni, Comiti; Omnis enim Jurisdictio & potestas ab Imperatore fluit in inferiores Principes & Magistratus per concessionem; Et ad eundem refluit per appellationem. Klock. *tr. de Contrib. cap.* 20. *num.* 15. Reink. 1. *cl.* 5. *cap.* 2. *num.* 9. Stephan. 2. *de Iurisdict. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 123.

2. *Formulæ Investituræ*, quâ superioritas territorialis confertur, communiter talis est; Wir belehnen Euch/ mit dem Hertzogthumb/ Landschafft/ Landen/ Leuten/ Lehen/ Lehenschafften/ Aemptern/ Städten/ Stucken und Gütern; Zöllen/ Gelaiten/ Schulden/ Renten/ Zinser/ Nutzungen/ Gerichten/

richten/ Obrist: und Nidrist/ Bergwercken/ Saltzwercken/ Wildbann/ sampt allen dergleichen Lands- Fürstl. Hochheiten/ Regalien / Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten. Knichen. *de Sax. privileg. Verb. Ducum. cap. 4. num.* 61. Imperator autem, non tantùm superioritatem territorialem, per investuram concedit, sed etiam per investituræ renovationem concessam confirmat, tanquam caput Imperii. Freyer. *de superior. territ. posit.* 2. *lit. A. Disp. Basil. vol. nov.*

3. II. Per *præscriptionem & Consuetudinem* quoquè Jurisdictio territorialis acquiritur; Quæ loco investituræ censetur, si modo usu & exercitio possessionis vel quasi [per certos actus] firmata sit. Knich. *de Iur. territ. cap. 3. n.* 53. Gœdd. *in resp. Iur. Bar. Vallend. num.* 175. [Actus autem in præscribenda hac superioritate requiruntur, congrui & corporales, in quibus Jus istud repræsentatur, veluti, *Homagii præstatio, collectarum impositio & similes. Actus* enim generales, vagi & indifferentes minus idonei judicantur. Thoming. *consil.* 26. *n.* 124. Freyer. *dict. disput.* 10. *posit.* 2. *lit. B.*]

4. Præ-

4. Præterea præscriptio talis requiritur, *cujus initium, memoria* hominum non extat, hæc enim vim Privilegii & concessionis habet. *l. f. D. aq. pluv. arc. l. hoc jure. D. de aq. quotid.* [*cap. vigilanti. 5. cap. fin. X. de præscript.*] Menoch. 2. *Arbitr. cas. 43.* Sixtin. 1. *de Regal. cap 5.* Wames. 1. *consil. civ.* 19. Wesembec. *consil. 8. num.* 35. Metrolog. *cap.* 19. §. 18. & 19.]

5. Tempus autem immemoriale dicitur spacium centum annorum. *arg. l. f. C. de SS. Eccl. l. an usufr. D. de usufr.* Prout tradit Communis DD. opinio. Cyn. *in l. 2. C. de servit. num. 9.* Gæpoll. *de servit. Vrb. cap.* 19. *num.* 4. Balb. *de præscript. part.* 3. *pr. p.* 2. *Q.* 6. *num.* 4. Wesemb. *cons.* 2. *num.* 77. Myns. *decad.* 11. *resp.* 8. *num.* 23. Plerumque tamen hoc discreto Judicis arbitrio committitur, secundum Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 3.* Honded. *cons.* 12. *num.* 59. *lib.* 1. Reink. *d. cap.* 2. *num.* 43.

6. In præscriptione autem immemoriali de Jure Canonico requiritur bona fides. *c. 1. ubi gloss. de præscript. in 6.* Cravett. *d. Antiquit. Tempor. part.* 4. §. *materia. num.* 29. Balb. *d. q.* 6. Stephan.

de

de jurisdict. 2. *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 165. Gilken. *de præscript. p.* 2. *m. c.* 1. *num.* 6. [Freyer. *de superior. territ. posit.* 2. *lit. B. disp. Basil. vol. nov.*] Quod & in foro practico observari, testatur. Mynſ. 4. *Obſ.* 6. Gail. 2. *Obſ.* 18. *num.* 6. & 10. Rittersh. *d. diff. Iur. Civ. & Can. tit.* 4. *cap.* 13. Secus de Jure Civili. *per l.* 3. 4. 7. & 8. *C. de præsc.* 30. *tit.* 1. Ferrar. *in Prax. lib.* 4. *gloss.* 20. *num.* 43. Wesenb. *conſ.* 5. *num.* 31. Cui non minus Usus fori accedit. secundum Papæ. *decis.* 199. Capella. *Tholoſ. decis.* 74. Quod & rationem habet, cum ex spacio centum annorum bona fides præsumatur, adeò quidem, ut probationem in contrarium non admittat. Mynſ. 1. *Observ.* 30. Vide Bachov. 2. *ad Treütl.* 22. *thes.* 6. *lit. b. inf.* Dassel. *conſ.* 41. *num.* 10. [Tonduti. 2. *V. R. cap.* 169. *num.* 8. Dexart. *decis. Sardin.* 83. *per tot.* Metrolog. *cap.* 19. §. 19. *n.* 9. De jure communi Regni Galliæ, omnes præscriptiones reductæ sunt ad trigenta annos, quibus præter lapsis, etiam mala fides purgatur. *Car par tel temps, la mauvaise foy, est convertie en bonne foy.* Bouvot. *ad consuet. Burg. tit. de præsc. fol.* 579 Metrolog. *cap.* 11. §. 5. *n.* 4.] 7. Ac-

7. Acquiritur III. Superioritas territorialis *per spontaneam submissionem & subjectionem*; Quod fit *vel exprssè*, dum Comes vel Baro Imperii unà cum territorio alteri se subjicit: *Vel tacitè*, dum Principi Imperii in territorio alterius jura superioritatis exercenti, Dominus territorii acquiescit. *arg. l. f. D. de servit. l. 1. §. 2. D. de serv. P. R. l. 3. D. de Vsufr. c. pervenientes. de Iurejur.* Coler. *in c. ad accedentes. n. 9. de præscr.* Stephan. 2. *Iurisd. part. 1. cap. 7. num. 171.* Ideò si Princeps Imperii potentiâ pollens, in territorio alterius Statûs, tempore immemoriali Jura superioritatis exercuerit, *post tempus immemoriale*, Princeps aut Status Imperii sua Jurisdictione privatus, restitutionem petendo audiendus non erit: Quoniam tale tempus loco traditionis est. Knich. *de jur. territ. cap. 3. num. 233.* Mastrill. *decis. 114. num. 53.* [latè Freyer. *dict. disp. 10. posit. 2. lit. B.* Metrolog. *cap. 29. §. 19. per tot.*]

8. IV. *Cooptatione* ac *relatione* in numerum Statuum Imperii, acquiritur quoque Jurisdictio territorialis, ne Status Imperii nomen, sit nomen inane. Stephan.

Stephan. *de Iurisd.* 2. *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 186. Reink. *1. cl.* 4. *cap.* 1. *num.* 35. [Freyer. *dict. dissert.* 10. *posit.* 2. *lit.* C.] Quod non aliter nisi in Comitiis [cum consensu Imperatoris, ac Ordinum Imperii] hodiè fieri posse, *docet* [*Capit. Cas. Maj. Imp. Leopold. I. art.* 44. Vide *supra cap.* 10. *num.* 5.] Huic tamen cooptationi, territorii Dominum, sub quo is, qui jura Status Imperii acquirit, Domicilium habet, consentire, debere æquum esse censeo, cum Knichenio *in Epopsi. n.* 189.

PARS III.

CAPUT XCI.

De Oneribus Principum & Statuum Imperii. Vbi imprimis, de petitione Investituræ.

1. HActenus Jura, commoda ac Privilegia Principum & Statuum Imperii deduximus. Nunc eorum quoquè *Onera* considerabimus. Quorum omnium

Primum est, quod Principes & Status Imperii, Imperatoris & Imperii sunt *Vasalli*: proinde suorum Principatuum ac Ditionum, investituræ renovationem intra terminum à legibus præscriptum hoc *est*, *intra annum & diem*, ab Imperatore petere tenentur, debita cum reverentiâ, id est: *Humiliter, devotè, ac cum honoris præfatione. arg. c. un. 2. f. 40. c. un. 2. feud. 24.* Bocer. *de investit. cap. 4.* Knich. *de Saxon. privil. verb. Ducum. c. 4.* Limn. *4. l. P. c. 7. num. 1. & seqq.*

2. Veteris autem investituræ *renovatio* in feudi jam constituti & accepti beneficii recognitionem petitur & elargitur. Sylvan. *tr. de feud. recogn. q. 12.* Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 29.* [Vult. *de feud. cap. 7. num. 7.*]

3. Quam Imperii Principes & Status petunt, cum *vel Imperatore* mortuo alius in vicem ejus eligitur; *Vel* cum *persona Vasalli* [sive alienatione, sive divisione] mutata est. **So offt sich ein Fall begibt.** [Scilicet, quandocunque vel novus Dominus vel novus Vasallus constituitur.] *c. un. 1. feud. 22.* Schrader *de feud. part. 6. c. 1.* Borrin. *de Cavalcat.*

p.

p.4.cap.8. Coppen. *Observ. feud. 5.n.28.* [Dn. Reichenbach. *ad Snobel. de feud. disp. 5. posit. 14. lit. Q.*]

4. Omnia autem feuda immediata, Imperio ac Imperatori aperta, Investituræ Renovationem requirunt; Sivè sint *feuda Regalia*, ut Electoratus Ducatus, Comitatus: [aut Baronatus Germanicè Fahnen-Lehen vocata:] *Sivè non Regalia*, quæ minora vocantur. *arg. A B. tit. 5.* Verbo Fahn-Lehen. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1521. §. Andern auch dergleichen. Schrad. *de feud. part. 2. cap. 3. n. 3.* Niell. *disp. feud. 8. thes. 3.*

5. Regalia Imperii feuda sunt vel *secularia vel Ecclesiastica vid. Specul. Saxon. lib. 3. cap. 6. Secularia* feuda sunt feuda dignitatis, Principum ac Statuum Imperii Politicorum, Fahnen-Lehen; Exindè vulgò appellata, quod Vasalli de iis cum Vexillo durch einen Fahnen/ investiantur. Otto Frising. *lib. 2. cap. 5. de reb. gest. Imp. Friderici I.* [De quo investiendi modo sequentia *Speculum Suevicum*: der Käiser soll leyhen allen Geistlichen Fürsten ihr Recht mit dem Scepter: und allen Weltlichen Fürsten/ mit dem Fahnen.

Specul. Suev. *lib* 1. *cap*. 32.] Reichs-Abschied / *de Anno* 1521. von Käiserl. Majest. Regiment. Wir behalten uns vor. Schrad. *de feud. p.* 2. *cap*. 3. *num*. 6. Arum. *ad A. B. disc*. 3. *thes*. 38. Buxtorff. *ad A. B. concl.* 68. [Vide Dn. Limnæ. 4. *l. P. in addit. ad lib*. 1. *cap*. 14. *ac ad A. B. cap*. 5. *Obs*. 22. Dn. Dieterich. *ad dict. tit. A. B* 5.]

6. Qui tamen investiendi modus ab aula Cæsaris recessit, *ac Imperator*, præstito priùs à Vasallo in genua procumbente fidelitatis juramento, aut circumstans Imperatoris *Mareschall⁹* Vexilli loco apprehensam *Ensem* porrigit, cujus capulo prehenso, Vasallus extremum, conum den Knopff / osculari tenetur. Knich. *de Sax. privil. verb. Ducum. c*. 4. Reink. 1. *cl*. 4. *cap*. 16 *num*. 16. Limn. 4. *l. P. cap*. 7. *num*. 32. *Vbi ejusdem Additiones*.

7. *Ecclesiastica Feuda Regalia* sunt *Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatiæ*, quæ Scepter-Lehen vocantur; quia Ecclesiastici Imperii Status de hisce olim *per Sceptrum* investiebantur. *Spec. Saxon. lib*. 3. *art*. 60. [Specul. Suev. *dict. cap*. 32. Juxta Litteras reversales Imperatori

Henri-

Henrico V. à Pontifice *Calixto* datas apud Urspergensem *in Chron. fol. m. 204.* Heider. *in Apolog. fol. m. 130.*] Bocer. *de investit. cap. 3. num.* 120 Lehenman. *in Chron. Spir. lib 5. cap. 104.* Qui modus, & hodiè adhucdum observatur. Buxtorff *ad A B. d. concl. 69. lit. b.* teste Reink. *d. c.* 17. *num.* 17. [Dn. Limnæ. *3. l. P. 12. num. 78* Ideò Principes Ecclesiastici (qui antiquitus ad differentiam Principum secularium, Pfaffen-Fürsten vocati fuerunt, *in Spec. Suev. lib. 2. cap. 1.*) ratione regalium & bonorum Imperii, Imperatorem pro Superiore recognoscunt *per cap. si Episcopus. dist.* 18. Gail. *I. P. P. cap. 8. num. 8.* Vide latiùs *Archolog. cap. 15 num. 5. & 6.* In Regno Galliæ, Episcopi etiam olim à Regibus, & Scipionem sacrum, & Annulum pastoralem assumebant. Choppin. *de doman. lib. 2. tit.* 10. *num.* 9.

8. Investituræ renovationem de Jure communi feudali, Senior per *Procuratorem* dare, ac fidelitatis juramentum recipere potest. *c. un. 2. feud.* 3. Schr. *d. feud. p. 5. cap. 3. num.* 102. [Carpzov. *in jur. feud. disput. 6. n.* 29] In Imperio

nostro *Feuda majora*, & titulata, ut Ducatus, Principatus, ipse Imperator solus confert. *Minora autem Feuda*, veluti Comitatus & Baronias, Consilium Aulicum, der Reichs-Hof-Rath/ concedit. War. ab Ehrenb. 2. *de Fœd. cap.* 1. *n.* 164. Reink. *d. cap.* 16. *num* 19. Limn. 4. *l. P. cap.* 7. *num.* 24. [Nisi Comitatus Principalis einer Gefürsteten Grafschafft/ investitura petatur. Knichen. *de Sax. non prov. privileg. V. Ducum. cap.* 4. *num.* 52. Sicuti nomine & mandato *Dn. Leopoldi Friderici VVürtembergiæ Ducis*, p. m. *An.* 1659. investituram Comitatus Principalis Montis pelgardiensis, coram Throno Cæsareo, in præsentia infinitorum, Procerum tám Ungariæ, quam Germaniæ Ego in genua procumbendo perorans, *Posonii* obtinui.]

9. Petere debet Princeps aut Comes, Imperii Vasallus feudi recognitionem congruo *Loco & Tempore. arg. l. Si soluturus.* 39. *D. de solut.* Sylvan. *de feud. recognit. Q:* 18. Schrad. *p.* 6. *cap* 3. *num.* 10. Jure communi feudali *in Curia Domini* ac moribus Imperii *in Aula Imperatoris*, investitura, aut ejusdem renovatio impetratur. Vult. 1. *de Feud. cap.* 6. *n.* 99. [Dn.

m. Bo-

m Bocer. *de investit. cap. 6. n. 13.*] Nisi Pactione aut Privilegio aliud sit receptum. Cujac. 2. *de feud. tit. 4.* Prout *Domus Austriaca* singulari Privilegio, extra Austriam feuda requirere non tenetur. Cuspian. *in Vit. Frid. 2. Imper.* Limn. *5. l. P. cap. 2. n. 30.* Simile Privilegium *Bohemiae Rex* habet, ne ultra decimum quintum milliare Germanicum, *extra Regnum* investituram petere adstrictus sit. Goldast. *de Regn. Bohem. lib. 3. cap. 3. num. 4.*

10. Congruum *Locum* dico, ad quem Vasallus tutò venire potest; quod si ipse tutò Dominum accedere nequeat, meritò excusatur. *c. statutum. 5. §. cum verò d. rescript. in 6. lib. 2 § pen. D. si quis caut.* Schrad. *de feud. part. 6. cap. 2. num. 34.* Grammat *decis. 18.* Ricc. *in Collect. decis. 2150.* Proindè, si Imperium Romanum propter bella intestina in duas pluresvè factiones dividatur, adeò ut Vasallus Curiam seu Aulam Imperatoris, tutò adire nequeat, meritò venia dignus erit. Sylvan. *de recog. feud. q. 50. & 62. num. 3.* Schrad. *de feud. part. 6. cap. 2. num. 34.* Vult. *d. cap. 7 num. 83.* [Dn. Bocer. *de investit. cap. 6. num. 13.*]

 11. *Termi-*

11. *Terminus* repetendi investituram est intra Annum. *Ord. Regim. de Anno* 1521. §. und behalten uns. Cui jus feudale *diem* adjecit. [Specul. Suevic. *lib.* 1. *cap.* 44. ibi: Inner Jahr und Tag.] Qui terminus à tempore scientiæ currit. *c. un. in pr.* 2. *feud.* 24. *c. un.* 2. *feud.* 40. Rosenth. *de feud. cap.* 6. *concl.* 43. Myns. 5. *Obs.* 9. Riccius *Coll. decis.* 2150. Surd. *decis.* 221.] Hoc autem diei spatium, non *naturaliter*, sed *civiliter*, id est, cum mensis adjectione intelligendum esse, *per cap. un.* 1. *Feud.* 22. censet Heig. 1. *Q.* 16. *num.* 20. Reichenbach. *dict. disput.* 5. *posit.* 14. *lit. R.* Distinguit. tamen inter Vasallum paganum & militem Carpzov. *de feud disput.* 6. *posit.* 40. latè Dn. Bocer. *de investit. cap. fin. num.* 7.]

12. Quod si Vasallus præfinitum terminum negligat, *feudo cadit*, idque Imperatori & Imperio aperitur. *inf.* 2. *f.* 55. §. *quoniam*, 2. *f.* 52. [Schnobel. *dict. disput.* 5. *posit* 16. Reichenbach. *ad eandem disput.* 10. *posit.* 31. *lit. KK.*] Nisi aliqua justa de causa, puta propter absentiam aut ignorantiam excusetur. *Quas vide apud* Schrad. *d. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 15.

Rosenth.

Rosenth. *d. cap 6.47.* Schneid. *de feud. part. 5. num. 42.* Coppen. *Observ. feud. 5. num. 28.* Ricc. *in Collect. decis. 2150.* [Vide Carpzov. *dict. disput. 6. posit. 39. & 41.*]

13. Hoc tamen *in Regno Neapolitano* non observatur; Siquidem ex consuetudine dicti Regni utriusque Siciliæ, Vasallus omittens petere investituram intra annum & diem, feudo non privatur, sed *Relevium seu Laudemium duplicatum* solvere tenetur. Liparul. *ad Andr. de Isernia ad cap. 1. §. sancimus. §. Quo tempore miles.* Johan. Bapt. Hodierna *ad Surd. decis. 342. num. 3.* [*Vide* Carol. Tapia *ad Ius Regn. Neapol. lib. 6. tit. 20. num. 1. & seqq.*]

14. Quæritur autem: *An Vasallus intra debitum terminum feudi renovationem non petens, moram purgare possit?* Communis Schola id *Negat*: Quoniam dies simul cum pœna in obligationem deducta est. *arg. l. magnam 12. ibi: adjecerit. C. de contrah. stipul. l. trajectitia. D. de O. & A.* Rosenth. *d. cap. 6. concl. 59.* Schrad. *eod tr. part. 6. cap. 2. num. 9.* Surd. *decis. 221.* Niell. *disp. feud. 8. thes. 4. lit. d.* [Snobel. *de feud. disput. 10. posit. 27.*] *Nisi*

celeri satisfactione hoc fiat; Quod Judicis Arbitrio terminandum. Quoniam paucorum dierum mora non spectatur. *text. in l. si ita quis.* 135. *§. Seja. 2. D. de Verb. Oblig.* Schrad. *d. l. num. 12.* doctè Khol. *in exercit. legal. cap. 15.* Laur. Sylvan. *de feud. recognit. quæst. 27. per tot.* Anton. Monach. *de recta feud. interpret. cap. 47. num. 50.* [Jo. Theod. Sprenger. *de modico cap. 6. & 7.*]

15. Quæritur autem: *An Principis & Status Imperij negligentia, in petenda investituræ renovatione, Agnatis quoque in formula investituræ comprehensis noceat?* Quod Negamus; Quoniam feuda Imperii majora & titulata, sunt Feuda ex Pacto & Providentia Majorum acquisita, in quibus Agnati jus quæsitum à primo acquirente habent; quod Possessoris negligentia ipsis auferre nequit. Præsertim cum negligentia ista cum contemptu Domini conjuncta non sit. Ita latè Schneidev. *de feud. part. 5. cap. 5. num. 59.* Sylvan. *de recognit. feud. Quæst. 87. per tot.* Roland. à Valle *consil. 64 lib. 3.* Cöppen. *Observ. feud. 5 num. 31.* Ubi hoc *de jure Saxoniæ* minorem dubitationem

nem habere tradit. [Carpzov. *3. I.P.F. constit.* 27. *definit.* 6. 8. *&* 11.] latè Anton. Monach. *tr. de recta feud. interpret. cap.* 47. *num.* 51. *& seqq.* Dissentit Rosenth. *de feud. cap.* 11. *concl.* 17. *num.* 13. *&* 14. authoritate §. *præterea.* (cui respondit Alvarotus) *lib.* 2. *feud.* 55. *Aliter* Dn. m. Bocer. *quæst.* 3. *in tr. de mod. amitt. feud.* *Aliter* Pistoris, qui ad dies vitæ Vasalli feudum Domino cedere tradit. *lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 8. [Aliter item Reichenbach, distinguendo inter feudum antiquum & novum, ad Snobel. *de feud. disput.* 10. *posit.* 31. *lit.* KK. MM. NN.]

16. Major Dubitatio oritur de filio Principis Vasalli, *An non Principis Patris negligentia Filio obsit, adeò ut feudum titulatum & ex pacto & providentia, hoc casu etiam & ei adimatur?* Et hoc *Negamus*; Ex satis benigna juris ratione. Quoniam hæc Patris negligentia est personalissima culpa & imputatio: Pœnæ autem debent tenere suos Authores. *l. sancimus.* 22. *C. de pœnis.* Præsertim cum Filius, primo acquirenti, non ultimo defuncto, in Feudo titulato succedat. Quod latè deducit Rusdorff. *in Vindic.*

Vindic. causs. Palat. cap. 1. num. 27. & seqq. Ita Surd. *consil. 76. n. 12. & 17.* Menoch. *consil. 304. num. 42.* latè Thom. de Marinis. *de feud. lib. 1. tit. 2. num. 46.* Schneidew. *dict. num. 59.* Monachus. *dict. cap. 47. num. 75.* Ubi hanc opinionem in hoc individuo communem dicit. *Dissentit* Hartm. Pistor. *dict. lib. 2. quæst. 16. num. 9.* [Carpzov. *3. l. P. F. constit. 27. defin. 6.* Reichenbach. *dict. disput. 10. posit. 31. lit. NN.*]

17. Casu tamen, quo Princeps aut Status Imperii, propter justum ac legitimum impedimentum, tempore legali feudi recognitionem petere nequit, ab Imperatore literas moratorias, (Quas *Indultum*, vulgò Gonst-Brief/ vocamus) impetrare solet, quo ei feudum Urlaubsweiß possidere liceat, donec impedimentum cesset. *c. indultum. d. Reg. Iur. in 6. DD. in c. un. quo tempore mil. lib. 1. F. 22.* Rosenth. *de feud. cap. 6. concl. 57. num. 5.* Cöppen. *Observ. feud. 5. num. 31. Prout quotidiana praxis Imperij hoc comprobat.* Reink. *1. cl. 4. cap. 16. num. 57.*

18. Quamvis autem Dominus feudum apertum, jure feudali liberè cui velit,

velit, reinfeudare possit; Specialiter tamen in Imperio Romano Germanico provisum est, *ne Imperator*, feuda titulata aperta, sinè Electorum consensu reinfeuder, sed Cameræ Imperiali **zu Unterhaltung deß Heil. Röm. Reichs** addicat. [& incorporet; Quo exinde Cæsareæ Majestati, honestus census constituatur] *Capit. Caroli V. art.* 24. *& Ferd. II. art.* 28. Rosenth. *de feud. cap.* 10. *concl.* 11. *num.* 11. Clut. *in Syllog. concl.* 20. *lit. n.* Reinking. 1. *cl.* 2. *cap.* 9. *num.* 165. [Carpzov. *de L. R. G. cap.* 7. *sect.* 3. *num.* 8. *&* 9. Dissentit Dn. m. Bocer. *de investitur. cap.* 3. *num.* 71.

19. Quod tamen in feudo Electorali limitationem recipere, tradit Carpzov *de Capitul. cap.* 7. *sect.* 3. *num.* 18. [adeòque, ut Electoratûs collatio nova, in libero Imperatoris arbitrio consistat, propter *A. B. tit.* 7. §. *fin.* in Verbis: *Si verò aliquem ex ejusmodi Principibus ipsorum, Imperio sacro vacare contingeret, Imperator de ipso providere debebit, tanquam de re ad se & Imperium devoluta,*] Casp. Klock. *tr. d. contrib. c.* 3. *num.* 68. [Dn. Dieterich. *ad d. A. B. tit.* 7. §. *fin.*

fol.

fol. m. 55. Huic tamen Limitationi acriter disputando contradicit Dn. Limnæ. *ad Capit. Carol. V. art. 24. Verb.* **Fürstenthumb.** *num. 16. & seqq. fol. m. 267. ac in Addit. ad I. P. lib. 3. cap. 7.* Qui contraria in Imperio Exempla, inter exorbitantia, ut multa alia, refert cum Riemero *de jurisdict. Imp. R.* Vide Burgold. 1. *discurs* 1. § 87. *& discurs. 24. & 2.*]

20. Cæterum *modum* petendi renovationem Investituræ Feudi Ducalis, & quæ solennitates intervenire soleant, latiùs tradit Dn. Limnæ. *in Addit. lib. 4. I. P. cap. 7. num. 23. fol. 429.* Arumæ. *de Comit. cap. 8. num. 73.* Has quoquè ceremonias succinctè enarrat Dn. Reichenbach. *ad Snobel. disp. feud. 5. posit.* 18. *lit. Y.* Quas proprio exemplo edoctus & Serenissimi *D. D. E. D. VV. & T. nomine Anno* 1659. *Posoniæ* coram throno Cæsareo, investituræ renovationem *Ducatus VVürt. & Tecc:* cum Collega Generoso Dn. Joh. Eberh. *à Stokheim* petendo, in perorationibus non modica sollicitudine, accuratè observavi. Hæ tamen ceremoniæ in aliis Regnis aliter observantur. *In Regn. Galliæ*, Rex, eos, quos investit, osculo

excipit,

excipit, & jurantis manus complicatas, suis inserit.

21. Quæritur insuper: *Si Princeps Imp. Vasallus moriatur intra Annum & diem, non petiit à investitura, an filio vel Agnato succedenti in feudo, integer adhuc dum annus & dies, ad petendam investituræ renovationem supersit?* Ac communiter responderunt *quod Sic*. Quoniam actus petendi renovationem investituræ ac præstandi fidelitatem est *personalissimus*; Exinde, quod Dominus, dum juramentum fidelitatis à Vasallo ipso personaliter postulat, animam ejusdem illaqueare procurat, & fortius obligetur. Ita Laurent. Sylvan. *de recognit. feud. Q. 88. per tot.* Franc. de Caldas *de emphiteus. renovat. quæst. 5. num. 15.* Rosenth. *de feud. cap. 6. conclus. 29. num. 6. & seqq.* Quod latè examinat Anton. Monach. *de recta feud. interpret. c. 47. num. 85. & seqq.* [Ubi *sub num.* 102. adjicit: Licet filii succedant, ex facto patris, hanc tamen investituram, non ex patris, sed ex propria persona petunt. Vult. *de feud. 1. cap 7. num. 86. Diss.* aliquatenus Alvarot. *ad cap. un. num. 8. 1 F, 22.*]

Caput

CAPUT XCII.

De Juramento Fidelitatis, quod Principes Imperij præstant.

1. SAnè in ipsa investituræ renovatione, Imperii Principes & Status, propter feuda, quæ tenent, Imperatori ac Imperio *fidelitatem* jurare tenentur; ad exemplum Vasallorum; quales omnes Imperii Principes & Status existunt. Rusdorff. *in Vid. Palat. cap.* 2. *num.* 28. [Hac namque Sponsione, *ait Speculator*, promissor efficitur homo illius potentioris, id est, persona ejus jure subjectionis illi obligatur. Specul. *tit. de feud. cap. de homag. num.* 2. Dn. Bocer. *de investit. cap.* 4. *num.* 7.] Juramenti hujus formam Vide [in Specul. Suevic. *lib.* 1. *cap.* 44. & 343.] apud Sigonium *lib.* 7. *de Reg. Ital.* Waremund. ab Ehrenberg. *de fœd. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 61. Limn. 4. *I. P. cap.* 7. *num.* 36. & 37.

2. Ejusque tenor in eo potissimùm consistit; *Damna Imperatoris & Imperij avertere, ac commoda promovere.* Jurant enim Imperii Principes & Status.

Ihr

Ihr Käiserl. Majestät und dem Heil. Reich treu/ hold/ gehorsamb und gewärtig zu seyn/ auch nimmermehr wissentlich in dem Rath seyn noch einwilligen oder befehlen/ da ichtswas wider Ihr Käiserl. Majest. oder das Reich gehandelt wird / im einigen Weeg: Sondern dessen Ehr/ Nutzen und Frommen befürdern / und Ihne vor Schaden warnen. Quæ omnia coincidunt cum forma fidelitatis. *De qua in c. un. tit. 2. ac duob. seqq. lib. 2. feudor. Vide* Schrad. *de feud. part. 6. cap. 2. 5. & 6.* Rosenth. *eod. cap. 6. concl. 86.* Johan. ab Arcedura *de feud. cap. 3. concl. 6.* [Petr. Gudelin. *de feud. part. 2. cap. 7. n. 7. &* 8. Knichen. *Encyclop. cap. 4.*] Cöppen. *Observ. 6. num.* 32.

3. Quibusdam in locis consuetum est, ut Fidelitatis Juramento execrationes quoque annectantur. Sicuti *de Philippo de Croy, Duci Arschottano* legimus, qui cum de *Castello Antuerpiensi* fortiter tuendo Juramentum præstitisset: Huic Secretarius Hispanicus *de Escovedo* subjunxit sequentia: So ihr das thut/ so wolle euch Gott helffen: Wo aber nicht / so hole Euch der Teuffel mit Leib und Seele/

darauff sagte ein jeder Amen. Referente Wilhelm May. *de bello Belgic. fol. 314.* [Meteran. *lib. 6. de bell. Belg. fol. 336.* Dn. Reichenbach. *dict. disput. 5. posit. 23. lit. CC.*]

4. Illud tamen adhuc notandum est, quod Principes & Status Imperii, propter feuda Imperii, Imperatori ac Imperio *Ligia fide*, durch eine unaufflößliche Bündnuß obligentur, contra omnes mundi homines, seu contra quoscunque Imperii hostes, nullo exempto; Quo respectu verum est, quod dicitur, *omnia Imperii feuda esse ligia*, seu arctissimo fœdere Imperatori & Imperio annexa. Besold. *in Th. Pr. V.* Ligisch Lehen. Cöppen. *Observ. feud. cap. 2. n. 36.* [Unde sinè dubio, hoc commune dogma ortum est; Feudum Ligium existere nullum, nisi quod á supremo Principe recognoscitur. Knichen. *de vestit. part. 2. cap. 5. num. 65. & seqq.* Gudelin. *dict. part. 2. cap. 7. num. 9.* Reichenb. *disput. 2. feud. 2. posit. 15. lit. BB.* Dissentit Hotoman. *3. de feud. cap. 7.*]

5. Juramenti præstationem multa comitantur *Solennia*; Si in privato Imperatoris conclavi fidelitas juratur, præsertim

ſertim per Procuratorem, tacto libro *Novi Teſtamenti*, & addito *oſculo gladij*, peragitur: Præſtatur etiam juramentum à Vaſallo *devotè, humiliter, cum debita reverentia, capite nudato, depoſitis armis, ac in genua procumbente*, **auff den Knyen.** *arg. gl. c. un. §. fœminam. 2. feud.* 3. Zaſ. *de feud. part. 7. num.* 13. Schrad. *eod. tr. part. 6. cap.* 1. *num.* 19. Gudelin. *de feud. part. 2. cap. 8.* Limn. *d. cap. 7. n.* 37. Quod obſervatur ſivè coram *Imperatore*, ſivè coram *Aulico Conſilio*; ſivè in propria perſona, ſivè per Procuratorem feudi recognitio petatur.

[6. De antiqua ceremonia petendi inveſtituræ renovationem ſequentia legimus **im Land und Lehen-Recht**/ vulgò *Speculum Suevicum* dictum. **Es erbet niemand Lehen / wann der Vatter auff den Sun. Das heiſſet Erb-Lehen; Nach deß Vatters Tod/ kommet der Sun inner Jahr und Tag/ für ſynen Herrn/ und beütet im ſyn Mannſchafft mit zuſamen gefallten Händen/und gäng im als nahen/ob er ſtand/ daß er im gereichen mäg: Sitzt aber der Herr/ ſo ſoll er für ihm knien. Wann der Mann gat für ſynem Herrn / da er ſtat oder**

sitzet / so knye für in / und neige sich aller syn Lyb / so neyget sich auch die Händ / und beger synes Guttes / mit gefallten Händen. Schwab. Spiegel. *lib. 1. cap. 44.*]

7. Possunt enim Principes & Status Imperii investituræ Juramentum etiam per Procuratorem petere ac præstare. *arg. c. un. 2 f. 3.* Arnis. *1. de Iur. Maj. cap. 5. num.* 19. Rosenth. *de feud. cap 6. concl. 37.* Schrader *eod. tr. part. 6. c. 3. n.* 1. Laurent. Sylvan. *de feud. recognit. quæst. 94.* Secùs quam in Gallia observatur. Molin. *ad Cons. Paris. tit. 1. §. 49. num.* 1. *& seqq.* Limn. *d. cap. 2. num.* 26. Modò procurator ad hunc actum speciale mandatum in Aula Cæsaris exhibeat. Schrad. *d. part. 6. cap. 4. num.* 31.

[8. Quo casu Procurator Ablegatus feudi renovationem accipiens, in animam Domini sui in die Seele und Gewissē seines Principalis jurat. Finkelthaus. *de feud. disput. 7. thes. 21.* Dn. Struv. *eod. tr. cap. 8. posit. 6. num.* 5. Quod mandatum præsupponit, Dominum mandantem, hoc scripto in propriam animam juråsse. Rosenth. *d. concl. 37. lit. e.* Prout quotidiè in Aula Cæsaris, Principes ac Status

Status Imperii per suos Residentes & Agentes feudorum renovationes requirunt. Vide Arumæ. *de Comit. cap. 8. num.* 73. Reinking. *1. Claß. 4. cap.* 16. *num.* 16.

9. Peractis omnibus hisce solennitatibus, publicum instrumentum renovatæ investituræ confici solet, **man verfertigt und erneuert die Lehen-Brieff.** Schneid. *de feud. part. 5. num. 29.* Cöppen. *Observ. feud.* 5. *num. 23.* Ruding. *1. Contr. de feud. cap. 48.* [Quod Jure feudali, *breve testatum*, id est, brevis adnotatio, vocatur *in* §. 1. *lib.* 1. *F. 2. ac cap. un. 2. F. 32.* Prout, in jure Civili, scriptura in fidem confecta, *Breviculum* vocatur *in l. 5. C. de conv. fisc. debit.* Idque non ad solennitatem, sed ad probationem tantùm pertinere, tradit Dn. Struv. *dict. tr. cap. 8. aph. 8. num.* 2.]

10. Sanè etiam illud observandum est, quod [prima Investitura, tanquam radix omnium subsequentium investiturarum, imprimis in dirimendis controversiis feudalibus attendenda sit. *cap. 1.* § 5. *fin.* 2. *F. 14.* Schrader. *de feud. part. 5. cap.* 2. *n.* 37.] *Proinde*, si Investituræ posteriores alia forma & strictius

quam primæva concipiantur, veluti, si verba primæ Investituræ Lehens-Erben/ in posteriori convertantur in Leibs-Lehens-Erben: Et hoc vel *dolo & astutia* Senioris vel errore Vasalli acciderit; Quod hæc mutatio & alteratio investituræ feudalis successoribus in feudo non noceat. *per cap. un. lib.* 2. *feud.* 5. Gail. 2. *Observ.* 49. *num.* 3. Sylvan. *de feud. recog. quæst.* 38. Rosenth. *de feud. cap.* 6. *concl.* 69. Quod adeò verum est, ut etiam voluntaria Vasalli mutatio feudi antiqui in novum, agnatis præjudicare nequeat. Mynsing. 4. *Observ.* 83. Vultejus *de feud. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 7. Præjudicia refert. Rosenthal. *dict. tr. cap* 2 *concl.* 17. [Nisi Agnati quoque consentiant. Schrader. *part.* 7. *cap.* 4. *n.* 54. Struv. *eod. tr. cap.* 10. *aphorism.* 6. *num.* 2. Dissentit Alb. Brun. *consil. feud.* 10. *num.* 29. Hinc pro Regula traditur, quod Primæva investitura sit fundamentum & radix omnium sequentium investiturarum. Menoch. *consil.* 1. *num.* 25. Rusdorff. *in Vindic. Caus. Palat. in præfat. num.* 23. Ideò cum quid in sequentibus investituris immutatum vel innovatum deprehendatur, hoc per

errorem

errorem factum esse præsumitur. Alexand. *consil. 55. num.* 18. *lib. 4.* Joh. Cöppen. *Observ. feud. 5. num.* 25.

II. Præterea etiam hoc mente tenendum, ut quamvis Vasallus Imperii pro Investituræ recognitione laudemium solvere non teneatur. Schneid. *part. 5. de feud. num.* 61. Sylvan. *de feud. recog. Q. 20. num.* 6. Hartm. Pistor. *part.* 1. *Q. 50. num.* 61. [Sicuti latè respondendo deduxit Jur. Fac. Jenensis apud Dn. Struv. *dict. tr. cap.* 10. *aphor.* 14. *num.* 1. Consuetudo tamen ferè Universalis contrarium introduxit, ut etiamsi non ubivis Laudemium exsolvatur, sub laudemii tamen nomine, Honorarium exigitur; Wehner *in Obs. Verb.* Handlohn. Carpzov. *respons.* 88. *num.* 12. Quæ consuetudo sicuti strictè intelligenda est, ita moribus quoque observanda erit Petr. Gudelin. *d. feud p.* 3 *cap.* 6 *n.* 13. Wesenb. *consil.* 16. Cöppen. *Obs.* 5. *n.* 39. Struv. *dict. cap.* 10. *aph.* 14. & 15.] Ita consuetudine quoque Imperii invaluit, ut investituræ literæ in Aula Imperatoris, certo precio redimantur, den Lehen-Brieff auß der Reichs-Hof-Cantzley zu lösen/ und den Le-

hen-Tax zu erlegen/ prout & in Actu renovationis investituræ Serenissimus Dux Würtenbergiæ Joan. Fridericus, per suos Consiliarios *Anno* 1608. die Lehen-Brieff/nach dem Reichs-Hof-Cantzley-Tax. 1292. florenis aureis redemit; [Quæ tamen erogationes, non sub titulo *Taxæ*, sed magis *Honorarij*, vulgò die Lehen-Regalien exolvuntur.] Quamvis hanc summam, cum onere Principum Imperii, indies crescere à quibusdam questum fuerit; Adeò ut hic disputari possit: *An Dominus antiquum censum Vasallorum augere possit?* cum Schurff. *Cent*.3.*consil*.21. [Thom. Maul. *de homag. tit*. 15. *per tot.*]

Caput XCIII.

Principes & Status Imperii sunt Imperatoris & Imperij subditi.

I. PRæter feudi conditionem & legem, Principes & Status Imperii etiam *Personæ nomine*, Imperio & Imperatori obligati sunt, nec tàm *Bonorum*, quàm *Personarum* intuitu, subditi Imperii

Imperii existunt. Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 78. n. 7.* Bets. *de Pact. famil. Illustr. fol. 448.* [Dn. Stamler. *de reserv. Imp. §. 12. num.* 1. *& seqq.* Joan. Christ. Tenzel. *de subject. posit.* 48. *& seqq. apud Dn. Fritsch. E. I. P. 3.*] Sunt enim Imperii Proceres Imperii & Imperatoris *Homologi*, & arctissimâ fide astricti. Unde in fidelitatis Juramento, quod illi, feudi titulati ratione, Imperatori præstant, quædam verba inseruntur, quæ subjectionis speciem demonstrant. Knich. *de pact. vestit. part. 2. cap. 5. num. 77.* Besold. *in Thesaur. Pr. verb.* Ligisch Lehen: [*Vbi* Diether. *in addit.* ac *de Stat. Subaltern. fol.* 93. *in oper. Polit.* Rittershus. *de feud. lib. 1. cap. 4. num. 10.* Ideò non tantùm Vasallorum onera, sed etiam subjectorum munera subire, necessum habent.] Viet. *de Exempt. concl. 22.* [Knichen. *de jur. territor. cap. 6. num. 6. & seqq.*]

2. Id quod evincunt verba investituræ recognitionis, quâ juramento se obligant, wie einem gehorsamen Fürsten deß Reichs und getreuen Lehenmann gebühret. Quod abundè patet ex resolutione *Henrici VII.* Cæsaris Augusti, quam Ablega-

approbari debet. Dn. Limnæ *in Capit. Ferd. III. art. 30. num. 3. & 4.* Dn. Burgold. *in notit. Imper. Rom. part. 3. discurs. 6. fol. 52. & p. 2. Disc. 20. fol. 182.* Veruntamen hujus Dubii resolutionem in præsentibus Comitiis expectamus. Vide supra *cap. 20. num. 24. & 25.* Rationes dubitandi tradit Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 4. num. 77.*]

6. Aliud dubium oritur, propter Concilium Tridentinum: *Si Imperii Status Ecclesiasticus, puta Elector vel Episcopus, crimen læsæ Majestatis committat, num ab Imperatore ac Imperio puniri possit?* Quamvis hoc negent quidam ex Catholicis. *per Conc. Trid. Sess. 24. cap. 5.* Vide Tholos. 35. *Syntag. cap. 3. num. 7.* Ricc. *decis. C. A. N. 72. & in Coll. D. 1466.* Distinguit in hac quæstione Mart. Mager. *de Advoc. arm. cap. 17. num. 180.* Contrarium tamen verum est. *per Constit Imp. Friderici III. in act. Hildes. lit. GG. fol. m. 359.*] Et quidem etiam de Jure Canonico. *per c. perpendimus. X. de sent. excomm.* Præterquam, quod ex consensu Imperatoris, Clericus ad Judicem laicum trahi possit. *per Nov. 123. cap. 8.* Arniſ. *in tr. de*

subj.

subj. Cler. Boc. *de Reg. cap.* 3. *num.* 102. Klock. *de Contrib. cap.* 4. *n.* 173. [Omnes namquè Episcopi & Abbates Imperii, hodierno jure & modo, propter Regalia, bona feudalia & alia ab Imperio & Imperatore jura possessa in temporalibus, ipsi Imperatori subjecti sunt, eique obedire tenentur. *per cap. si Vobis.* 28. *Dist.* 1. Dn. Conring. *de Episc. Germ.* Haider. *in apolog. cap.* 10. *fol.* 351. Archolog. *cap.* 15. *num.* 6. Burgold. *dict. tr. part.* 2. *Disc.* 20. *num.* 6. *fol.* 194.] Aliter censet in Episcopo, aliter in Privato. Gail. *de P. P. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. *&* 20. Adeò ut non tantùm feudi privatione, sed etiam corporaliter puniri possit. Vide Crus. *de indiciis p.* 1. *cap.* 64. *num.* 10.

Caput XCIV.

De Bello suscipiendo contra Bannitos Imperij.

[1. QUoniam cōtra Bannitos & Proscriptos Imperii Cives, justè bellum geritur. Maul. *de Pac. Publ. tit. de Banni execut.* Nec Proscripti ab Impe-

Imperatore, ab ullo Imperii Cive fovendi ſunt. Gail. *2. P.P. cap.* 10. Stamm. *de ſervit. perſon. lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. *&* 3. Burgold. *dict. tr. part.* 1. *diſcurs.* 1. *n.* 49.] Ideò Imperii Principes & Status, Cæſaris mandato, contra *Bannitos* Imperii *Bella* ſuſcipere obligati ſunt; **Wann einem die** Execution **gegen den Aechtern anbefohlen wird. Reichs-Abschied/** *de Anno* 1567. §. **So hätten wir.** Quo tamen caſu bellum conficiunt ſumptibus Imperii, ſi bona Banniti non ſufficiant. *d.* **Reichs-Abschied/ §. und ob wol. Reichs-Abschied/** *de Anno* 1520. §. **wann auch.** [Capienti enim Bannitum, Fiſcus expenſas ſolvere tenetur. *arg. l. mulier. 6. D. de captiv. & poſtlim.* Knichen. *de veſtit. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 139. *Qui rationem adjicit ſub num.* 140. Gail. 2. *P.P. cap.* 17.]

2. Tenentur item Imperii Status alium Statum Imperii contra *Pacis publicæ violatores* defendere. **R. A.** *de Anno* 1512. §. **Ob jemands. Reichs-Abschied/** *de Anno* 1555. §. **Nachdem aber.** Nec non contra proprios *ſubditos rebelles* Ordinarium Magiſtratum tueri. **R. A.** *de Anno* 1536. §. **deßgleichen.** Reink. 2. *cl.* 2. *cap.* 2. *num.* 36.

num.36. Conf. Marp.28. *num*.202. *vol*.2. [Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp.lib*.2.*cap*.22.*num*.31.] Qui tamen propriis sumptibus *per mensem*, non autem ultra auxilium præstare obligati sunt. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1526. §. damit auch. Vid. Limn. 4. *I. P. cap*. 8. *num*. 250. Aliasvè (Executiones Imperii Status) suscipere tenentur; Nisi justa de causa sese excusare velint, quo casu quoque exaudiuntur. [Ordin. Camer. *part*.3.*tit*.49. §. ferner und nämlich. Thom. Maul. *dict. tr. tit. de Banni Execut. fol. m*.63.] Scipio *lib*.3. *decis*.54.

3. Also war Hertzog Ulrich zu Würtemberg im Jahr 1504. durch Käiser Maximilian dem ersten/ dem Bund zu Hülff wider die Pfaltz zu zihen/ auffgemahnt/ welcher in dem siebenzehenden Jahr seines Alters den ersten Harnisch angelegt/ und mit 10000. zu Fuß/ und 800. zu Roß/ dem Reich in Person zu Hülff zuzoge. Sicuti Annales Würtembergici. *M. S. Stutg. in Vita Vdalrici contestantur. fol*. 534.

[4. *An autem & quatenus Banni executio alio Circulo, quam ei, in quo Bannitus domicilium & bona possidet, aut ipse*

Status

Status Imperii subsistit, committi & mandari possit? Graviter disputatum fuit in causa Donavertensi, cujus rationes pro & contra adfert & deducit Thom. Maul. *dict. tr. tit. de Execut. bann. fol. m.* 64. *Negativam* opinionem sustinet Gail. 2. *P. P. cap.* 17. *num.* 4. & 5.]

Caput XCV.

De Personali Comparitione ad Comitia.

1. PRincipes & Status Imperii vocati ad Comitia, regulariter propter negotii gravitatem *Personaliter* comparere debent, tanquam Imperii ac Imperatoris Consilarii. *A. B. tit.* 12. §. 2. & *tit.* 24. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1576. §. Wann dann auch. ibi: Sie seind schuldig gehorsamlich zu erscheinen. Comparent autem Status Imperii *propriis sumptibus.* R. A. *de Anno* 1512. §. Nachdem die Chur-Fürsten. & *de An.* 1545. §. dem allem nach. §. dieweil aber. [Arumæ *de Comit. cap.* 5. *num.* 86.

2. Quandoque autem, Principes & Status

Status Imperii, ut in Comitiis compareant, Litteris Imperialibus jubentur, *per verba*, **ernstlich befehlende**. Dn. Cancell. Schüz. *1. I.P. Disput. 10. posit. 8. lit. F. ac posit. 9. lit. A.*] Si tamen justa aliqua causa, personalem eorum præsentiam impediat, *per suos Ablegatos* comparere possunt. **Reichs-Abschied**/ *de Anno* 1542. §. **Auff welchem Reichs Tag.** Rümelin. *2. ad A. B. dissert. 3. concl. 12. Vbi addit. mea.* Arum. *ad A. B. dissert. 5. th. 15. ac de Comit. cap. 5. num. 41.* Limn. *4. I.P. cap. 7. n. 45.* Quo casu absentiæ suæ *causas idoneas* exponere debent, quare personaliter non comparuerint. **R. A.** *de Anno* 1512. §. **Es soll auch.** *ibi* : **Wo sie in eigener Person zu erscheinen redliche Hinderung hetten/ die Sie bey ihrem Glauben/ mit Brieff und Siegel betheuren sollen.** Reink. *1. cl. 5. cap. 8. num. 42.* [Dn. Schüz. *1. I. P. disput. 10. lit. H.* Quod aliquatenus probari quoque potest, ex traditis Arumæ. *de Comit. cap.* 16. *num.* 12. [Hoc tamen in Civitatibus Imperii *limitat Dn. Knipschilt*, adeò ut, earum comparitionem in Comitiis non necessitatis, sed liberi arbitrii esse, asserat *in tr. de Civit. Imp. lib. 3. c. 24. num. 16.*]

quam primæva concipiantur, veluti, si verba primæ Investituræ Lehens-Erben/ in posteriori convertantur in Leibs-Lehens-Erben: Et hoc vel *dolo & astutia* Senioris vel errore Vasalli acciderit; Quod hæc mutatio & alteratio investituræ feudalis successoribus in feudo non noceat. *per cap. un. lib. 2. feud.* 5. Gail. 2. *Observ. 49. num.* 3. Sylvan. *de feud. recog. quæst.* 38. Rosenth. *de feud. cap. 6. concl.* 69. Quod adeò verum est, ut etiam voluntaria Vasalli mutatio feudi antiqui in novum, agnatis præjudicare nequeat. Mynsing. 4. *Observ.* 83. Vultejus *de feud. lib. 2. cap. 8. num.* 7. Præjudicia refert. Rosenthal. *dict. tr. cap* 2 *concl.* 17. [Nisi Agnati quoque consentiant. Schrader. *part. 7. cap. 4. n.* 54. Struv. *eod. tr. cap.* 10. *aphorism. 6. num.* 2. Dissentit Alb. Brun. *consil. feud.* 10. *num.* 29. Hinc pro Regula traditur, quod Primæva investitura sit fundamentum & radix omnium sequentium investiturarum. Menoch. *consil. 1. num.* 25. Rusdorff. *in Vindic. Caus. Palat. in præfat. num.* 23. Ideò cum quid in sequentibus investituris immutatum vel innovatum deprehendatur, hoc per errorem

errorem factum esse præsumitur. Alexand. *consil.* 55. *num.* 18. *lib.* 4. Joh. Cöppen. *Observ. feud.* 5. *num.* 25.

II. Præterea etiam hoc mente tenendum, ut quamvis Vasallus Imperii pro Investituræ recognitione laudemium solvere non teneatur. Schneid. *part.* 5. *de feud. num.* 61. Sylvan. *de feud. recog.* *Q.* 20. *num.* 6. Hartm. Pistor. *part.* 1. *Q.* 50. *num.* 61. [Sicuti latè respondendo deduxit Jur. Fac. Jenensis apud Dn. Struv. *dict. tr. cap.* 10. *aphor.* 14. *num.* 1. Consuetudo tamen ferè Universalis contrarium introduxit, ut etiamsi non ubivis Laudemium exsolvatur, sub laudemii tamen nomine, Honorarium exigitur; Wehner *in Obs. Verb.* Handlohn. Carpzov. *respons.* 88. *num.* 12. Quæ consuetudo sicuti strictè intelligenda est, ita moribus quoque observanda erit. Petr. Gudelin. *d. feud p.* 3 *cap.* 6 *n.* 13. Wesenb. *consil.* 16. Cöppen. *Obs.* 5. *n.* 39. Struv. *dict. cap.* 10. *aph.* 14. & 15.] Ita consuetudine quoque Imperii invaluit, ut investituræ literæ in Aula Imperatoris, certo precio redimantur, den Lehen-Brieff auß der Reichs-Hof-Cantzley zu lösen/ und den Le-

 hen-Tax

hen-Tax zu erlegen/ prout & in Actu renovationis investituræ Serenissimus Dux Würtenbergiæ Joan. Fridericus, per suos Consiliarios *Anno* 1608. die Lehen-Brieff/ nach dem Reichs-Hof-Cantzley-Tax. 1292. florenis aureis redemit; [Quæ tamen erogationes, non sub titulo *Taxæ*, sed magis *Honorarij*, vulgò die Lehen-Regalien exolvuntur.] Quamvis hanc summam, cum onere Principum Imperii, indies crescere à quibusdam questum fuerit; Adeò ut hic disputari possit: *An Dominus antiquum censum Vasallorum augere possit?* cum Schurff. *Cent.* 3. *consil.* 21. [Thom. Maul. *de homag. tit.* 15. *per tot.*]

Caput XCIII.

Principes & Status Imperii sunt Imperatoris & Imperij subditi.

I. PRæter feudi conditionem & legem, Principes & Status Imperii etiam *Personæ nomine*, Imperio & Imperatori obligati sunt, nec tàm *Bonorum*, quàm *Personarum* intuitu, subditi Imperii

Imperii existunt. Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 28. n. 7.* Bets. *de Pact. famil. Illustr. fol. 448.* [Dn. Stamler. *de reserv. Imp. §. 12. num.* 1. *& seqq.* Joan. Christ. Tenzel. *de subject. posit.* 48. *& seqq. apud Dn. Fritsch. E. I. P. 3.*] Sunt enim Imperii Proceres Imperii & Imperatoris *Homologi*, & arctissimâ fide astricti. Unde in fidelitatis Juramento, quod illi, feudi titulati ratione, Imperatori præstant, quædam verba inseruntur, quæ subjectionis speciem demonstrant. Knich. *de pact. vestit. part. 2. cap. 5. num. 77.* Besold. *in Thesaur. Pr. verb.* **Ligisch Lehen:** [*Vbi* Diether. *in addit.* ac *de Stat. Subaltern. fol. 93. in oper. Polit.* Rittershus. *de feud. lib. 1. cap. 4. num. 10.* Ideò non tantùm Vasallorum onera, sed etiam subjectorum munera subire, necessum habent.] Viet. *de Exempt. concl. 22.* [Knichen. *de jur. territor. cap. 6. num. 6. & seqq.*]

2. Id quod evincunt verba investituræ recognitionis, quâ juramento se obligant, **wie einem gehorsamen Fürsten deß Reichs und getreuen Lehenmann gebühret.** Quod abundè patet ex resolutione *Henrici VII.* Cæsaris Augusti, quam Ablega-

tis Civitatis Argentoratensis den Bürgern von Straßburg/ dedit apud Sambs. Herzog. *in Chron. Alsat. lib. 2. cap. 37.* Nam præter servitia Vasallatica, alia insuper onera, tàm realia quàm personalia in salutem Imperatoris & Imperii præstare coguntur. *De quibus infra Cap. 97. & seqq.* [Non abs re tamen est, quod Dominus Burgoldus, Principes, & Status immediatos adæquatè magis, Cives quam subditos Imperii appellari, admonet *in tr. de notit. Imp. R. part.* 1. *Discurs.* 23. *num.* 1. *&* 2. Et hoc latiùs quoque deducit *dict. part.* 1. *Discurs. 20. num. 18.*]

3. Proinde Princeps ac Status Imperii delinquendo in Imperatorem vel Imperium Rom. Germ. non solum *Feloniam*, sed etiam *crimen læsæ Majestatis*, committit, cujus pœna, prętet feudi privationem, pro qualitate delicti, etiam *corporalem afflictionem* adfert. *l. quis. 5. C. ad l. Jul. Majest.* Rosenth. *de feud.* 10. *concl. 35. num. 36.* Knich. *de Sax. Privileg. verb. Ducum. cap. 5. num. 343.* Limn. *4. l. P. cap.* 7. *num. 44.* Quod vera nota est, Civis aut subditi, non verò Vasalli. *Clem. Pastoralis, vers. rursus. de sent. & re judic.*

judic. Decian. *tr. crimin. lib. 7. cap. 8. n. 7.* Ant. Fab. *9. Cod. 6. def. 10.* & 11. [Dn. Bocer. *de crim. læs. Majest. cap. 1. num. 47.*]

4. Hinc Principes & Status Imperii etiam nullum territorium possidentes, quales sunt *Postgeniti*, (quos vulgò Panagiarios vocare solemus,) *les Cadets*, **die abgefundene Herrn**/ non minus crimen læsæ Majestatis commitunt, quam territorii Domini. [De modo procedendi contra immediatos Imperii Cives in crimine læsæ Majestatis & pœna Banni, Vide Dn. Burgold. *dict. tr. part. 3. Discurs. 6. per tot. Ac part.* 1. *Discurs. 7. fol. m. 221.*]

5. Quæritur: *Si Princeps aut Comes Imperij crimen læsæ Majestatis committat, quisnam eum judicare, banno notare, ac ditione sua privare possit?* Causam *in Comitiis* Imperii publicè deliberandam esse, censet Nic. Bets *de Pact. famil. illustr. fol. 448.* Donavert. inform. *fol. 142.* Præcipuè, si ex ea condemnatione, periculosi motus in Imperio oriri possint. Zieriz. *de Prærogat. Princip. 7.* Everhard. *consil. 17. tom. 2.* Cluten. *in Syllog. concl.* 20. *lit. l.* [Ideò quod totum Imperium tangit, id regulariter à toto quoque Imperio appro-

approbari debet. Dn. Limnæ *in Capit. Ferd. III. art. 30. num. 3. & 4.* Dn. Burgold. *in notit. Imper. Rom. part. 3. discurs. 6. fol. 52. & p. 2. Disc. 20. fol. 182.* Veruntamen hujus Dubii resolutionem in præsentibus Comitiis expectamus. Vide supra *cap. 20. num. 24. & 25.* Rationes dubitandi tradit Knipschilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 4. num. 77.*]

6. Aliud dubium oritur, propter Concilium Tridentinum : *Si Imperii Status Ecclesiasticus, puta Elector vel Episcopus, crimen læsæ Majestatis committat, num ab Imperatore ac Imperio puniri possit?* Quamvis hoc negent quidam ex Catholicis. *per Conc. Trid. Sess. 24. cap. 5.* Vide Tholos. 35. *Syntag. cap. 3. num. 7.* Ricc. *decis. C. A. N. 72. & in Coll. D. 1466.* Distinguit in hac quæstione Mart. Mager. *de Advoc. arm. cap. 17. num. 180.* Contrarium tamen verum est. *per Constit Imp. Friderici III. in act. Hildes. lit. GG. fol. m. 359.*] Et quidem etiam de Jure Canonico. *per c. perpendimus. X. de sent. excomm.* Præterquam, quod ex consensu Imperatoris, Clericus ad Judicem laicum trahi possit. *per Nov. 123. cap. 8.* Arnis. *in tr. de*

subj.

subj. Cler. Boc. *de Reg. cap.* 3. *num.* 102. Klock. *de Contrib. cap.* 4. *n.* 173. [Omnes namquè Episcopi & Abbates Imperii, hodierno jure & modo, propter Regalia, bona feudalia & alia ab Imperio & Imperatore jura possessa in temporalibus, ipsi Imperatori subjecti sunt, eiquè obedire tenentur. *per cap. si Vobis.* 28. *Dist.* 1. Dn. Conring. *de Episc. Germ.* Haider. *in apolog. cap.* 10. *fol.* 351. Archolog. *cap.* 15. *num.* 6. Burgold. *dict. tr. part.* 2. *Disc.* 20. *num.* 6. *fol.* 194.] Aliter censet in Episcopo, aliter in Privato. Gail. *de P. P. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. & 20. Adeò ut non tantùm feudi privatione, sed etiam corporaliter puniri possit. Vide Crus. *de indiciis p.* 1. *cap.* 64. *num.* 10.

CAPUT XCIV.

De Bello suscipiendo contra Bannitos Imperii.

[1. QUoniam cõtra Bannitos & Proscriptos Imperii Cives, justè bellum geritur. Maul. *de Pac. Publ. tit. de Banni execut.* Nec Proscripti ab Impe-

Imperatore, ab ullo Imperii Cive fovendi sunt. Gail. *2. P.P. cap.* 10. Stamm. *de servit. person. lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. *&* 3. Burgold. *dict. tr. part.* 1. *discurs.* 1. *n.* 49.] Ideò Imperii Principes & Status, Cæsaris mandato, contra *Bannitos* Imperii *Bella* suscipere obligati sunt; **Wann einem die** Execution **gegen den Aechtern anbefohlen wird. Reichs-Abschied**/ *de Anno* 1567. §. **So hätten wir.** Quo tamen casu bellum conficiunt sumptibus Imperii, si bona Banniti non sufficiant. *d.* **Reichs-Abschied**/ §. **und ob wol. Reichs-Abschied**/ *de Anno* 1520. §. **wann auch.** [Capienti enim Bannitum, Fiscus expensas solvere tenetur. *arg. l. mulier.* 6. *D. de captiv. & postlim.* Knichen. *de vestit. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 139. *Qui rationem adjicit sub num.* 140. Gail. 2. *P.P. cap.* 17.]

2. Tenentur item Imperii Status alium Statum Imperii contra *Pacis publica violatores* defendere. **R. A.** *de Anno* 1512. §. **Ob jemands. Reichs-Abschied**/ *de Anno* 1555. §. **Nachdem aber.** Nec non contra proprios *subditos rebelles* Ordinarium Magistratum tueri. **R. A.** *de Anno* 1536. §. **deßgleichen.** Reink. 2. *cl.* 2. *cap.* 2. *num.* 36.

num. 36. Cons. Marp. 28. *num.* 202. *vol.* 2. [Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 31.] Qui tamen propriis sumptibus *per mensem*, non autem ultra auxilium præstare obligati sunt. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1526. §. damit auch. Vid. Limn. 4. *I. P. cap.* 8. *num.* 250. Aliasvè (Executiones Imperii Status) suscipere tenentur; Nisi justa de causa sese excusare velint, quo casu quoque exaudiuntur. [Ordin. Camer. *part.* 3. *tit.* 49. §. ferner und nämlich. Thom. Maul. *dict. tr. tit. de Banni Execut. fol. m.* 63.] Scipio *lib.* 3. *decis.* 54.

3. Also war Hertzog Ulrich zu Würtemberg im Jahr 1504. durch Käiser Maximilian dem ersten/ dem Bund zu Hülff wider die Pfaltz zu zihen/ auffgemahnt/ welcher in dem siebenzehenden Jahr seines Alters den ersten Harnisch angelegt/ und mit 10000. zu Fuß/ und 800. zu Roß/ dem Reich in Person zu Hülff zuzoge. Sicuti Annales Würtembergici. *M. S. Stutg. in Vita Udalrici contestantur. fol.* 534.

[4. *An autem & quatenus Banni executio alio Circulo, quam ei, in quo Bannitus domicilium & bona possidet, aut ipse Status*

Status Imperii subsistit, committi & mandari possit? Graviter disputatum fuit in causa Donavertensi, cujus rationes pro & contra adfert & deducit Thom. Maul. *dict. tr. tit. de Execut. bann. fol. m. 64. Negativam* opinionem sustinet Gail. 2. *P. P. cap.* 17. *num.* 4. & 5.]

Caput XCV.

De Personali Comparitione ad Comitia.

1. PRincipes & Status Imperii vocati ad Comitia, regulariter propter negotii gravitatem *Personaliter* comparere debent, tanquam Imperii ac Imperatoris Consilarii. *A. B. tit.* 12. §. 2. & *tit.* 24. **Reichs-Abschied**/ *de Anno* 1576. §. **Wann dann auch.** ibi: **Sie seind schuldig gehorsamlich zu erscheinen.** Comparent autem Status Imperii *propriis sumptibus.* **R. A.** *de Anno* 1512. §. **Nachdem die Chur-Fürsten.** & *de An.* 1545. §. **dem allem nach.** §. **dieweil aber.** [Arumæ *de Comit. cap.* 5. *num.* 86.

2. Quandoque autem, Principes & Status

Status Imperii, ut in Comitiis compareant, Litteris Imperialibus jubentur, *per verba.* **ernstlich befehlende.** Dn. Cancell. Schüz. *1. I.P. Disput. 10. posit. 8. lit. F. ac posit. 9. lit. A.*] Si tamen justa aliqua causa, personalem eorum præsentiam impediat, *per suos Ablegatos* comparere possunt. **Reichs-Abschied**/ *de Anno* 1542. §. **Auff welchem Reichs Tag.** Rümelin. *2. ad A. B. dissert. 3. concl. 12. Vbi addit. mea.* Arum. *ad A. B. dissert. 5. th. 15. ac de Comit. cap. 5. num. 41.* Limn. *4. I.P. cap. 7. n. 45.* Quo casu absentiæ suæ *causas idoneas* exponere debent, quare personaliter non comparuerint. **R. A.** *de Anno* 1512. §. **Es soll auch.** *ibi* : **Wo sie in eigener Person zu erscheinen redliche Hinderung hetten/ die Sie bey ihrem Glauben/ mit Brieff und Siegel betheuren sollen.** Reink. *1. cl. 5. cap. 8. num. 42.* [Dn. Schüz. *1. I. P. disput. 10. lit. H.* Quod aliquatenus probari quoque potest, ex traditis Arumæ. *de Comit. cap.* 16. *num.* 12. [Hoc tamen in Civitatibus Imperii *limitat Dn. Knipschilt*, adeò ut, earum comparitionem in Comitiis non necessitatis, sed liberi arbitrii esse, asserat *in tr. de Civit. Imp. lib. 3. c. 24. num. 16.*]

 3. Prin-

3. Principibus & Statibus autem ad Comitia vocatis non comparentibus *alia pœna* indicta non est, nisi quod quilibet emaneat, *suo damno*, ac absentes præsentium Constitutionibus ligentur. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1512. §. Es sollen auch. Rümelin. *ad A. B. part. 2. dissert. concl. 12.* Arum. *ad Comit. cap. 5. num. 41.* Dn. Stamler. *de reserv. §. 30. n. 9.* [Quod enim major pars decrevit, non minus absentes quàm præsentes ligat. *l. nominationum. 45. ibi: duæ partes. C. de Decurion.* Dn. Cancell. Schüz. *1. I.P. Disput. 10. posit. 9. lit. E.* Vide *supra cap. 15. n.* 18. De majoritate Votorum adi Burgold. *dict. tr. part. 2. Disc. 19. n. 9. ac part. 3. Discurs. 10.*]

[3. B. Quid verò, *si non major pars Principum & Statuum Imperii compareat?* Aliud dicendum erit, *per l. 3. D. de decret. ab Ordin.* ac secundum ea quæ tradit Limn. *4. I.P. cap. 7. n. 46.* [Addit. meæ *ad Rümelin. 2. Dissert. 3. posit. 13.* Dn. Heerwart. *dissert. de plural. votor. num. 190. & num. 284.* Aliter censet Dn. Stamler. *dict. §. 30. num.* 11. *& 12.*]

4. Quæritur autem: *An Imperator Status Imperii ita vocare possit ad Comitia,*

ut

ut sub certa aliqua pœna personaliter compareant? Respondetur; Si res arduæ adsint, responderi potest, *quod Sic, per* R. A. *de Anno* 1545. §. und seind: ibi: daß Sie ohne Ihre Persöhnliche Gegenwart nicht wol können verglichen werden. Reichs-Abschied *de Anno* 1546. §. dieweil wir. Si quidem Principum ac Statuum Imperii *personalis Industria*, ab Imperatore electa & obligata censetur, etiam in consilio dando, ideò obligatio personaliter adimplenda est. §. *quia.* 2. *f.* 6. Reichs-Abschied / *de Anno* 1576. §. wann dem. *l. inter artifices.* 31. *D. de solut.* Gail. 1. *Observ.* 97. *num.* 2. *Vbi* Græv. Limnæ. *lib.* 9. *I. P. cap.* 1. *n.* 98. [Addit. *meæ. ad Rümel. A. B.* 2. *Dissert.* 3. *posit.* 11. Dn. Stamler. *de reserv. Imper.* §. 28. *Qui contrariis respondet sub num.* 8.] Quamvis aliter censeat Bertram. *de Comit. apud Arum. conclus.* 52. [Wurmser, 7. *I. P. Quæst.* 6.]

5. *Quod declaro*, si in Imperio Romano pacata & quieta sunt omnia, secus si *turbidus rerum Status* non patiatur Principem egredi Provinciam; Quo sensu percipio Rümelinum. 2. *ad A. B. differt.* 3. *conclus.* 11. Bertram. *de Comit.*

th 52. *Aut* personalis qualitas vel Imperatoris Privilegium aliud velit. Unde *Civitas Imperialis* aut *Abbatissa* non tenentur addere rationem personalis absentiæ. Limn. *9. l. P. cap.* 1. *num.* 105. & 106. Ac singulare Privilegium prætendit *Bohemiæ Rex*. Goldast in Reichs-Versamlungen. *fol. 30.* Carpzov. *de Capitul. cap. 5. sent. 3. num. 15.* Arum. *de Comit. cap. 3. num. 40.*

Caput XCVI.

Principes & Status Imperii sunt quoque Consiliarii Imperii & Imperatoris.

1. Quoniam Principes & Status Imperii obligati sunt negotia Imperii in Comitiis *summa cum diligentia* perpendere. Reichs-Abschied/ de *Anno* 1585. wann dann die Chur-Fürstliche/ Ibi: Sie sich schuldig erkennen deß Heil. Römischen Reichs fürfallende Sachen mit Fleiß zu berathschlagen. [Ideò meritò Imperatoris & Imperii Consiliarii dici possunt, adeò ut in Comitiis Consiliariorum

riorum munere fungantur. Reinking. *1. cl.5 cap. 6. n. 4. & passim.* Limnæ. *9. I.P. cap. 1. num.* 93.] Quam præeminentiam Proceres Imperii ab Imperatore *Carolo Magno* ob strenuè navatam operam militarem obtinuerunt Is enim devictis Saxonibus in Comitiis Germaniæ *Anno DCCLXXVII. Paderbrunni* celebratis, Nobilibus Francis & Germanis, hoc Privilegium dedit, ut Regibus Germaniæ publico nomine in posterum consulant, apud Goldast. *Constitut. Imperial. latin. tom.* 3 *fol. m.* 120.

2. Proinde illi Imperatoris ac Imperii Consiliarii etiam hodiè adhuc dum, & quidem meritò dicuntur, ac tales existunt. *A. B. tit.* 24. [*in pr. ibi: ipsi pars corporis nostri*] Siquidem assumpti sunt ab Imperatore in participationem & solicitudinem summi Imperii. Carpzov. *in Capitul. cap.* 1. *num.* 24 Adeò ut *συναρχόντων* locum in Comitiis obtineant. Paurmeist. *de Iurisd. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 63. [Nec Principes & Status Imperii, nudi tantum sunt Consiliarii, sed simul suffraganei, qui in Comitiis non consilium tantùm, sed etiam suffragium

 ferunt;

ferunt, Quod *contra* Dn. Reinking. & Dn. Stamler. *latiùs deducit* Dn. Burgold. *dict. tr. part. 3. Disc. 2. num.* 1. Id quod ex litteris evocatoriis ad Comitia patescit, verba: zu ratschlagen/ zu handlen und zu schliessen. Dn. Canc. Schuz. 1. *I.P. Disput.* 10. *posit. 3. lit. E.*]

3. Horum namquè personæ industria non tantùm ut Vasalli in auxilio ferendo, sed etiam ut *Consiliarÿ* in consilio dando electa censetur *arg. §. sed quia.* 2. *feud.* 6. Rosenth. *de feud. cap. 8. concl. 4. n.* 2. Borin. *d. Cavalcat. part. 2. cap. 2. §. 6. & cap. 4. §. 7.* Limn. *9. I.P. cap.* 1. *n. 98.*

4. Hoc insuper addito, quod non tantùm *in Comitiis* astricti sunt, Imperii utilitatem consultando promovere, sed etiam *extra Comitia*, si quid præsciverint, quod in præjudicium Imperatoris ac Imperii vergat, revelare tenentur, juxta *formam juramenti* fidelitatis, in verbis: Ihr Käiserl. Majest. dessen unverzugenlich warnen. Warem. ab Ehrenb. *de fæder. lib.* 2. *cap.* 1. 61.

5. Eodem mtodo Imperii Principes & Statu s è Comiiis, nisi præmissis Curialibus ac *Licentia abeundi* ab Imperatore

tore impetrata, discedere nequeunt. *Ad quam civilitatem* reverentia Imperatori debita quemlibet Principem & Statum obligat: *quod* & sine gravi Imperatoris indignatione à nemine prætermitti potest. R. A. *de An.* 1546. §. **dieweil wir aber.** R. A. *de Anno* 1530. Arum. *de Comit. cap.* 8. *num.* 180. [Canc. Schuz. *dict. disput.* 10. *posit.* 15. *in fine.* Ita Carolus V. abitum *Philippi Landgravii* Hassiæ, aliorumque Ablegatorum è Comitiis Ratisbonensibus, sinè prævia Imperatoris licentia ægerrimè tulit. R. A. *de Anno* 1546. Sleid. *lib.* 7. *histor.* Limn. 9. *l. P. cap.* 1. *n.* 225.

Caput XCVII.

De Solutione Collectarum Imperialium. i. e. **Reichs Steur.**

[1. Sicuti nec privata bona salva esse possunt, destitutâ rerum gerendarum nervo Republicâ; Ita nullum quoque Imperium tributis non collatis salvum esse potuit. *Novell.* 149. *cap.* 1. *ac Nov.* 161. *cap.* 2. Hæc sunt ornamenta

pacis & subsidia belli, sicuti ea à Cicerone appellantur *in Orat. pro L. Manil.* Besold *in tr. de ærar. cap.* 1. *num.* 6. Joach. Eichman. *de jur. detract. posit.* 1. *membr.* 1. *apud Fritsch. E. I. P.* 3.

2. Ex qua causa & ratione, Principes & Status Imperii, emergente publica necessitate, Imperatori Rom. Germ. in adjutorium Imperii *Pecuniaria subsidia*, Reichs Hülff / Reichs Anlag und Steur / præstare obligati sunt. Reichs-Abschied / *de Anno* 1542. §. und nachdem. Dann Sie seind deß Reichs Hülff gehörige R. A. *de Anno* 1544. §. und damit nur. *arg. l.* 2. *C. de quib. mun. nem. lic. c. un.* 2. *feud.* 56. Mod. Pistor. *lib.* 2. *cons.* 9. *num.* 8. Bocer. *de Collect. cap.* 2. Reink. 1. *cl.* 5. *cap.* 4. *num.* 200. Besold *in thes. Pr. v.* Reichs-Anlag. Limn. 4. *I. P. cap.* 7. *num* 51. [Besold. *de ærar. cap.* 5. *num.* 49. Dn. Knipschilt. *de Civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 19.]

3. Collecta autem Imperii *in duplici est differentia.* Constitutione Maximiliani I. Imperat. introductus fuit in Imperio Romano Germanico, *Denarius Communis*, der gemeine Pfenning / quem quilibet Imperii Civis & subditus sivè mediatus

tus sivè immediatus Cæsari solvere obligatus erat, eumq; exigebat deß Reichs-Pfenning-Meister. Reichs-Abschied / *de Anno* 1494. & 1542. Wehn. *in Obs. verb.* Schatzung. Arum. *de Comit. cap. 8. n. 33.* Klock. *de Contribut. cap.* 17. *num.* 160. Limnæ. *in Addit. 4. I. P. cap. 7. num. 54.*

[3. B. Quæ collecta communiter *Capitatio* vocatur ; dum ea viritim, in singula personarum capita à Fiscali numerata, non inspectâ patrimonii quantitate, indicitur. *tot. tit. C. de capitat. civi. lib.* 11. Hujus capitalis tributi mentionem facit Cicer. *lib. 3. Epist. famil. 8.* Ac de cujus æquitate Vide Lips. *lib. 2. admirand. cap. 3.* Besold. *de ærar. cap. 4.* §. 18. *vers. 3.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 19. per tot.*]

4. Successu temporis *alia Collecta Imperialis* invalescere cepit, [Quæ per *jugationem* indicitur, ac ipsis jugeribus, seu facultatibus patrimonii imponitur; Nam humanum magis est, tributa pro modo fructuum & redituum addicere. Ita quoquè *Plato*, maximè tributum illud probat, quod ex cujusque censu & fructibus annuis solvitur. Plat. *de republ.*

lib. 12. Ac iniquum foret, *juxta Diocletianum*, quemquam ultra rerum possessarum modum gravare. *in l. indictiones. 3. C. de ann. & trib. lib.* 10. Besold. *dict. tr. cap. 4. num.* 18. *vers.* 1.]

5. Hæc Collecta Principibus & Statibus Imperii imponitur *per modum Executionis*, ut eam vicissim à subditis suis subcollectando exigant; quæ Collecta plerunque sub titulo **der Römer-Monat**/venit. [Dum cuilibet Principi ac Statui Imperii certus numerus, juxta quantitatem in Imperii matricula definitam, assignatur. Modest. Pistor. *cons.* 4. Boc. *de Collect. cap.* 2. Arum. *de Comit. cap. 8. n. 37. & seqq.* Klock. *d. tr. cap.* 1. *num.* 224.

[5. B. Hæc collectæ species in locum *sequelæ Imperialis* **deß Römerzugs**/ successit; vigore cujus, juxta Constitutionem Imper: Caroli Crassi, quilibet Imperii Princeps Imperatorem Romam euntem, certo militum numero, propriis sumptibus sequi, & concomitari obligatus fuerat. Meichsner. *2. decis. lib. 1. decis. 6. num. 64. fol. m.* 629. Freher. *in*

in disc. de expedit. Rom. fol. 10. Höppingk. *d. jur. insign. cap. 2. n. 804.*]

6. Indicitur autem Collecta Imperialis ab Imperatore toties, quoties Imperii necessitas & utilitas exigit, *cum consensu Electorum*, Principum & Statuum Imperii, quo per Capitulationem se astringit. *Capitul. Ferdin. III. art. 14.* D. Bocer. *de Collect. cap. 2. num. 8.* Reink. *1. cl. 5. cap. 4. num.* 207. Carpzov. *de Leg. reg. Germ. cap. 8. sect. 5. & 6.*

7. Veruntamen, cum præteritis temporibus Collectarum Imperialium indictio à quibusdam belli Ducibus passim *in abusum* raperetur, **und in Zeit wehrenden leidigen Kriegs-Wesens in Ansetzung der Reichs-Steuren/ das löbliche alte Herkommen vielfältig überschritten worden.** Ideò constitutum in Capitulatione Imperatoris *Ferdinandi III. art. 14.* Ne eæ aliter nisi in Comitiis Imperialibus & Circularibus, **auff Reichs- und Creiß-Tägen/** indicentur. Vide Dn. Limn. *in Capitul. ad dict. art.* 14. *Verb* **Creiß.** *& Verb.* **vielfältig.**

8. Attamen & hoc *in Instrumento Pacis* clarius repetitum, ac sepositis Conventibus

ventibus Circularibus, ſimul decretum ne Tributa Imperialia aliter niſi *de Comitiali* liberoq́; omnium Imperii Principum & Statuum ſuffragio & conſenſu fiant. *Inſtrum. Pac. art. 8. §. Gaudeant.* [Dn. Burgold. *in notit. Imp. part. 3. Diſc. 7. num. 3.*]

[9. Sanè, Principes & Status Imperii & olim diſceptabant, & in hunc usq́; diem, diſceptant; *Vtrum in Collectis Imperialibus, vota majora obtinere debeant?* Hujus Quæſtionis deciſio *in Inſtr. Pac. art. 5. §. 19.* ad proxima Comitia remiſſa quidem, ſed in Comitiis *An. 1655. Ratiſpona* habitis, indeciſa permanſit; Ac an durantibus præſentibus Comitiis decidenda veniat, in ambiguo eſt. *Pro majoritate votorum*, contra meas Additiones ad Rümelin. *2. diſcurs. 3. A. B. poſit. 20. lit. B.* concludit Dn. Stamler. *de reſerv. §. 30. num. 7.* ante eum Klock. *de contribut. cap. 6.* contra eum, Socer ejus Dn. Cancell. Schuz. *1. I. P. diſp. 10. th. 15. lit. A.* Juxta vulgatum illud; **daß keiner auff deß andern Seel oder Seckel votieren könne.** Dn. Limn *in addit. lib. 9. cap. 1. num. 182. Alÿ* diſtinguunt inter collectas

volun-

voluntarias & necessarias; Eichman. *de jur.detract.posit.10.lit.B.* Quæ distinctio non placet Dn. Burgold, *part.2.Discurs.19.in fin. & per tot.* Sanè, opinioni Dn. Schüz & Limnæ. tamdiu insistendum esse videtur, donec in Comitiis aliud statuatur; cum.Dn.Heerwart *in dissert. de pluralit. votor. num.294.* Adjecta tamen Declaratione, si Imperii Status supra facultates suas obligaretur: Quo casu S. Cæsareæ Majestatis Augustum officium implorandum erit. *num.321.*]

10. *Iusta & urgentes Causæ, Collectas Imperiales concedendi sunt* plerumque **Bau-Kosten der Gräntz-Häuser**; ad conservandum Regimen Imperii; In Usum Cameræ Imperialis; contra hostes Imperii, **als Türcken-Hülff**/ Legationum causa in utilitatem Imperii, pro expeditione Romana (cujus fit mentio *in. c. un. 2.f.24.*) **der Römer-Zug**. Vide Ruland. *de Commiss. p.4. lib.2. cap.6.n.19.* Klock. *de Contribut. cap.1.num.225.* [latè Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib.2.cap.17. num.70.& seqq.*]

11. Indicitur autem collecta Imperii, unicuique Statuum Imperii secundum

cundum modum & quantitatem in matricula Imperii, taxatam & definitam: Nach deß Reichs Anschlags-Matricul, und nachdem Römer-Zug. Pro obtinenda enim olim coronatione Pontificia, quilibet Princeps & Status Imperii, Imperatorem euntem in Italiam, seu (*ut veteres Historici, præsertim Vrspergensis*, loquuntur) *transalpizantem*, quasi dicas *Alpes* transcendentem, [cum suis Vasallis & hominibus comitari obligati erant. De quo sequentia *in Speculo Suevico*: Wann die Teutschen ein Künig welen/ und der zu Rom nach der Wyhe fert/ die Fürsten synt schüldig mit Im zu fahren/ die ihn erkohren habent zu einem Künig. Auch sollen andere Fürsten und alle Fryherrn mit Im faren/ der Er gebeütet: und hat ein Mann deß Ryches Gut zu einem Lehen verlihen/ andern Leuten/ die nötet Er wol mit fahren/ in deß Ryches Dienst mit Recht. Schwaben Spieg. *part. 2. cap. 8.* Quod convenit cum Weichbild. Sax. *cap. 4. in med.* Vide Gunther. *in Ligurin. lib. 2. num.* 35.]

[12. Ne autem vires Imperatoris & Imperii in incerto essent, ideò Comitatus iste

tus iste ad *viginti millia peditum, & quatuor mille equitum per sex menses* alendum definitus fuit, assignatâ cuilibet Statui Imperii sigillatim sua quotâ & pecuniariè definitâ; & in certum Imperii Album redactâ.] computãdo *pro equite 12. pro pedite 4. aureos Rhenenses.* Reichs-Abschied / *de Anno* 1521. §. Auch haben uns. §. haben wir uns. Reink. *1. cl. 3. cap. 8. n. 28.* Limn. *2. I. P. cap. 4. n. 106.* Casp. Klock. *de Contrib. cap.* 1. *num.* 171. [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 17. *num.* 71.]

13. Quæ expeditio quamvis & ante & post *Carolum V.* ab Imperatoribus omissa fuerit, summa tamen in Matricula Imperii taxata, à Principibus & Statibus in casu necessitatis præstanda mansit. Arum. *de Comit. cap. 8. num.* 38. *& 46.* Klock. *d. cap.* 1. *num. 191.* Hanc matriculam Vide apud Dn. Limn. *4. I. P. cap. 7. num. 66.* & Wurffbein. *in Relat. histor. 3. p. 9.* [De rectificanda autem matricula, ac quod collecta Imperialis, secundum vires patrimonii *præsentis* non *præteriti* imponenda sit, considerando fructus & reditus, quos quilibet Imperii Status percipit, *per l. forma.* 4. §. 1.

§. 1. *ibi: delato modo, ex certis causis frui non possit. D. de censib.* tradit. Limnæ. *ad Capitul. Ferdin. III. art. 14. Verb.* vielfaltig. *num. 9.* Burgold. *part. 3. Discurs. 7. n. 3.*]

14. Hæc indictio seu Collecta si augetur, vocatur *Superindictio*, doppelte Schatzung. Sin minuatur, ein halber Römer-Zug: Ideò ut ea pro lubitu & liberalitate Principum & Statuum Imperii, *Vel secundum præsentem* necessitatem, in hac vel illa quantitate & qualitate ad tot, *vel* tot menses zu 100. zu 60. zu 20. Römer-Monat decernatur. Quandoque autem ob promptam defensionem Imperii collecta hæc deß Römerzugs/ Militem ipsum requirit, nec in pecunia præstari potest; da solche Reichs-Hülff in Munition und Leuten bestehen muß. Nec non, ut expertes belli Duces mittantur. R. A. *de Anno* 1521. §. Item haben wir uns. R. A. *de Anno* 1542. §. in solchem Speyrischen. [Et hoc juxta formam & modum Comitialis conventionis.]

15. Cæterum solebant olim Principes & Status Imperii Collectas imperiales solvere, ex proventibus Cameræ. R. A. *de Anno* 1542. §. und nach dem. & §.

Es

Es sollen auch. Mod. Pistor. *conf. 4. n. 2. lib. 2.* Dn. Bocer. *de Collect. c. 2. num.* 10. Cöppen. *Observ. feud. 4. num.* 32. Postea electio eis concessa fuit, illas à subditis sub collectando exigere. Es stehet ihnen frey / Ihre Unterthanen damit zu belegen. Reichs-Abschied / *de An.* 1566. §. dieweil nun diese. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 14. n. 129.* Frid. 2. *de mandat. cap. 44. num. 4.* Reink. *d. cl. 5. cap. 4. num.* 313. [latiùs Dn. Limnæ. *4. l. P. cap. 7. num. 51.* Dn. Knipschilt. *dict. lib. 2. cap. 17. num. 90.*]

16. Quæritur autem: *An Princeps Imperij, Vasallum suum ratione Feudi, collectis Imperialibus onerare possit?* Distinctione hoc dubium, scilicet; An Dominus in pago feudali, *Ius omnimodæ superioritatis* & consequenter jus Collectarum, sibi reservârit, nec ne, resolvitur, apud Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 78. lit. c.* Klock. *tr. de Contrib. cap.* 14. *sect. 2. n.* 28. Bocer. *de Collect. cap. 4. n.* 12. [Bidenbach. *quæst. Nobil. 18.* Dissentit Heig. *1. Quæst.* 18. *num.* 23.]

17. Cæterum, disputatur sæpiùs in Imperio Romano Germanico; *An Possessor Dynastiæ Imperio immediatè subjectæ*

jure Antichriseos, mit Pfand Schillings-Recht/ *interim Collectas Imperij solvere teneatur*? Sanè non Possessorem, *sed proprietatis Dominum* hoc onus sustinere debere, & Juri & æquitati consentaneum est. Quoniam solutio Collectarum, & rei tributariæ adscriptio, pertinet ad Dominum prædii, suntque effectus Dominii, sicuti singulariter scribit Butrigar *in l. cum notissimi. C. de præscript. 30. annor.* Ac quantum ad Jus Dominii, & illius effectus, Debitor intelligitur per Creditorem, civiliter & naturaliter possidere: Ast quantum ad Jus hypothecæ & illius effectus, Creditor censetur naturaliter & civiliter pignus possidere. *per l. pignoris. D. de Usucap. d. l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de præscript. 30. ann. l. sciendum. §. creditor. D. qui Satisdar. cog.* Ita Festas. *tr. de æstim. part. 2. cap. 1. num. 38.* Ægid. Thomat. *de Collect.* in terminis Creditoris loquens. *fol. m. 505. & seqq.* Ac ita decisum fuisse in supremo Parlamento Aquisgranensi, multis rationibus corroborat Francisc. de Clapperiis. *caus. 98. quæst. decis. 2. per tot.* Quamvis dissentiat Klock. *de Contribut. cap. 11.*
num.

num. 209. Carpzov. *in Respons. lib.* 1. *tit.* 10. *Respons.* 105. *num.* 10. *& seqq.* [Vide Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 128. *num.* 4.]

18. Quod *Ampliando*, in tantum verum est, ut onus collectarum pertineat ad *Debitorem*, tanquam Dominum rei pignoratæ, adeò, ut si Creditor possidens prædium Jure hypothecæ, collectas solverit, eas à debitore repetere possit. *per l. suum. C. de pignor. & hypothec. l. inter debitor. D. de Pactis.* Festas *dict. tr. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 39. Fr. de Clapperiis. *dict. quæst.* 2. *num.* 7. *in fin.*

[19. Additâ tamen hac *Declaratione*; Modo collectæ istæ sint *graves* & toti prædio imponantur; Secus erit, si sint *modica*, ac Creditori intuitu fructuum percipiendorum imponantur, adeò ut æquitas ipsa dictitet, ipsum Creditorem respectu fructuum aliquid solvere debere. Surd. *de aliment. tit.* 4. *Quæst.* 16. *num.* 13. Castill. *de Vsufr. cap.* 56. *num.* 18. Gratian. *discept. for. cap.* 294. *num.* 20. De Herede Fidecommissario collectas solvente, vide Dn. Knipschilt. *de fidecommiss. cap.* 12. *num.* 44. *&* 47.]

20. Hoc tamen observandum est, quod *Nobiles Imperii immediati* Collectas Imperii quoque solvant; Ast determinatam quantitatem non habeant: Sondern geben eine freywillige Hülff ūd Reichs-Steur/ und schütten dieselben in die Ritters-Truchen ein. Reichs-Abschied/ *de An.* 1550. §. wer oder an Unser Statt. Johan. Cöppen. *Observ. feud. 4. num.* 32. [Mynsing. *decad.* 15. *respons.* 1. *num.* 33. Adi omninò Dn. Kreidenman. *de nobilit. Imp. immed. Quæst.* 1. *num.* 85. *Et ejusdem Generum* Dn. Knipschilt. *de præced. equest. Ord. Q.* 2. *num.* 153.]

21. Cæterùm, ab Imperii Collectis sivè *Turcicis*, sivè aliis ad imperii defensionem pertinentibus, nullus omninò Imperii Princeps aut Status, sivè Ecclesiasticus, sivè secularis *immunis & exemptus est.* Reichs-Abschied zu Speyr/ *de An.* 1544. Ubi dispositum legimus, quod omnes omninò, etiam privilegiati, Collectas Turcicas solvere teneantur. *arg. l. 2. C. de quib. muner. nemo.* Quo facit Reichs-Abschied/ *de Anno* 1549. §. nachdem nun die vorgesetzte. [R. A. *de Anno* 1603. §. nachdem. Quo omnibus omninò con-

conventionibus & exemptionibus contrarium itum est.] Bocer. *de jur. Collect. cap. 4. num. 17.* imprimis Besold *in Thes. Pract. Verb.* Türcken-Steur. *45.* [Et hoc adeò verum est, ut etiam ipse Imperator de Bonis & ditionibus suis; quas tanquam Princeps Imperii possidet, contribuere teneatur. *l. rem privatam. C. de privil. dom. aug.* Thoming. *decis. 55. num. 21.* Rövenstrunck *de contrib. num. 95.*]

22. De aliis Imperii Collectis, unum vel alterum Imperii Principem & Statum, immunitatem & exemptionem habere posse, arguere videtur, R. A. zu Augspurg/ *de An.* 1548. Ac Reichs-Abschied/ *de Anno* 1555. Ubi statuitur, ut ij qui virtute sui Privilegii, immunes sint ab onere Collectarum, non collectentur. Dn. Bocer. *dict. cap. 4. num.* 17. Modò Privilegium specialiter immunitatem à Collectis Imperialibus attribuat. De quo casu intelligi posse videtur Mynsing. *4. Observ. 70.* D. Bocer. *de Collectis cap.* 11. *num. 50.* Vide tamen Klock. *de contribut. cap.* 16. *sect.* 1. *num.* 112. [Jacob. Blumen. *in Process. Camer. tit. 30. num. 13.*]

23. Hoc ſanè controvertitur; *An Imperatori fas ſit, immunitatem à Collectis Turcicis indulgere?* Ac communiter reſpondetur, *Quod non.* Quoniam remiſſio harum contributionum, univerſo præjudicat Imperio: Jura enim Regia non ſolum pro ſuſtenſtatione Regis, ſed ad onera quoque ſupportanda deſtinata ſunt. Quo facit. R. A. *de Anno* 1582. §. 14. ibi: dieweil den. Andr. Gail. 2. *Obſ.* 52. *num.* 26. & 27. Dn. m. Bocer. *dict. tr. cap.* 11. *n.* 50. Caſpar. Klock. *de Contrib. cap.* 16. *ſect.* 1. *num.* 39. & *ſeqq.* [Diſſentit Quetta *conſil.* 26. *num.* 1. Tilem. de Benign. *Syntagm.* 1. *deciſ.* 2. *vot.* 3. *Addita Limitatione,* Niſi propter notoriam impoſſibilitatem, collecta Turcica vel Imperialis ad tempus, uni vel alteri Statui remittenda ſit. Dn. Limnæ. 4. *I. P. c.* 7. *num.* 55 & 56.]

24. Ulterius etiam hoc quæritur; *An immunitas conceſſa ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis,* und wie die Namen haben möchten; *locum habeat quoq; in Collectis ob caſum inſolitum indictis, vel in collectis Turcicis?* Ac communiter reſpondetur, *Quod Non.* Quoniam omnis

omnis immunitas ad casum solitum restringi solet; Quemadmodũ is, qui recipit ex pacto in se casum fortuitum, non intelligitur cogitâsse de casu insolito. *per l. jubemus. C. de Sacros. Eccl. l. ad instructiones. C. eod. tit.* Cacheran. *decis. 36.* Gail. *2. Obs. 52. n. 28.* [Præsertim cum naturale sit, ut quotiescunque periculum commune est, eo in casu onus quoquè commune esse debet. *l. 1. C. de muner. publ.* Maul. *de homag. tit. 9. num. 55. & 128.*] Klock. *de Contribut. cap. 16. sect. 1. num. 109. & passim.*

25. Quod si quispiam Principum & Statuum Imperii in solutione Collectarum *morosus* existat, *Camera Imperialis* mandata ad pœnam dupli, contra eos decernit. *arg. l. f. §. divi. D. de public. & Vectig.* R. A. *de Anno* 1566. **dargegen haben.** [R. A. *de Anno* 1570. §. **Es sollen auch.**] Forster. *in Process. Cam. tit. 10.* Bocer. *de Collect. cap. 13. n. 9.* Klock. *tr. de Contribut. cap. 18. num. 129.* [Quod de novo confirmatum fuit in R. A. *de Anno* 1654. §. **wurde aber.** 10] Quid si ille ulterius contumax esse perseveraverit? *privatione bonorum vel Regalium*, imò

etiam proscriptionis pœnâ coerceri potest. R.A. *de Anno* 1594. §. da aber einiger. Klock. *cap.* 18. *n.* 85. *& cap.* 19. *n.* 5. Bocer. *d Collect. cap.* 13. *n.* 10 Frider. 2. *d. mandat. cap.* 67. *n.* 7. [Quo tamen casu Status Imperii morosus, ante condemnationem citari debet, ad videndum se in pœnam declarari. R.A. *de An.* 1594. §. und damit. Dn. Mevius *ad Ius Lubec. part.* 2. *tit.* 3. *art.* 3. *n.* 24. Dn. Blumen. *dict. tit.* 30. *n.* 17.]

[26. Quæritur autem; *An Camera Imperialis, Statum Imperij morosum in solvendis collectis Imperialibus, absq; Imperatoris præscitu & mandato, Banno notare possit?* Affirmat hoc Klock. *dict. tr. cap.* 18. *num.* 141 *ac latius cap.* 29. *num.* 5. *& seqq.* Dn. Blumen. *dict. Pr. Camer. tit.* 25. *num.* 29. Negat hoc Petr. Heig. 1. *Q.* 9. *num.* 14. Placet mihi *Distinctio* inter Banni declarationem; Et Banni executionem; Quæ arridet quoque Mynsingero *cent.* 58. *num.* 9.]

27. Sanè claudat hoc Caput præsens Quæstio; *An is, qui immunitatem habet à Collecta provinciali, exemptus quoq; sit à Collecta Imperiali?* Ac respondemus, *Quod non.* Quoniam hæ collectæ sunt species

ſpecies ſeparatæ; Separatorum autem ſeparata eſt ratio. *l. fin. D. de calumniat.* Nam etiam is, qui Privilegio contributionis Imperialis gaudet, exindè ſtatim immunitatem à Collectis provincialib⁹ prætendere non poteſt. Modeſt. Piſtor. *conſ.* 4. *num.* 5. *& ſeqq. lib.* 2. Dn. Bocer. *de Collect. cap.* 4. *num.* 23. Klock. *de Contrib. cap.* 4. *num.* 336.

CAPUT XCVIII.

Principes & Status Imperii pro Imperio militare obligati ſunt.

[I. QUod *C. Iulius Cæſar*, apud *Dionem*, olim deprædicabat; *Duas* ſcilicet *res* eſſe, quibus quæratur, conſervetur & augeatur Potentia; *Milites & Pecuniam*; Nam & ſuppeditatione rerum neceſſariarum exercitus contineri, & eam armis parari, alteroque deficiente, reliquum ſimul concidere. Dio. Caſs. *hiſtor. lib.* 42. Hoc Veteris Germanici Imperii Structores probè quoque conſiderârunt.]

2. Unde sine dubio provenit, ut præter alia onera, Principes & Imperii Status, utpote Cives & Vasalli Imperii, ab Imperatore *ad Heeribannum* vocati, pro salute & utilitate Imperii Romani-Germanici, *Servitia quoq; militaria* præstent, expeditionesq; in hostes suscipiãt; adeò quidem, ut excubias agere, equis & armis pro Imperatore & Imperio pugnare astricti sint, **umb dero Landen und Lehen getreulich zu verdienen/** id quod juxta investituræ tenorem, præstare tenentur. *arg. c. un. in pr. 2. feud. 28. l. qui cum* 4. §. 10. *D. de re milit.* Rosenth. *de feud. cap. 8. concl. 4.* Borin. *de Cavalcat. p. 3. cap. 2.* Cöppen. *Observ. feud. 6. num. 39.* Frize *de nobil. thes. 9. lit. c.*

[3. Vestigia hujus evocationis militaris in antiquis Germaniæ legibus reperiuntur: Veluti *in leg. Longobard. 2. Verb.* Banniri ad Placitum. *lib. 2. tit. 42.* Apud *Fredegariũ* Scholasticum, *Gregorij Turonensis*, legimus; Exercitum in auxilium Sisenandi, totum Regnum Burgundiæ bannire præcepit. *cap. 73. fol. m.* 144. Tale proclama evocatorium, *Heeribannum* vocabatur *in l. 13. Cod. Longob. tit.*

tit. 14. *lib*. 1. Capit. *Carol. M. lib*. 3. *tit*. 14. Ac quilibet Imperii Vasallus sub certo sibi competenti Labaro, unter seinem gebührenden Heerschilt/militare. (*De quo Specul. Suevic. lib*. 1. *cap*. 7.) Und seine schuldige Heerfart seu injunctam expeditionem peragere astrictus erat. *dict. Specul. Suev. lib*. 2. *cap*. 8.]

4. Sicuti enim præcipua Principum & Statuum Imperii varia Jura [& privilegia, ob præstitas tam egregias per militarem virtutem, operas, in fundãdo Imperio Rom. Germanico.] *à Carolo Magno* Imperatore obtinuerunt; Ita hoc militandi onus ex eodem fonte profluxit; [juxta Recessum Imperii An. 777. Padebrunni latum, apud Goldast. *tom*. 3. *Constit. Latin. fol. m*. 120. Annal. Franc. *append. Aimoini. lib*. 5. *fol*. 340.] Qui præter alia, insuper etiam hoc constituit; Ut omnis homo *de duodecim mansis*, *Bruniam* habeat, ac cum debita armatura in hostem pergat; apud Goldast. *Constit. Imp. latin. Tom*. 3. *fol. m*. 156. *cap*. 6.

5. Proinde Principes & Status, in *matriculam* Imperii inscripti ac in numerum *Vasallorum, Imperiiq́ militum* recepti

cepti sunt, ut pro Imperio perpetuò militent: Quo intuitu (more Romanorum) Imperio semper militare dicuntur. *arg.l.ex eo.42.D.de testam.mil.* Gail. *2. Observ.127.num.9.* Knich. *de Iur. territ.cap.1.num.161.* Limn. *4.I.P.cap. 8.num.141.* Exinde etiam militaria habent Privilegia. Baro Enenck. *de Privileg. milit. lib.1.cap.6.num.13.*

6. Præstant autem Imperii Principes & Status, hæc servitia Vasallatica [si militaris opera personaliter non exigitur, aut in persona propter impedimenta præstari nequit,] quandoque *Hostenditiis*, vulgò Osten-Dienst/ hoc est, solvendo contributiones Imperii, die Heer-Steur. *De quo in §. si milit. 2. feud. 40.* Schneid. *de feud. part.5.num.96.* Borin. *de Cavalcat.part.3.cap.2.* Klock. *de Contribut.cap.1.n.266.* Quæ præstatio Reichs-Steur ac Römer-Zug vocatur, ac olim Reiß-Gelt/ oder Heer-Steur/ nominata fuit. Knichen. *dict.tr.cap.3.n.374.* Klock. *dict.cap.1.num.297.* Determinatâ quantitate, unicuique Statuum, in matricula Imperii in den Reichs-Anschlägen/ assignatâ. Limn. *4.I.P.cap.7.n.61.*

Wehn.

Wehn. *Obs. verb. matricul.* [Quod onus in antiquis Germaniæ legibus vocatum fuit; die Heerfahrt lösen; De quo *VVeichbild. cap. 4.* der Mann ist mit seinem Herrn zu zihen schuldig/ oder muß die Heerfahrt lösen/ mit dem zehenden Pfund deß/ daß er jährlich von Ihm hat. Similia legimus *in Specul. Suev. lib. 2. cap. 8. ibi:* mit dem zehenden Pfund.]

7. Quæ tamen assertio *Limitatur*, Nisi ipse Imperator servitium personale exegerit; prout decretum fuit in R. A. 1521. §. Item haben wir. R. A. 1576. §. zu demselben. Quæritur autem: *An Principes, aliivè Nobiles Imperii ab Imperatore personaliter ad militiam pro Imperio vocati, personaliter comparere teneantur?* Quod *asseritur*. Quoniam servitium hoc inhæret personæ Vasalli, ideò invito Domino, per substitutum præstari nequit. *arg. c. Imperialem. & c. Imperialis. 2. feud. 52. & 55.* Schrad. *de feud. part. 6. num. 49.* Rosenth. *de feud. cap. 8. concl. 24. num. 8.* latè Kohl. *de Servit. Vasall. part. 1. num. 159.* Ritter. *de homag. concl.* 149. Cum & olim Imperii Vasallus ab Imperatore vocatus, Imperatori in persona

sona assistere obstrictus erat, sub pœnâ feudi amissionis. *Constit. Carol. III. Imperator.* apud Goldast. *Constit. Imp. pag. 207.* Lehenman. *in Chron. Spirens. lib. 2. cap. 42.* Limnæ. *2. I. P. cap. 4. num.* 195. [Vide Schrader. *de feud. part. 6. cap. 6. num. 40.* Dissentientium rationes vide apud Mager. *de advoc. armat. cap.* 11. *num. 633.*]

8. Cæterùm Galliæ Leges, Nobiles istius Regni ad hoc onus maximè astringunt, *qu' en necessité de guerres, tous gentils hommes soyent tenus, de prendre les armes pour la necessité du Roy.* Barn. Brisson. *in Basil. l. 6. tit.* 3. Choppin. *l. 2. de leg. And. p.* 1. *tit.* 3. [Similiter constitutum est, *Regni Hispaniarum* legibus, quod Magnates (*Los Grandes y titulados*) tempore belli cum suis militibus, Regem personaliter sequi, & latus ejus tegere teneantur; in Verbis: *Los nuestros Vasallos, que de nos tienen tierra, son tenudos a nos servir en guerras por sus personas, y no se pueden excusar. leg. 8. tit. 4. lib. 8.* Fr. de Amaya *ad l. 2. C. de annon. num. 85. & seqq. lib.* 10. Idem Jus in Regno utriusque *Siciliæ* vigere

gere, tradit Don Gars Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 14. *& ſeqq.*]

9. Illud notandum, quod Nobiles immediatè Imperio ſubjecti, die Freye Reichs-Ritterschafft in Francken/Schwaben und Rhein/in partem onerum Imperii á Cæſarea Majeſtate, als der Röm. Käiserl. Majest. Frey Edel-Knechte / peculiariter requirantur, ut tempore belli, *vel in perſona* Imperio & Imperatori aſſiſtant, *Vel certam pecuniæ ſummam* ſolvant. Eine namhaffte Gelt-Hülff/ohn einigen gewissen Anschlag bezahlen. Reichs-Abschied / *de Anno* 1500. *tit.* was man mit der Ritterschafft. Klock. *tr. de Contribut. cap.* 14. *ſect.* 1. *n.* 46. [Vide Dn. Kreideman. *de nobilit. Suevica Quæſt.* 4. *num.* 85. *& ſeqq.* Ejusque Gener Dn. Knipſchilt. *de præced. equeſt.* *Q.* 2. *n.* 153. Quomodo autem more hodierno, bellum a Impe-ratore ſuſcipiendum & gerendum ſit? Adi Dn. Cancel. Schüz. 2. *I. P. diſput. de bello.* 10. *poſit.* 2. *lit. E.* Dn. Limnæ. *ad Capitul. Caroli V. art.* 11. *Verb.* der Reichs-Stand. *per tot.*]

PARS

PARS IV.

CAPUT XCIX.

De Exemptione.

1. USq; hûc de Principum & Statuum Imperii *Prærogativis ac Oneribus*: Videamus nunc, *quibus modis quispiam Status Imperij eße desinat.* Quod imprimis *Exemptione* accidere ſolet, quâ Imperii Status ab immediata Imperii ſubjectione vi bellica, vel alterius aſtutâ induſtria abſtrahitur, aut motu proprio ſe ipſum Imperio Romano-Germanico ſubducit. Reichs-Abſchied/ 1548. §. als auch durch. & Reichs-Abſchied/ 1566. §. demnach. [Ubi Imperator Maximilianus II. conqueritur; daß ſo viel herrliche Königreich/ Fürſtenthumb/ Republiquen und Städte/ hie mit Gewalt/ dort mit Practiken/ dem Röm. Reich erfernet worden.] Gail. 1. *Obſ.* 21. Gylman. 1. *Symph. part.* 1. *Vot.* 1. Knich. *in Epops. ſect.* 2. *n.* 33. [Comitolog. *part.* 4. *num.* 64. *fol. m.* 227. De cauſis exemptionis & converſionis

Vide

Vide Dn. Knipschilt. *d. Civit. Imp. lib.* 1. *cap.* 15. *per tot.* Grot. *de jur. bell. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 13.

2. Exemptorum *tria Genera* in Imperio Romano-Germanico reperio. *Primo,* Quidam à jurisdictione Imperii Romano-Germanici, sese totaliter exemerunt, tàm quoad onera, quàm quoad recognitionem Imperialis Majestatis, [Talis est Rex *Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Poloniæ,* alii Principes & Civitates *Italiæ Belgij* & alibi sitæ. Vide Knipschilt. *dict. tr. lib.* 4. *cap.* 2. *per tot.* Et hi Reges & Respublicæ, adeò ab Imperio sese eximerunt] ut qui olim subjecti erant Imperio, malam ei retribuant gratiam, ac hodiè haud rarò Imperii hostes existant. De quibus vide Clut. *in Syllog. concl.* 10. Reink. 1. *cl:* 2. *cap.* 9. Viet. *de Exempt. concl.* 9. Limn. *l. P. cap.* 9. *num.* 7. *& seqq.*

3. Hi totaliter exempti, sese vix ullo præscriptionis, aut alio Juris titulo, adversus Imperium Rom. Germ. tueri possunt. [cum obedientia & superioritas sit materia inpræscriptibilis.] *arg. c. cum inter. X. de consuet. c. f. X. de præscript. l.* 6. *C. eod. c. Imperialem.* 2. *f.* 55.

Reichs-Abschied/ 1512. §. Nämlich welche. Reichs-Abschied/ 1570. §. Als wir dann. Zaſ. 2. *Conſil.* 16. *num.* 12. Gail. *de arreſt. cap.* 6. *in f.* Reink. *d. cap.* 9. *num.* 132. [Unde Bodinus tradit; Quod nec mortales adverſus Deum, nec privati adverſus Rempublicam pręſcribere poſſint. Bodin. *de Republ. cap.* 10. Caſſan. *de jur. Reg. Gall. cap.* 3. *fol. m.* 146. Vide latiùs Limn. *ad cap. Carol. V. art.* 9. *Verb.* zum fürderlichsten. *num.* 2. & 3. Knipſchilt. *dict. tr. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 46.]

4. Ideò Exempti Status & avulſa Imperii membra, optimo Jure, Imperii ſtimulis & *Armis* ad debitum obſequium redigi poſſe, multi ex Juris Publici Conſultis tradunt. Siquidem nullum bellum juſtius eſſe perhibetur, quam quod ſuſcipitur pro rebus recuperandis. *l.* 2. *C. de his, qui latr.* Vietor. *de exempt. concl.* 7. Reink. *d. cap.* 9. *num.* 132. [Quod diſputat Dn. Limnæ. *dict. tr. art.* 9. *Verb.* zum fürderlichsten. *num.* 19. & 20. Adeò ut non ſine ratione, aliter ſentiat Beſold. *d. appellat. cap.* 2. *num.* 8.]

5. Sanè aliquoties in Comitiis deliberatum fuit, *de Recuperandis provinciis* ab

ab Imperio avulsis, ac quomodo exterorum rapinis obviam iri possit. R. A. *de Anno* 1521. §. **und als wir.** ibi: **auch das jenige/ so dem Reich entzogen/ und lange Zeit in frembden Händen gewesen / wider zu erobern. Reichs-Abschied/** *de An.* 1566. **nach abgesetzten** *& de Anno* 1582. §. **und als wir.** Warem. ab Ehrenberg. *de subig. reg. c.* 1. *num.* 22. Frider. 2. *de mandat. cap.* 67. *n.* 13. Reink. 1. *cl.* 2. *cap.* 9. *num.* 152. [Quod jam olim Carolus V. *in suæ capitulationis art.* 9. in Verbis: **wider darzu zu bringen/** sanctè juravit. Et hoc repetitum & declaratum fuit, *in Ferdin. IV. R. Reg. capitul. art.* 9. Semper enim generoso Imperatori decorum studium fuisse, scribit *Procopius*, pristini Imperii recuperandi desiderium: Ita Legatus Imperii Justiniani ad Theodatum. Procop. *de bell. Goth. lib.* 1. latè Dn. Limnæ. *ad Carol. V. capit. dict. art.* 9. *Verb.* **wider darzu zu bringen.** *num.* 1. *& seqq.*]

6. *Remedia varia* de recuperandis ab Imperio avulsis Provinciis suggerit Dn. Wurffbein. *in Relat. part.* 10. *&* 11. Comitiol. *part.* 4. *Differt.* 8. *fol.* 303. *& seqq.* Dn. Limnæ. *ad Capitul. Carol. V. d. art.* 9.

Verb. wider darzu zubringen. Qui de redintegrandis Imperii Circulis, & reducendis avulsis Imperii membris, scribit sequentia: *Sed docuit temporum secuta series, non sufficere verba, ubi facto opus est, non Legationes, ubi Legiones requiruntur; ac propositum in mente retentum, nihil operatur. dict. art. 9. num. 8. & 9.* Vide quoque Comitiolog. *part. 4. Dissert. 8. caus. 4. num. 3. & seqq.*

7. *Secundò*, Quidam, membra olim Imperii, nunc exempti quidem sunt, quoad onera tantùm & contributiones, Non tamen spretâ penitùs Imperatoris & Imperii Majestate, ut sunt *Helvetii Belgæ*, omnes ferè Italiæ Principes; ut Magnus Dux Etruriæ, Dux Mantuæ, Mediolani, Mutinæ, Mirandulæ, Plombini: Comites & Marchiones infiniti per Liguriam & Lombardiam, Respublica Luccensis; Qui Imperii ac Imperatoris Majestatem comiter observant, se Jura Imperii habere gloriantur, nec incongruè, Imperii Romani Honorarii Cives dici merentur. Goldast. *in præfat. ad* Serenissimum Ducem Würt. von Reichs-handlungen. Reink. *d. cap. 9. num. 90.*

Cluten,

Cluten. *in Syllog. concl.* 13. Viet. *de Exempt. concl.* 2. [Beſold. *de Stat. Reip. ſubalter. cap. 7. per tot.* Dn. Knipſchilt. *dict. lib. 4. cap. 2. num. 12. & ſeqq. ac lib. 1. cap. 18. num. 54.*]

8. Imò non pauci Italiæ Principes ac Comites, tanquam Imperii Vaſalli, inveſtituræ renovationem ab Imperatore petere neceſſum habent, ac præteritis Imperii turbis inteſtinis, aliquoties extraordinaria collatione Imperatoriæ Majeſtati ſubvenerunt, prout ex literis Imperialibus per Cæſareæ Majeſtatis Legatum *Comitem di Ravatta* ad Italiæ Principes & Vaſallos Imperii miſſis, dum Romæ eram, cognovi.

9. *Tertiò*, quidam Imperii Comites & Status, ab immediata Imperii ſubjectione, ſalvâ tamen manente jurisdictione Imperii, eximuntur, ac mediati Cives Imperii per exemptionem alterius Imperii Status immediati Landſaſſi efficiuntur. Veluti, ſi Princeps Imperii, Dux, vel Marchio, Comitem, Baronem, Abbatem, Civitatem Imperio immediatè ſubjectam, ſuum Landſaſſum, ſuamque Civitatem Provincialem eſſe,

asserit, eamque sibi subjicit; Wann ein Stand deß Reichs den andern / auß den Reichs Anlagen und Matricul außzihet/ und Ihme auff den Reichs-Tägen vertrittet. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1541. §. doch sollen die. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1548. §. als auch durch. & §§. *seqq.* Gail. *1. Obs.* *21.* Roding. *in Pand. Cam.* 1. *tit.* 8. §. 16. Knich. *in epops. num.* 133. Tilem. de Benignis. *Synt. 40. dec. 2. vot. 4. num. 24.* [Knipschilt. *dict. lib. 1. cap. 8. num.* 55. Gothlib. Von Herden. *in Comitiolog. part. 4. caus. 3. dimin. Imp. num.* 3. *fol.* 220.]

10. De qua creberrimæ lites, ac gravissimæ controversiæ in Imperio Romano-Germanico ortæ, ac plurimæ nec dum decisæ existunt. Vide Reichs-Abschied/ *de Anno* 1576. §. Bey Berathschlagung. cum §§. *seqq.* [Interest enim Imperatoris & Imperii, egregios habere Vasallos, eximias & locupletes Civitates ac subditos, quò tempore necessitatis viris & viribus assistere queant. Dn. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 1. *cap* 18. *num.* 41. Comitiol. *dict. part. 4. Differt. 8. caus.* 3. *fol. m.* 243. Proinde Fiscalis Imperii invigilare jubetur, ut contra exemptos processus

processus in Camera Imperiali extrahat. *in R. I. de Anno* 1548. §. **und als durch.** 52. *& seqq.* latè Dn. Blum. *in Proceß. Camer. tit.* 30. *num.* 46. *& seqq.*]

II. Sanè in Comitiis Augustanis Anno 1568. celebratis, Cęsareæ Majestati traditus fuit Catalogus, quo ultra *Centum Imperii Status* enumerantur, **so außgezogen seind/ und nach täglich außgezogen werden wollen**; ac *sola Domus Austriaca*, unum & Viginti Status eximit. Vide Acta Brunsuic. *tom.* 2. *num.* 180. Arum. *de Comit. cap.* 8. *num.* 61. Gylm. 3. *Symphor. v. Exemptio.* [Limnæ. *1. I. P. cap.* 7. *num.* 73. Addit. Limnæ. *1. I. P. cap.* 7. *per tot. & 9.* Adeò, ut Author Comitiologiæ scribat; **daß sich nie ein** Eximir**ter Stand / bey der** Exemption **wol befunden.** *in dict. part.* 4. *Differt.* 8. *caus.* 3. *num.* 169. *fol. m.* 245.]

12. Quamvis autem multi prodiderint, fieri non posse, ut quispiam ab Imperio Romano-Germanico justè eximatur; Veruntamen, quia in præsenti casu, Exemptio intelligitur, *salvâ supremâ Iurisdictione Imperatoris & Imperii*, adeò ut Provincia exempta maneat pars

Eximentis Status sub Imperii fide; Ideò
eãdem tolerabilem quodammodò esse,
suadent usus ævi, & exemplorum fre-
quentia. Viet. *de Exempt. concl.* 12. Resp.
in Caus. Vinariensi num. 50. Gylman. *1.*
Symphor. 2. tit. 11. *vot. 4. num. 112. & 2.*
Symphor. 1. vot. 7. num. 7.

13. Maximè cum harum Exemptio-
num determinata decisio, in Imperii
Recessibus non prostet; *Imò* in eis Ex-
emptiones præteriti temporis magis
approbentur & confirmentur, per ver-
ba: Die jenige so von Alters hero / durch
andre Ständ in den Reichs-Anlagen billich
außgezogen / bey altem Herkommen zu las-
sen. in Reichs-Abschied / *de Anno* 1541. §.
doch sollen die. Reichs-Abschied / *de Anno*
1542. §. und wiewol. R. A. 1567. §. damit
auch. Reink. *1. cl. 2. c. 9. num. 118.* Limn.
1. P. 1. cap. 7. num. 73. [Knipschilt. *dict.*
lib. 1. cap. 18. num. 37.]

14. Quoniam exinde devotioni
publicæ (quam quilibet Imperii Prin-
ceps & Status Imperio Romano Germa-
nico debet,) parum decedit, sed exem-
ptus Status unà cum onere tàm Contri-
butionis, quàm Recognitionis in Prin-
cipis

cipis eximentis humeros redundit, **daß der Außgezogene dem Außzieher** cum onere **seines Anschlags heimfallen solle/ und er Jhme auff den Reichs-Tägen vertrette.** [**Reichs-Abschied/** *de Anno* 1548. §. **und als durch der.** 25. *in Verbis*: **Auch dem H. Reich an seiner Anlag und Gerechtigkeit nichts abgehet.** *& seqq.*] *arg, l. alienatio. 67. ibi: cum sua causa. D. de contrah. empt.* **R. A.** 1582. §. **wann auch in diser.** Gail. *1. Obs. 21. num.* 11. Meichsn. *tom. 2. lib.* 1. *decis. 9. fol. 847.* Viet. *de Exempt. concl. 9. & 19.* [De processu contra eximentes vide Blumen. *in process. Camer. tit. 30. num. 49. & seqq.*]

[15. Quærit autem & disquirit Dn. Knipschiltius; *An Civitas Imperij, sese propriâ authoritate ab Imperiali jurisdictione eximere, & alteri Imperij Principi, vel etiam Extero, se planè submittere possit?* ac Negativam sententiam meritò sustinet *in dict. tr. lib. 1. cap. 18. n. 39. & seqq.* Nulla enim Civitas vel Castrum alterius superioris jurisdictionem, sine Domini sui consensu prorogare potest. Kirchov. *5. consil. 1. num.* 21. latè Dn. Heider. *in act.*

Lindav. lit. mmm. fol. m. 619. Stephan. *de jurisd. 2. part.* 1. *c.* 4. *n.* 49.

Caput C.

De Causis Exemptionis ab Imperio.

1. CAusæ Exemptionis præcipuę sunt; *Primò, Mortalitas Principum*; Ut enim omnium, ita Statuum Imperii ac Provinciarum sua est mortalitas, quæ de manu ad manum, sicuti cuncta, ita quoque Principes & Status Imperii propellit; Omnis ævi fata testantur, inclytas familias, maximè in Civilibus discordiis, plenè pessum ivisse; [Respublicæ enim & familiæ, etiam optimè constitutæ, fatali huic rerum vicissitudini obnoxiæ sunt. Plato *in libr. de republica.* Omnia enim orta occidunt, & aucta senescunt. Besold. *de republic. curand. cap.* 1. *num.* 3. Unde Ovidius: *Sic omnia versis cernimus, atq; alias assumere robora gentes, concidere hos.* Kirchner. *de Republic. disput.* 21. *thes.* 1. *lit. A.* Comprobat hoc ipse Imperator in Reichs-Abschied

Abschied/ *de Anno* 1548. §. als auch durch. ibi: daß etliche Stånd in deß Reichs-Anschlågen befunden/ aber unbewust/ wer dieselben oder welcher Ende sie zufinden. [Dn. Knipschilt *dict. tr. lib.* 4. *cap.* 1.] Vide Catalogum membrorum Imp. apud Goldast. *tom.* 1. *Constit. Imp. part.* 12. Quem etiam Limn. *refert.* 1. *I.P. cap.* 8. latè Wurffbein. *in Relat. histor. part.* 7.

2. *Secundà* causa est, *Delictum ac Perduellionis crimen*; propter quod Status Imperii, Cæsaris & Statuum voluntate, banno notatur, ex numero Statuum ac Imperii matricula deletur, ejusque Territorium alii Principi assignatur. *arg. l.* 2. §. 2. *D. d. h. qui not. infam. l. si Vsusfr.* 21. *D. quib. mod. Vsusfr.* Gail. 1. *Observ.* 21. *num.* 11. Frider. 2. *de mandat.* 67. *num.* 15. Vietor. *de Exempt. concl.* 17. & 39. Klock. *de Contrib. cap.* 19. *num.* 63. [Nam propter crimen læsæ Majestatis, non tantùm bona, sed etiam jus Civitatis amittitur. *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 9. §. So jemand. Mynsing. *cent.* 3. *Obs.* 30. Knipschilt. *d. tr. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 6. & 7.]

3. *Tertia* causa est, *Præscriptio*. R. A. 1548. §. Wann auch ein außgezogener.

Non

Non quidem contra Imperium, sed dum quispiam Principum Imperii, alterum Statum Imperii à tempore immemoriali in Comitiis repræsentat, eumvè eximit; Quæ præcipua, ac ferè unica exemptionis causa in Processu fiscali hodiè maximè attenditur. [Reichs-Abschied/ *de Anno* 1548. §. wann auch. 56. *ibi:* wider die Reichs-Hülff und Anschlag legitimè præscribiret habe.] Scipio. *lib.* 4. *decis. Camer.* 126. Meichsn. *decis. Camer.* 61. *num.* 71. *lib.* 3. Gylman. 1. *Symphor.* 2. *tit.* 11. *vot.* 4. *num.* 58. Viet. *de Exempt. conclus.* 17.

4. Quæritur autem: *Quale tempus requiratur, ad subducendum Statum Imp. è Iurisdictione immediatâ Imperatoris & Imperij?* Vetustatem, omnem memoriam excedentem, præsens Imperii constitutio, & usus requirit. per Reichs-Abschied/ 1548. §. Wann auch ein Außgezogener. 56. [*in Verbis:* und dargegen wider ihne dargebracht werden möcht / daß er je in Menschen Gedächtnuß / in deß Reichs gemeinen Hülffen contribuiret. *arg. cap. super quibusdam. §. præterea. X. de V. S.* Gail. *de Arrest. cap.* 8. *num.* 24. & *cap.*

*cap.7.num.*16. Tilem. de Benign. *Synt.*2. *dec.4.vot.*1.*num.*59. Mynſ. *5. Obſerv.*59. *num.*11. Maſtrill. *deciſ.*114.*num.*19. Fr. de Amaya. *in Cod. tit. de annona lib.* 10. *fol.m.*218. [Dn. Knipſchilt. *dict.tr.lib.*1. *cap.*18.*num.*59. Blumen. *dict.tr.tit.*30. *m.*48.]

5. Quæritur etiam; *Quodnam tempus dicatur immemoriale?* Sufficiunt, *teſtes* laudabili canitie venerabiles, qui à majoribus ſemper audiviſſe ac ſe ipſos vidiſſe, Eximentem actus ſuperioritatis exercere, in diſtrictu exempti profiteantur. *arg. l. ſi arbiter.* 28. *D. de probat.* Maſcard. *concl.* 1042. Maſtrill. *deciſ.* 114. *num.* 47. Bening. *2.dec.4.Vot.*1.*num.*117. Mar. Anton. *Var. reſol. lib.2.reſol.*55.*n.*25. Fontanell. *de pact. dot. cl.4. Gloſ.*17.*n.*51. Quod plerumque centum Annorum ſpacio definitur. *arg. l.f. C. de SS. Eccleſ.* Cynus *ad. l.* 2.*num.*9. *C. de ſervit.* Mynſ. 13.*reſp.*3.*num.*117. Reink. 1. *cl. cap.* 2. *num.* 40.

6. Poſt tempus immemoriale, *Comes vel Abbas* petens, ut in numerum ac dignitatem Statuum reponatur, amplius non auditur, *per* R. A. *de Anno* 1541. §.

doch

doch soll die. ibi: die billich Außgezogene bey altem Herkommen bleiben zu lassen. *Et quidem meritò;* Quoniam præscriptio hæc immemorialis, habet vim Privilegii ac specialis concessionis. *per cap.* 1. *de præsc. in6. c. super. 46. §. præterea. X. de V. S. l. hoc jure. 3. §. ductus aquæ. D. de aq. quot. & æstiv.* Cothm. *cons. 79. num. 72.* Sixtin. 1. *de Regal. 5. num.* 139. Reink. 1. *cl. 5. cap. 2. num.* 26.

7. Quod adeò quidem verum esse, Doctores ajunt, ut quamvis ab initio, à parte Eximentis, *violentia, aut mala fides* intervenisset, si tamen Exemptus sciens prudens non contradicendo tacuerit, tempore immemoriali omnis violentia & mala fides purgata esse censeatur. *arg. l. f. D. de aq. pluv. l. 3. in pr. D. de Vsufr.* Tessaur. *decis.* 16. *num.* 7. Myns. 1. *Observ. 30.* Knich. *de Iur. territ. cap.* 3. *num.* 232. Bachov. 2. *ad Treutl.* 22. *thes.* 6. *lit. b.* [Knipschilt. *dict. lib.* 1. *cap.* 18. *num. 60. cum num.* 57. Hering. *de fidejuß. cap. 7. num.* 529 *&* 532.]

8. *Quarta* exemptionis causa, *Voluntaria subjectio* existit, quâ Status Imperii, tum ratione *domicilii*, tum ratione *bono-*

bonorum, alteri Statui ſeſe ſubjicit, ejusvè Landſaſſum ſeſe facit & nominat, ſivè bona habeat allodialia, ſivè non; Id quod olim licuiſſe, etiam non impetrato Imperatoris & Statuum conſenſu, *docet* Reichs-Abſchied/*de An.* 1548. §. und als auch. ibi: **Bevorab ſo die außgezogene Stånd ſolches außziehens und vertrettens zu friden ſeind.** *arg. trad.* Steph. 2. *de Iurisd. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 50. Viet. *de exempt. concl.* 12. Roſenth. *de feud. cap.* 2. *concl.* 24. [Hodiè tamen ſecùs eſſe tradit Knipſchilt *dict. cap.* 18. *num.* 39. Vide *cap.* 99. *num.* 15.]

9. Quæritur autem; *An Imperii Princeps aut Status Imperii, ultrò offerens territorium ſuum in feudum, alteri Statui Imperii, perſonam quoq; ſuam ſubdere cenſeatur?* Quod *Negatur*, niſi etiam hoc expreſsè cautum fuerit. *arg. c. quamvis. de præbend. in* 6. *l. cum ſcimus.* 22. §. 1. *ibi: quodammodo. C. d. agricol. lib.* 11. Molin. *ad conſ. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gloß.* 5. *num.* 21. Stephan. *de Iurisd.* 2. *p.* 1. *cap.* 7. *num.* 177. Sixtin. 1. *de Regal. cap.* 8. *num.* 59. Anton. Fab. 7. *Cod.* 3. *def.* 5. Gylman. 3. *Symphor. f.* 120. Viet. *de exempt. concl.* 23.

10. Hoc tamen obſervandum, quod in

in alterius Imperii Principis, territorio *habitans*, non ſubitò territorii Domini ſubditus ac Imperio exemptus cenſetur; Quia aliud eſt, eſſe *in territorio*, aliud, eſſe *de territorio*. Schrad. *de feud. part*. 9. 2. *p. pr. ſect*. 3. *num*. 157. Surd. *conſ*. 129. *num*. 17. Köpp. *deciſ*. 48. Bidenb. *Q. nob*. 1. *num*. 17. Meichſn. 2. *lib*. 1. *deciſ*. 8. *num*. 42. *fol*. 807. Viet. *de exempt. concl*. 27. [Multi enim in Imperio Rom. Germ. reperiuntur Comitatus, Baroniæ aut Prælaturæ, quæ in aliorum Principum territoriis ſitæ ſunt, & tamen exemptę, & ab alteri⁹ jurisdictione immunes exiſtunt, dum nemini niſi Imperaratori immediatè parent. Michael *de jurisdict. concluſ*. 60. Knipſchilt. *dict. lib*. 1. *cap*. 12. *num*. 107. *Vbi exempla adducit*.] Niſi talis Status, ſimul ut ſubditus & Landſaſſus à Territorii Domino fuerit judicatus, illiusvè mandatis absq; contradictione obedierit, quod tempore immemoriali verum ſubditum efficit.

II. *Quinta* exemptionis cauſa eſt, *Specialis Imperatoris Conceſſio*, Principi Imperii jam à plurimis retrò computatis annis facta; [non ut omnimodo ab

Imperio

Imperio eximeretur, Cöppen. *Observ. feud.* 2. *n.* 10. sed] ut hunc vel illum Imperii Statum, tanquam *Landsassum*, in Comitiis aliisvè actibus Imperii repræsentet, **und vertrette** / ac pro subdito habeat. Tilem de Benign. *Synt.* 2. *dec.* 4. *vot.* 1. *num.* 45.

12. Quam concessionem olim valuisse, maximè consentiente ipso Statu exempto, non est quod dubites, ac plurimis exemplis doceri potest. Hodiè restrictâ hâc potestate per *Capitulationem* Imperialem *Ferdinandi II. & III. art.* 3. *ibi:* **einen jeden/ nach seinem Stand verbleiben zu lassen.**] concessionem hanc non valere, tot Statuum querelæ *in Causa Donavvertensi* satis arguunt. Klock. *de Contribut. cap.* 19. *num.* 58. Assert. *jur. Archiep. contr. Brem. fol.* 69. [Quod latiùs deducit Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 61. & 62. Dn. Limnæ. *ad Capit. Carol. V. art.* 9. *Verb.* **verschreiben.**]

Caput CI.

De Probatione Exemptionis.

1. HÆ præcipuæ sunt causæ, quibus Imperii Civis immediatus ac Liber Imperii Vasallus, *Landsassius*

efficitur. Quod si Exemptus jure suo fretus, diutius parere nolit, sed in libertatem Imperii immediatam sese asserere velit, gravissimum *Onus probandi* subire cogitur. *arg. l. si de possessione. 22. ibi: de libertate proclamat. C. de probat. l. 1. C. ubi caus. Stat. can. contra morem. dist. 10.* Knich. *in Epops. num.* 139. Meichsn. *2. l. 1. dec. 9. num. 6. fol. 832.* Gail. *de Arrest. cap. 7.* Reink. *1. cl. 5. cap. 3. num. 4.*

2. *Nisi* Princeps aut Status Imperii *eximendus*, in libertatis possessione vel quasi Cæsaris decreto constituatur; Aut Princeps *eximens* ad subjectionis probationem pacto vel transactione astringatur. Quam expediet, probando Exemptum *paruisse & comparuisse.* In hisce enim duobus actibus omnis subjectio consistit. Thom. Mich. *de jurisdict. concl. 52. & seqq.* Schrad. *cons. 1. num. 523. vol. 1.* Gylman. *2. Symphor. 1. vot. 5.* Viet. *de Exempt. concl. 36. & 37.* [latè Joan. Chr. Tenzel. *de jure subject. cap. 4. per tot. apud Dn. Fritsch. E. I. P. 2.*]

3. I. *Parendo*, Qui enim paret, subditus præsumitur. Benign. *2. dec. 2. vot. 6. num. 21.* Ac per obedientiam, acquiritur

ritur quasi possessio subjectionis. Afflict. *decis.* 26. *num.* 1. Klock. *consil.* 9. *num.* 60. *vol.* 1. [Obedientia enim est obsequium, quod magistratibus á Deo ordinatis præstandum est. *Ep. ad Ttit.* 3. Georg. Ritter. *de homag. cap.* 7. *num.* 142. Defens. Waldec. *part.* 1. *cap.* 9.]

4. Obedientia ista elucet: *Primò*, Si quis *homagium* præstiterit: *c. cum olim. de Privil.* Gail. *de Arrest. cap.* 7. *num.* 10. Viet. *d. concl.* 36. [Ex hujus enim præstatione, quispiam homo alterius efficitur. Georg. Ritter. *dict. tr. cap.* 7. *num.* 166. & 185. Defens. Waldec. *part.* 1. *cap.* 11. Vide *supra cap.* 38.]

5. *Secundò*, Si pareat *Mandatis*, monitis, Statutis, à Principe emissis. Raudens. *respons.* 2. *num.* 241. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 37. *n.* 25. [Tenzel. *dict. cap.* 4. *num.* 108. **Wann einer den offentlichen Mandaten/ Gebotten/** inhibitionen/ **Gehorsam leistet.** Gylman. 1. *Symphor. part.* 2. *tit.* 6. *vot.* 1. *num.* 46. Ritter. *dict. cap.* 7. *num.* 181. Vide supra *cap.* 40.]

6. *Tertiò*; Si pareat, *mulctam* solvendo, pœnas luendo. [Quæ fructus sunt jurisdictionis] Sixtin. *de Regal. lib.* 2.

cap. 8. Ritter. *de homag. concl. 175.* [Frevel und Buß erlegen und bezahlen. Quoniam nemo regulariter mulctam solvere tenetur, nisi ei cujus dominium quispiam agnoscit. Tapia *ad l. fin. part. 3. cap. 2. n. 48.* Vietor. *de exempt. conclus. 36.*]

7. *Quartò*; Si pareat, *appellationem* admittendo, tám activè quàm passivè, *c. placuit. caus. 2. q. 6. l. à Prætore. l. præcipimus. C. de appellat.* Gail. *de arrest. cap. 7. num. 14.* Ruland. *4. de Comm. lib. 2. cap 3. num. 18.* [Ubicunque enim appellatio ad Dominum territorii tanquam proximè superiorem derivatur, ibi subjectio arguitur. Ant. Quetta. *consil. 71. num. 2.* latè Ritter. *dict. cap. 7. num. 176.* Quod explicat Defens. Waldec. sive Waldeckische Ehren-Rettung. *part. 1. cap. 16.*

8. *Quintò*; Si pareat *in negotio Religionis*; Nam cujus est Regio, ejus etiam est Religio. Knich. *Encyclop. cap. 13.* Rosacorb. *in prax. cap. 29.* [Ritter. *dict. cap. 7. num. 180.* Tenzel. *de jur. subject. cap. 4. num. 104.* Quod tamen juxta dispositionem *Instrum. Pacis art. 5. §. 12.* intelligendum est.]

9. II.

9. II. Comparendo probatur subjectio; *Primò*, si vocatus *ad Comitia Provincialia* compareat cum effectu. Gail. *de Arrest. cap. 7. n.* 14. Wehn. *in Obs. verb.* **Landsaß.** Knich. *Encyclop. cap.* 14. [Ritter. *dict. cap. 7. num.* 185. Juxta moderationem traditam *in Defens. VValdecc. part.* 1. *cap. 20.* Vide supra *cap. 45.*]

10. *Secundò*, Si compareat *in Tribunali*, activè & passivè: Subditus enim est, qui cogitur, pati judicium. *c. licet. in f. de elect.* Ziegler. *§. Landsassi. concl.* 1. *num.* 145. Reinking. *1. cl. 5. cap. 5. n.* 102. [Qui enim te judicat, Dominus tuus est. Michael. *de jurisdict. conclus.* 52. *lit. A.* latè Ritter. *dict. cap. 7. num.* 186. Defens. Waldecc. *part.* 1. *cap.* 17.]

11. *Tertiò*; Si compareat citatus *ad Sequelam*, delectum, & bellum, **zur Reiß/ Folg und Außwahl.** Knich. *de jur. territ. cap.* 5. *num. 33.* Wehn. *in Observ. verb.* **Folg.** Viet. *d. concl. 36.* [Astringuntur namque subditi & Landsassi tempore belli, Dominum juvare & personaliter & realiter; id est, cum patrimonio. *l. fin. §. 2. D. de muner.* Ritter. *dict. cap. 7. n.* 190. Vide *supra cap. 74.*]

12. *Quartò*; Si compareat solvendo *Collectas & Contributiones*, **Jährliche Land-Steur**, *c. cum omnis anima. de censib. l. nulli. 28. §. quod si 3. C. de Episc.* Knich. *Encyclop. cap.* 10. Klock. *de Contribut. cap. 20. n. 159.* [*cap. magnum. caus.* 11. *Quæst.* 1. Imponuntur enim hæ collectæ provinciales, Landsassis, vigore præstiti homagii & subjectionis. Ritter. *dict. cap. 7. num. 160.* Defens. Waldecc. *part. 1. cap. 21.* Vide *supra cap. 42.*]

13. *Quot autem actus paritionis & comparitionis requirantur, ad inducendam quasi possessionem subjectionis?* Dubitatur, Plures actus & quidem *proportionabiles*, subjectionem quodammodo inferentes requiri, tradunt Doctores *in l. si certis. 28. C. de pact.* Alciat. *2. præsumpt. 3.* Knich. *de jur. territ. cap.* 3. *num. 208.* Vide Reinking 1. *cl.* 5. *c.* 4. *num. 241.* Quod præjudicio firmat Meichsn. *tom.* 1. *lib.* 1. *decis. 8. num. 29.*

14. Concurrente insuper præscriptione, temporis memoriam hominum excedentis. Gail. *de Arrest. cap. 8. n. 24.* Ritter. *de homag. concl.* 51. [De hujus præscriptionis effectu, in acquirendis

juribus

juribus incorporalibus, per actorum uniformitatem multiplicatis, Vide Mascard. *de probat. conclus.* 1214. *à num.* 11. Köppen. *decis.* 57. *num.* 57. Metrolog. *cap.* 19 §. 19. *num.* 9.]

15. Plurimum tamen hoc in casu discreti judicis arbitrium valere censeo. [De jure in arbitratu juris consistente Vide Diod Tulden. *de caus. corrupt. judic. lib.* 2. *cap.* 12.]

16. Alia adhucdum adsunt signa probandi subjectionem; videlicet *Castrorum* tempore belli *debita apertura.* Wesenb. *cons.* 2. *numer.* 78. Wehn. *in Obs. verb.* Oeffnung. Bidenb. *q. nobil.* 22. [Ritter. *dict. cap.* 7. *n.* 184. Dn. Fritsch. *tr. de jur. apert. cap.* 1. & 2.]

17. *Insignia* Principis in Curia, mœniis, portis, aliisvè locis depicta. Wesenb. *consil.* 21. *num.* 98. Knich. *Encyclop. c.* 13. & *in Epops. num.* 495. Mager. *de Advoc. arm. c. ult. num.* 113. [Res enim probatur illius esse, cujus sunt insignia. *l. quod si.* 14. §. 1. *D. de peric. & commod. rei vend.* Ritter. *de homag. cap.* 7. *num.* 183. Dn. Tenzel. *de jur. subject. cap.* 4. *n.* 111. *latè* Hoppingk. *de jur. insign. cap.* 13. *num.* 108. & *seq.*]

18. Solemnis hodierno usu recep Principum *Intrada*, das Einreiten/port aperiendô, cum clavium traditio conjuncta. [*per cap. grandi. X. de su plend. negl. Præl. in 6.*] Schurff. *consf.* num. 13. Michael. *de Iurisdict. concl.* 5 Knich. *Encyclop. cap. 15.* [Ritter. *de h mag. cap. 7. num.* 182. Quomodo Ju Intradæ, à jure aperturæ differat, trad. Dn. Fritsch. *de jur. apert. cap. 5. num.* 19.

19. Communis vox & fama. We senbec. *consil.* 21. *num. 68.* Klock. *de Con trib. cap.* 20. *num.* 534. [Verisimile enim est, quod diu in ore omnium fuit. Me noch. *de præsumpt. cap.* 18. *num.* 15. *ac consil.* 1261. *num. 34.*]

20. Ac opinio antiqua: Siquidem antiquitatis magna est authoritas. Klock. *d. cap. 20. n. 388.* [Antiqua enim jura per famam publicam plenè probari, *arg. l. si arbiter. 28. D. de probat.* tradit Freher. *de fama lib.* 1. *cap.* 8. *num. 4.* Gæd. *consil. Marp. 37. num.* 432.]

21. Hæc quamvis singula non prosint, juncta tamen multum juvant. Cacheran. *consf.* 1. *num.* 83. Mandell. *consil.* 97. *num.* 40. [Knichen *in Encyclop. cap. 14.*]

22. *Quid*

22. *Quid verò dicendum de Titulis & inscriptionibus: Dilectis & fidelibus nostris*, **Unsern lieben Getreuen gehorsamen**; Et viciſſim, **Unserm gnädigen Landes-Herrn**/Domino noſtro Clementiſſimo? *Exinde nullam probari ſubjectionem*, meritò aſſeritur. Quoniam verba honoris & civilitatis gratia, vulgò *ad complacentiam* prolata, nec obligationis, nec diſpoſitionis vim habent. *arg. l. cum ſcimus. 22. C. de agric. & cenſ. lib.* 11.

23. Hinc Parlodorius ſcribit. *2. Rer. quot. cap. 3. num. 45. Si quis* (inquit) *Officii aut urbanitatis gratia, omnia ſua bona ceu aureos montes pollicetur*, (vel ut Itali dicunt, *la mia Caſa è voſtra*) *non obligatur.* Gail. *de Arreſt. cap. 7. n.* 13. Ruland. *1. de Commiſſ. lib. 5. cap.* 1. Viet. *de Exempt. concl.* 37. Mart. Mager. *tr. de Advoc. armat. cap.* 18. *num.* 226. [latè Joan. Chriſtoph. Tenzel. *de jur. ſubject. cap. 4. n.* 110.]

24. Quo facit Hiſpanicum Proverbium: *Corteſia de boca, mucho vale y poca coſta:* ac Itali ajunt: *Parole di compimento, non ſano appiciatorie*, Tituli enim nullo conſtant pretio, **dann Titul koſten kein Gelt.** Goldaſt. *de Bohem. fol.* 369.

25. Ac indies in Epiſtolis Domiminos vocamus eos, qui tamen Domini non ſunt. Vide Nolden. *de Nobil. cap. 20. num. 80. & seqq.* [In quorum titulorum largitione, Germanos modum excedere, ac inanium titulorum inſcriptione eſſe largiſſimos, tradit Ruland. *dict. tr.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *lit. K.* Tenzel. *d. jur. ſubject. cap.* 4. *num.* 110. Quos tamen moribus hodiernis, & Itali & Galli longè ſuperant, quorum proprium eſt, ſesquipedalibus Verbis, exteros demulcere, & inducere. Unde proverbium ortum; *Les François ſont les vrays Complimenteurs.*]

CAPUT CII.

De Remediis contra Exemptiones.

1. HÆ ſunt Exemptionum *Cauſæ*, quarum pars olim in Imperio uſitata, pars adhuc Imperii moribus frequentatur; Quoniam autem Exemptiones increbeſcere cœperunt, magno Imperii damno, & hinc indies *creſcente*, ſuffragiorum & ſubditorum, Virorum

& Vi-

& Virium *diminutione*; prout conqueritur Imperator in R. A. *de Anno* 1520. §. als wie dann weiter. *ibi:* die *Exemptiones* werden so gar gemein / dardurch dem Heil. Röm. Reich an seinen Gliedern / Session, Stimm / Vermögen und Hülffen grosse Zerrüttungen und Abgang folgen thue; also gar / prout legimus in Reichs-Abschied / *de Anno* 1613. §. zum vierten / ibi: daß nicht der halbe Theil deß Römer-Zugs richtig vertretten werde. [Dn. Limnæ. 1. *l. P. cap.* 7. 8. & 9. Dn. Knipschilt. *lib.* 1. *de Civit. Imp. cap.* 18. *num.* 40.] Et quidem maximo Imperii damno; Siquidem juxta C. Tacitum; *Nec quies Gentium sinè armis, nec arma sinè stipendiis, neq; hæc sinè Tributis, haberi queunt.* Tacit. *histor. lib.* 4. *arg. Nov.* 43. *in præfat. Nov.* 127. *cap.* 1. *l.* 1. §. 20. *D. de Quæst.* Vietor. *de Exempt. concl.* 8. Reinking. 1. *cl.* 2. *cap.* 9. *num.* 125. Schurff. *consil.* 22. *num.* 1. *vol.* 2. Knipschilt. *dict. cap.* 18. *num.* 41. & 42.]

2. Ideò Exemptionibus hisce indies crescentibus, *in futurum* obviam itum est Constitutionibus Imperii, *Duplici Remedio. Primò,* Ut Circulorum Duces, die Creyß-Obristen / *Quatuor Quæ-*

sitores

sitores constituant, qui in Conventibus circularibus sedulò inquirant, quinam sint Status, aut Provinciæ vel loca exempta, ubi sita, ac in cujus potestatem relapsa reperiantur. R. A. *de Anno* 1544. **damit nun diesem.** R. A. 1576. §. **darumb setzen.** R. A. *de. An.* 1594. §. **zum ersten.**

3. *Secundò*, Si reperti fuerint exempti Status sinè causa, ut hi *à Fisco Imperiali vindicentur*, ac in Jura Imperii immediata retrahantur. *arg. l. f. C. ne rei dom.* Frider. 2. *de mandat cap.* 67. *num.* 15. Vel cum onere suo eximenti adjudicentur. R. A. *de Anno* 1548. §. **Etliche andern.** R. A. 1566. **Wir setzen ordnen.** R. A. *de Anno* 1576. §. **demnach wir ferner.** in §. *seq.* Viet. *de Exempt. concl.* 8. *&* 19. [Dn. Blumen. *in Process. Camer. tit.* 30. *num.* 56. *& seqq.* De officio Fiscalis Imperii Vide Dn. Fritsch. *ad Rayger. Thesaur. Verb. Fiscus. num.* 33.]

4. Jubetur etiam *ipse Fiscalis* Imperii in Eximentes & Exemptos vigilare, inquirere, ac, si quempiam invenerit, justâ lite prosequi. R. A. *de Anno* 1448. **Als wir durch die.** *&* §. *seqq.* Hic ergò, scilicet *Fiscalis* Imperialis Actor est. Denais.

naiſ. *in Iur. Cam. tit.* 99. *num.* 11. *Reus* uterque tàm Eximens quàm Exemptus, ſi uterque in Imperii damnum conſenſerit; Qui ſimultaneè in Jus vocantur. Gail. 1. *Obſerv.* 21. *num.* 2. Viet. *d. concl.* 40. [Roding. *in Pandect. Camer. lib.* 3. *tit.* 45. De redintegrandis Circulis, *Vide Inſtr. Pac. art.* 8. *Verſ. Circuli.* Burgold. 3. *Diſſert.* 7.]

5. Quid Juris, *ſi Status Imperij, ſeſe cum Territorio Iurisdictioni Imperij omninò eximere velit, ac* I. *Vel* Extraneo ſe ſubjicere tentat, veluti *Civitas Embdenſis. Vel* II. ab Extraneo Principe per vim, Imperio ſubducatur, veluti *Metis, Tulum, Vel* III. Semetipſum in libertatem omnimodam vindicet, veluti *Belgæ; Quænam remedia adſint hiſce exemptionibus obviam eundi? Primo Caſu,* Camera Imperialis mãdata ſinè clauſula, de non ſubmittendo ſeſe Extraneo, ac perſiſtendo in obedientia Imperii decernit. R. A. *de Anno* 1512. §. Nämlich welche Ständ. Gylman. *tom.* 3. *Symphor. fol.* 209. Tilem. *de Benign. cent.* 2. *Obſ.* 27. Scipio. 3. *deciſ. Rot. Spir.* 33. Viet. *d. l. concl.* 8. [Blumen. *dict. tit.* 30. *num.* 46. Vide in cauſa Comitum

mitum *de Caretti Italia* Procerum Menoch. *consil. 32. per tot.*] Qui si parere nolit, adest Bannum Imperii [De Processu Banni, Vide Blumen. *dict. tr. cap. 29. per tot.*]

6. *Tertio Casu*, idem dicendum est, adeò ut contra hosce tanquam *publicos Imperii hostes* procedatur. *arg. l. 14. D. ex quib. caus. maj. l. 3. §. f. D. ad l. Corn. d. sic. c. cum non liceat. d. præscript.* Zoannet. *d. Rom. Imp. num.* 38. Rosenth. *de feud. cap.* 10. *concl. 35. num. 72.* Viet. *d. l. concl. 7. inf.* [Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 1. *cap.* 18. *num. 4.* Dn. Limnæ. *ad Capit. Caroli V. art. 9. Verb.* wider darzu zu bringen.]

7. *Secundo verò Casu* adest Remedium & Actio *Iuris Gentium*, id est, *Bellum*, quo der nechste Creyß/ Statui subjugato auxilio præsto esse tenetur. Scip. 4. *decis.* 139. Gylman. *3. Symphor. fol.* 147. Tilem. *de Ben. Cent. 2. O. 25.* Quod remedium, scilicet, Si Camera Imperialis suis mandatis nihil efficere posset, etiam *in primo Casu*, amplectendum erit. *per l. ut vim. 3. D. d. I. & I. c. Dominus. caus. 23. Q. 2.* Mart. *de Iurisd. l. 1. cap. 4. n. 31.*

Bocer.

Bocer. *de bello. cap. 6. num.* 10. & 16. Reinking. 2. *cl.* 3. *cap.* 2. *num.* 16. Sin Exemptus non conſpiret, cum Eximente in Imperii damnum, ſed reſiſtat, Statui Exempto adſiſtit *Procurator Fiſcalis* ac ſimultaneo proceſſu contra eximentem agit. R. A. *de Anno* 1548. §. über ſolches alles. Gail. 1. *Obſ.* 21. *num.* 2. [Dn. Limn. *ad Capit. Carol. V. art.* 9. §. zum fürderlichſten. & *paſſim.*]

8. Judex in cauſa Exemptionis eſt *Camera Imperialis.* Siquidem in fiſcalibus cauſis, moris notiſſimi eſt, ut Reus coram fiſci judice vadimonium ſubire cogatur. Reichs-Abſchied/ *de Anno* 1548. und ſoll unſer. §. wo aber. *arg. t. t. C. ubi de fiſc. cauſ. l.* 1. *C. de repud. hæred.* Gylman. 3. *Symphor. fol.* 59. Tilem. *de Ben. Synt.* 2. *deciſ.* 4. *vot.* 11. *num.* 4. Viet. *concl.* 40. [Dn. Blumen. *dict. cap.* 30. *num.* 45. & *ſeqq.*]

9. Quæritur: *An Aulicum Imperatoris Conſilium, in Cauſa Exemptionum, concurrentem cum Camera habeat Iurisdictionem?* Quod *Negandum* eſſe videtur, propter R. A. *de An.* 1548. §. wo aber. & §. und ſolten unſer. Quo faciunt ea quæ contra concurrentiam hanc diſputat

Roſen-

Rosenth. *de feud. c. 12. concl. 1. num. 5.* Michael. *de Iurisd. conclus. 35.* Umm. *disp. process. 4. thes. 14. num. 79.* *Contrarium* tamen usu Imperii observari, si Exemptionis causa ad aulicum judicium devolvatur, indies videmus. [De qua concurrentia vide quoque Dn. Blumen. *in Process. Camer. tit. 25. num. 41. & 42.* Dn. Burgold. *part. 2. notit. Imp. Rom. Discurs. 20. num. 18.*]

Caput CIII.

De Processu contra Exemptiones.

I. Modus in causis Exemptionum procedendi *Summarius* est; de simplici & plano in petitorio & possessorio simul omnibus modis accelerandus. R. A. *de Anno* 1584. §. **Etliche andere.** R. A. *de Anno* 1576. **Anfänglich.** *ibi: Exemptions-* **Sachen soll man** *favore Imperii* **befördern/ und zum schleinigsten darin** *procediren. arg. l. missi. 7. l. f. C. de Exact. lib. 10. N. 8. cap 10.* Denais. *in jur. Cam. Tit. 99. §. 11.* Græven. *1. concl. 21.* [Dn. Fritsch. *ad Reyger. Verb. Fiscus. n. 22.*

Dn.

Dn. Blumen. *in Procesß. Camer. tit.* 30. *num.* 56.]

2. Quamvis autem definitum sit, ut lites Exemptionis *biennio*, à primo comparitionis termino connumerando, terminentur. *per* Reichs-Abschied/ *de An.* 1548. §. Etlich andere aber. [In iis tamen exemptionum caußis, quæ altiorem indaginem requirunt, ex stylo Curiæ, juris ordine servato proceditur.] Quoniam causæ exemptionis, tanquam causæ graves, ut plurimùm pleniorem requirunt indaginem. Gail. *1. Observ.* 21. *num.* 7. *& Observ.* 21. *num.* 1. Stephan. *de Iurisd. p. 1. cap. 3.* Viet. *d. concl.* 40. [Roding. *in Pandect. Camer. lib.* 3. *tit.* 44. *per tot.*]

3. Actio fisci, est *Condictio ex lege Imperii*, in Comitiis Augustanis *Anno* 1548. lata, ac tot Recessibus Imperii repetita, da dem *Fiscal* Befelch gegeben wird/ wider die außziehende zu procediren. Gylman. *1. Symphor. p. 2. tit.* 11. *vot. 4. n. 10.* Knich. *Encyclop. cap.* 10. *n.* 74. Tilem. *de Benign. Synt. 2. Dec. Cam. 4. vot. 1. num.* 13.

4. *Probationes* Procuratoris fisci, quod attinet, expeditum est, fiscum ha-

bere intentionem fundatam *ex Albo & Matricula Imperii. arg. c. cum de persona. de privileg. l. 1. D. d. alb. scrib.* Viet. *de Exempt. concl. 40.* Limn. *1. l. P. cap. 7. num. 67.* Reink. *1. cl.* 4. *cap.* 1. *num. 13.* Quæ confert Imperio Romano quasi possessionem, subjectionis immediatæ scilicet, ut unusquisque judicetur talis, qualis reperitur in Matricula. *arg. l. si solennibus. 7. C. de fid. instr.* Knich. *Encyclop. cap.* 10. *num. 70.* Gail. *1. Obs.* 21. *num. 4.* Petr. Frider. 2. *de mand. cap. 67. num. 4.* Klock. *de Contrib. cap. 29. num. 59. ac consil. 31. num. 77.* [Dn. Knipschilt. *de civit. Imp. lib. 1. cap. 3. num. 60.* Vide supra *cap.* 10. *num. 3. ac cap.* 11. *num.* 11. Ita Fiscalis Imperii, contra *Regem Daniæ*, *Civitatem Hamburgum* eximere conantem, ex matricula Imperii disputat, referente Frid. Mindan. *lib. 2. de mandat. cap. 67. n. 11.*]

5. Ideò, si fiscus probare potest, quod Comes vel Status eximendus, Matriculæ Imperii inscriptus sit, inscriptus Status tamdiu juris præsumptione, pro Statu Imperii habetur, donec contrarium ab eximente probetur, adeò quidem, ut asserens ac eximens difficillimum

mum onus probandi in sese recipere teneatur. *arg.l.matriculam.3.C.de agent.in reb.lib.12.l.petitionem.13.C.de advoc.divers. judic.* Gail. *1. Observ. 21. num. 15.* Meichsn. *tom.3.decis.Cam.vot.6.num.1.* Sesse *decis.Aragon.143.per tot.* [Hopping. *de jur.insign. cap.15.num.27.* Dn. Knipschilt. *dict.lib.1.cap.12.num.6.*]

6. Probat autem Imperii matricula non tantùm affirmativè, sed etiam *negativè, V.G.* Qui non est Imperii Matriculæ inscriptus, is nec Princeps aut Statibus Imperii accensendus est. *arg.l.quicunq.10.C.de Cohortal.lib.12.* Knich.*Encyclop.cap.10.num.57.* Klock.*de Contrib.cap.19.num.59.* Vult.*cons.Marp.30.num.13.vol.3.*

7. Quæritur autem: *Qualem probationem Imperij matricula faciat?* Eam non tantùm semiplenam, sed etiam *plenam facere probationem* concludo; *Matricula* enim est instrumentum publicum, proveniens ex Archivo publico. Præterquam, quod Instrumentum publicum plenam faciat fidem, adeò, ut etiam testes superet. *l.hac consultissima.8.§.ad eum.C.qui test.*[*l.si solennibus.7.ibi: in-*

strumenta & ibi: evidentibus. C. de fide instrum. l. census. 10. *D. de probat.*] *c. pervenit. caus.* 30. *Q.* 1. *c. ad audientiam.* 13. *d. præscript.* Mascard. *de probat. concl.* 906. *num.* 3. Schurff. *cons.* 90. *num.* 8. *cap.* 3. Viet. *de Exempt. concl.* 5. Limnæ. 1. *I. P. cap.* 7. *num.* 68. [latè Dn. Knipschilt. *dict. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. & 8. Dissentit Dn. Blumen. *in process. Camer. tit.* 30. *num.* 51.]

8. Quæritur etiam; *An sola Imperij matricula per se, fisci intentionem probet, ac onus probandi in Eximentem transferat? Affirmatur:* Siquidem fisci intentio in præsumptione Juris fundata est; Nec est necesse, ut Exemptus probet, se habere aut habuisse sessionem in Comitiis. *arg. l. petitionem* 13. *C. de Adv. divers.* Coth. *resp. acad.* 28 *num.* 21. Gail. 1. *Obs.* 21. *num.* 11. Meichsn. *dec.* 6. *num.* 8. *tom.* 3. Limnæ. 1. *I. P. cap.* 7. *num.* 91. [Dn. Knipschilt. *dict. cap.* 12. *num.* 8. Dn. Blumen. *dict. tit.* 30. *num.* 18. Vide tamen *supra cap.* 11. *num.* 1. & 2.]

9. Quoniam autem variæ Imperii Matriculæ inter sese discrepantes reperiuntur; Quas vide apud Limn. 1. *I. P.*

cap.

cap.7.n.69. Arum. *de Comit. cap.8.n.60.* Lehenm. *in Chron. Spir. lib.7.* Ideò acriter disceptatum fuit in causa Ducis *Brunsuicensis* contra Civitatem *Brunsuigam*; *Quanam vera & genuina sit Imperii Matricula, ut ad decisionem causarum allegari queat?* Nam *Civitas Brunsuiga* in antiquis Imperii matriculis inserta, in recentioribus verò omissa reperiebatur. Knich. *Encyclop. cap.7. num.72.* Lehenm. *in Chron. Spir. l.7. cap.112.*

10. Ac quamvis sæpius in Comitiis deliberatum fuerit, de redintegranda Imperii matricula, sicuti constat *ex* R. A. 1548. §. Wañ dañ darneben. Cum tamen id hucusque peractum non fuerit, ideò in dubio, ubi diversitas Matricularum occurrit, recurrendum est *ad Matriculam Anno* 1521. in Comitiis Ordinum consensu *elaboratam*, donec perfectior constituatur. Reichs-Abschied / *de Anno* 1548. §. ferner. *ibi:* Und sonderlich in vergangenem 1521. Jahr zu Wormbs. Quæ & sola probat, & plenè. Reichs-Abschied / *de Anno* 1576. §. Wann auch. R. A. *de An.* 1594. §. Wann auch bey voriger. Viet. *de Exempt. concl.5.* Knich. *in Epops. num.305.*

Limn. *1. I. P. cap. 7. num. 84.* Reink. *1. cl. 4. cap.* 1. *num.* 21. Arum. *de Comit. cap. 8. num. 63.* Sicuti hæc assertio in Contradictorio judicio Cameræ Imperialis in causa *Brunsuig. contra Brunsuig.* palmam obtinuit. Knich. *Encyclop. cap.* 10. *num. 72.* Meichsn. *tom. 3. dec. 6.* [Knipschilt. *de civit. Imp. lib. 2. cap.* 17. *num. 72. ac lib. 1. cap.* 12. *num. 5.* Vide supra *cap.* 10. *n. 7.*]

II. *Probatur* etiam, aliquem esse Imperii Statum, si quispiam *in Comitiis* Votum & Sessionem habet. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1548. §. wann auch. Meichsn. *3. decis. 6. num. 27.* Hisce quidam ex Juris Publici Consultis addunt; Si quis *Feuda & Regalia* ab Imperatore & Imperio immediatè recognoscat. Gail. *1. Obs.* 21. *num. 9.* Imperio *collectas* solvat, aliavè Imperii onera sustineat. Knich. *Encycl. cap.* 10. *num. 28.* Klock. *d. tr. cap. 20. num.* 162. *ad d. consil.* 31. *num.* 100. [Dn. Blumen. *dict. tit. 30. num.* 18. *&* 19. *Si in Camera Imperiali* activè & passivè conveniatur. Gail. *1. Observ. 1.* Si ad *Conventus Circulares* conscriptus sit, & comparuerit. Stephan. *2. de Iurisdictione p.* 1. *cap. 4. num. 45.* Viet. *de Exempt. concl. 40.* Quæ tamen

tamen maxima parte probationem probatam non facere, jam supra, *cap.* 10. *&* 11. deductum fuit. Vide Nic. Everhard. *1. consil.* 41. *per tot.* [Formam concipiendi Libellum exemptionis, refert Guil. Roding. *in Pandect. Camer. lib.* 3. *tit.* 44. *num.* 1. *& seqq.*]

CAPUT CIV.

& Vltimum.

De Exemptione & Sententia Definitiva.

I. ACtio hæc *per Procuratorem Fisci* intentata, eliditur per *Exceptiones varias*, quæ supra *in cap.* 89. *de Effectu Iurisdictionis territorialis*, videri & ex actibus Territorialis Jurisdictionis desumi possunt; Præcipuæ autem Exceptiones traduntur in Reichs-Abschied/ *de Anno* 1548. §. Wann auch ein Außgezogener/ scilicet I. Eximendum non reperiri *in Matricula* Imperii. II. *Nec votum* ac Sessionem in Comitiis habuisse. III. Nullo unquam tem-

 pore

pore *feuda* ab Imperatore recognovisse.
V. Ad *Comitia Provincialia* vocatum comparuisse, idque tanto temporis spatio, cujus initii memoria non extat. Gail. *1. Observ.*21. *num.* 15. Viet. *concl.*17. *& 40.*Knich. *Encyclop.per tot.* [Jacob. Blumen. *in Process. Camer. tit.*30. *num.*53. *& seqq.*]

2. Illud etiam observandum, Territorii Dominum plurimum adjuvari contra eum, qui se exemptum esse, satagit, *Præsumptione Iuris*, quâ quicquid est in Territorio, censetur esse de Territorio ac universi & singuli, alles was darinn befreist/ und gelegen ist/ quoad universalem Domini territorialis recognitionem, ac quoad ea, quę superioritatis jura concernunt; Boss. *tit. de Princip. n.* 233. Schurff. *Cons.* 26. *num.*3. *cap.* 1. Peregr. *cons.* 16. *num.* 4. *lib.* 1. Meichsn. *tom.* 1. *decis.*7. *num.* 8. *inf.* 90. Knichen. *in Evops. num.* 190. *& seqq.* [latè Freyer *de superiorit. territor. posit.* 10. *lit. A. in disput. Basil. vol. nov.* Quam regulam explicat Dn. Knipschilt. *d. civit. Imp. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 113.]

3. Quæ intentio fundata efficit, ut non

non obstante exemptionis prætensione *Dominus territorij* contra Pseudo-exemptos, Jurisdictionem exercere possit, donec exemptionis lis, decisione finiatur. Meichsn. *tom. 2. lib.* 1. *decis. Cam.* 9. *num.* 6. *fol.* 832. Knich. *de jur. territ. cap.* 5. *num.* 104. & 156. *ac Encyclop. cap.* 1. *n.* 63. Ritter. *de homag. concl.* 111.

4. Quæritur autem, *an Exemptus teneatur edere Fiscali agenti sua exemptionis Privilegia?* Quod asserimus. [Ita namque Imperator Alexander Severus rescripsit: *Non est novum, eum à quo petitur pecunia, implorare rationes creditoris, ut fides veri constare possit. p. l. non est.* 5. *C. de edend.* Ac quilibet fisco agenti, rationes & instrumenta edere tenetur. *per l. senatus censuit.* 3. *D eod. tit.*] Guilielm. Scipio *decis. Cam.* 125. *lib.* 4. Quod etiam stylo Rotæ Romanæ conforme est. Teste Anton. Merenda. *lib.* 5. *controv. cap.* 36. [Vide Hilliger *in Donell. E. lib.* 23. *cap.* 6. *lit. E.* Dn. Brunneman. *in Cod. ad dict. l. non est. C. d. edend.*]

5. Quoniam autem per exemptionem à Collectis Imperii laceratur Imperium Romano-Germanicum & ner-

vus Imperio adimitur, hinc quæritur? *Quisnam pendente lite exemptionis, onera Imperii solvere teneatur*, ac wer die Reichs-Anlagen in wehrendem *Proceß* erstatten solle? Si exemptus est *in quasi possessione*, libertatis, onera Imperii in eum redundant. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1564. §. und damit. Quoniam à possidente tributum persolvendum est. *arg. t. t. C. sin cens. vel reliq. fund. l. inter. 42. D. de pact.* Gail. 1. *Observ.* 21. *num.* 13. & 18. Secus si eximens sit *in quasi possessione subjectionis*, quo in casu onus hoc eximenti incumbit. *Nisi* Exemptus in quasi possessione solutionis fuerit, tunc is onus hoc subterfugere nequit. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1548. §. Wer aber innerhalb. Reichs-Abschied/ *de Anno* 1576. §. Wo aber. Donec in petitorio decernatur, cui hoc onus sufferre par & æquum. *Corref.* apud Schwanman. *in decis. caus. Ortenburg. contra Bayern fol.* 52. Viet. *de exempt. concl.* 39. & 40. [Dn. Jacob. Blumen. *dict. tit.* 30. 55.]

6. Quibus abundè discussis, nil restat, nisi *sententia definitiva*, Prout Eximens vel Exemptus merita causæ firmiori-

mioribus probationibus deduxerit. Quæ ſententia communiter ita concipitur; Hierauff wird allem Fürbringen nach zu recht erkennt/ daß ermelte Grafen/ ſo viel die Grafſchafft O. belangen thut/ ohne Mittel Grafen deß Reichs ſeyen/ derowegen alle deſſelben gefreyte und ungefreyte Hülff und Anlagen/ ſo jederzeit dem Reich bewilliget werden/ für ihren Antheil zu erlegen ſchuldig. *Acta Ortenb. contra Bayern. fol. 636.* *Pro fiſco & Exempto* judicatum fuit in Camera, in cauſa *Ducatus Slesuicenſis* contra *Daniæ Regem*: *Civitatis Hamburgenſis* contra *eundem Regem*; Comitis *Ortenburg* contra *Bayern.* Gylm. *lib.* 1. *deciſ.* 46. Meichſn. *tom.* 3. *deciſ. vot.* 6. *fol.* 100. *Select. Sent. Cam. Contra fiſcum in Cauſa Civitatis Braunſuig. contra Ducem Brunſuigenſem.* Mota quoque fuit exemptionis controverſia *Comitibus à VValdeck. Anno* 1546. *à Haſſia Landgraviis*; Veruntamen prædicti Comites in poſſeſſione vel quaſi immediati hucusque permanſerunt. Dn. Limn. *in Add. ad I. P. 4. cap. 7. verb.* Waldeck. *Vide* Waldeckiſche Ehren-Rettung. *Ac*

apud

apud Klock. *de Contribut. in annex. consil.* 10.

7. Quod si inter fiscum Imperii & Eximentem *Partes æquales* sint in probatione, & meritis causæ, in dubio gratiosè *pro Fisco Imperiali & libertate* immediata contra Eximentem judicandum erit. *Novell.85. Edict. Iustin.4. cap.2.* §.1. [Covarr. 1. *Var. resol. cap.* 16. Joan. Bapt. Larrea *alleg. fiscal. in proœm. num.* 7. Cum Declaratione Dn. Fritsch. *ad Reyger. Verb. Fiscus num.* 9.] Siquidem in dubio semper pronunciandum, ne subditi aliquid detrimenti capiant. *Novell.* 149. *cap.* 3. *Gribald. Turamin. & Gothofred. in l. non puto.* 10. *D. de jur. fisc.* Alciat 3. *præsumpt* 41. Gylm. 1. *Symph.* 5. *tit.* 11. *vot.* 4. *num.* 123. Stephan. 2. *de jurisd. p.* 2. *cap* 1. *num.* 39. Viet. *d. l. concl.* 40. [Quod explicat Larrea *in dict. præfat. num.* 8. & 9. Knipschilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 73. Anton. Merenda *lib.* 3. *controv. cap.* 18.]

8. Dubitatur autem de hoc casu; *Quid si Landsassus in judicio Exemptionis contradictorio succumbat, feloniam ne commisisse dicendum erit?* *Negatur:* Quia

Actor

Actor non fidelitatem feudi, sed qualitatem tantùm personæ, probabili errore abnegavit, quæ feudi caducitatem non inducit. Choppin. *ad Leg. Andiæ. l. 1. cap. 6. n. 7. & 8.* Mart. *de Iurisdict. p. 1. cap. 33. n.* 136. Schrad. *de feud. p. 9. cap. 6. n.* 19. Cacheran. *decis.* 29. Viet. *d. l. concl.* 26. **Waldeckische Ehren-Rettung.** *p. 2. cap. 28.*

[9. *Felonia* enim militare verbum est, ac in genere quemlibet *dolum, fraudem ac improbitatem,* in re feudali commissam, denotat; Quod commissi genus tám in *Dominum* quám in *Vasallum* cadit. *per §. domino committente. 24. lib. 2. Feud. 26.* Jo. Paul. Balzeran. *ad dict. §. Domino. Ubi tradit,* Quod Felonia sit barbara vox Feudistarum, noxiam, delictum & perfidiam denotans. Ac deducitnr à Gallo Francico nomine *Felon,* significans *Choleram:* ac Felonie, atrocitatem & impetuositatem significat; Idque ex *Froissardo* comprobari potest in Verbis: *La guerre est felle,* id est, *cruelle.* Froissard. *histor. lib. 1. cap. 299.* Besold. *de linguar. immutat. in tr. de natur. Popul. cap. 23.* Magis tamen propriè, Feloniam, à Verbo Germanico, **Fehlen**/ seu **Feelen**/

id

id est, errare & delinquere, originem trahere, censet Vossius *de vit. sermon. & gloß. latin. Barbar. lib. 2. cap. 6.* Rittershus. *de feud. lib. 2. cap. 5. Quæst. 2. fol. m. 375.* Germanos enim Veteres, perfidiæ delictum, *Falam* dixisse, *ex Otfridi epistola ad Ludovicum Pium*, deducit Anton. Matth. *de crimin. lib. 48. tit. 2. cap. 1. num. 10.*]

10. *Revisioni* in causis Exemptionum nullum locum relictum fuisse, tradit Viet. *de Exempt. concl. 40. in f.* Cur autem, ut aliis in causis, non æquè item in causis exemptionis Revisioni locus sit, urgentem diversitatis rationem non video: Ac quoniam *Verba Ordin. Cam. p. 3. t. 53. in pr. ibi:* Einige Parthey. generalia & indefinita sunt, ideò nulli omninò Revisionis beneficium etiam in Exemptionis causa denegandum esse censeo. *arg. l. cum quid. D. de reb. credit.* Gœdd. *conf. Marp. 28. num. 175. vol. 1.* Gail. 1. *Obs. 53. num. 1.*

[11. Dubium autem hoc in casu oritur; *An per interpositam & obtentam Revisionem, executio sententiæ exemptionis interim suspensa maneat ?* Negandum hoc

hoc videtur, *per auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imp. offer.* desumpta *ex Novell.* 119. *cap.* 5. Quando enim nulla amplius appellatio, sed tantum supplicatio superest, tunc sententia subitò executioni mandanda est, modo Victor fidejussores dignos præstiterit. Ita Mynsing. 6. *Observ.* 15. *num.* 3. Consil. Marp. 22. *num.* 144. *vol.* 3. Merckelbach. *apud Klock.* 2. *consil.* 100. *n.* 7. Quod præjudiciis Regni Lusitaniæ, Siciliæ, Aragoniæ & Galliæ illustravi *in Metrolog. cap.* 14. §. 33. *n.* 4.]

[12. Contrarium defendit Gail. 1. *Observ.* 154. *n.* 4. Petr. Heig. 1. *Quæst.* 10. *num.* 64. Eo quod, Recursus, retractio & revisio prioris sententiæ, appellationis naturam habeat. Bender. *de revis. conclus.* 10. *num.* 13. Addit. ad Rümelin. *A. B. dissert.* 2. *thes.* 20. Græven. 1. *Conclus.* 154. *consid.* 1. *num.* 4. Frider. 2 *de mandat. cap.* 28. *num.* 2. Quæ concertatio sopita fuit per *R. I. de Anno* 1654. §. 116. *&* 117. Scilicet, sublato Revisionis effectu suspensivo, quoad revisiones futuras, in causis sæcularibus; Secus est *in causis Ecclesiasticis*, quarum sententiarum executio, per revisionem, publicæ tranquillitatis gratia suspenditur. 13. Quæ-

13. Quæritur autem; *An sententiæ per revisionem pendētis executio in materia exemptionis, aliquando ex Ratione Status suspendi possit?* Sanè *Gailius* & cum eo *Benderus* censet, aliquando non tantùm Imperii Romani utilitatem, sed & necessitatem exigere, sententias Camerales per Revisionem pendentes, executioni non mandare. Multa enim quietis publicæ gratia tolerantur aut exequi suspenduntur, quæ aliàs in effectum deducenda forent. Cum & ipsa necessitas Reipublicæ, sit Lex temporis, cui omnes, clavum & temonem regiminis gerentes, aliquando parere solent, ut totum conservetur. Gail. *1. Observ. 154. num. 4.* Bender. *de revis. conclus. 22. num. 28. & 29.* Vide Dn. Fritsch. *de necessit. sect. 6. concl. 6.* latè *metrolog. cap. 14. §. 37.*

Et hisce adjectis præsenti tractatui finem imponimus.

SOLI DEO GLORIA.

IN-

INDEX SUMMARIUS.

Rerum plerarumq; in hoc Tractatu contentarum.

A.

Banni-

Circu-

D.

G.

Judæi.

Legati

M.

Prin-

quin-

Seque-

Testa-

V.

FINIS.